D. DIONYSII CARTHVSIANI OPVSCVLA

alquot, quæ ſpirituali vitæ & perfectioni tam vehementer conducunt, quàm vniuerſæ etiam inſeruiunt Eccleſiæ.

¶ In fauorem diſciplinæ veteris monaſtices reſuſcitandæ ſtudioſe edita.

¶ Coloniæ opera & impenſis Melchioris Noueſiani. Anno M. D. XXXIIII.

FRANCISCI CRANE-ueldij LL. Doctoris in D. Dionysij Carthusiā. Doctoris extatici præconium Epigramma.

Si cupis o lector sacros gustare liquores,
Ignitumque dei concipere eloquium,
Phœbeumq; iubar totis traxisse medullis,
Quod nunq̃ partes nouerit occiduas:
Hunc legito dulcem cunctis Dionysion horis,
Quem Carthusiacā scis peperisse domum.
Ille tibi fidei magno feruore iacentem
Scintillam & sacros mouerit igniculos,
Excutiet quamuis duro de pectore flammas,
E qbus æternus progeneratur amor,
Lurida contemnes vani spectacula mundi,
Et quicq̃d miseros sollicitare potest.
Ipse viam ingressus arctam deducere multos
Gaudet, & excelso restituisse loco,
E[illegible]acres tantumq; dulcem, tantumq; seq̃mur
Doctorē, & cupida voluite scripta manu.

Inuidię morbo pręsens male iudicat ætas.
Iudicium melius posteritatis erit.

VENERA-
BILI RELIGIOSISSIMO-

que patri, D. Iohāni Schongou, Car-
thusianorum Montis sanctæ Ma
riæ prope Argentinam Priori
F. Theodoricus Loer à Stra
tis Carthusianorum domus
S. Barbaræ in Colonia vi
carius, S. P. D.

QVum varij pro veteris mo
nastices disciplina restuen
da, pro pietate, pro religio
ne, pro contemplatiōe de-
nique iuuāda, quas quàm
misere quotidie magis ma
gisque labascāt videmus, in manus venis-
sent libri: nō potuit pater cum primis ve-
nerāde animus in me non vrgeri, qui pijs
nunquā deest studijs, quin eos mox simul
omnes studiosis offerrem: vt quorum par
fuisset institutū, eodem quoq; codice coa-
ceruati legerentur. Huic nanque operi eo
libētius omnem nauaui operam, quo mea
apte natura huiusmodi semp & studijs &

& libris faui. Accessit quod alius tunc oc-currere haud facile potuisset labor, vnde fructus maior potuisset sperari, quàm vbi deuotis ac pijssimis quibusque seruiretur. Videbatur postremo nõ parum hic labor necessarius: quippe cum tempora hæc cu-riosis otiosisq; oia sint plena, ijsque adeo incumbatur vt parum minusq̃ue iusto de pietate de ve religione inquiratur. Proin-de nostrum esse putabam vbi vel scintilla deuotionis foret relicta, huius exufflandæ occasionem præbere: Quod enim dixi, ad prophana defluximus omnes. Nam quo-tus est hodie dei cultor, quotus q vel Euan gelium confitetur, qui pro animi puritate qui pro sanctimonia, aut quomodo vitijs sese exuat, quomodove exornetur virtu-tibus studio totus incumbat? Nemo profe cto solius Christi gloriam sitit, nemo hãc totus quærit. Omnes nobisipsis tribuimus plus æquo, nobis fauentes singuli: quo fit vt semp Christi gloriç detrahatur nonni hil. Itaque quãto hodie apud omnes perijt virtus, quanto aruit deuotio, quanto den i que religio inculta iacet, tanto existimo &

pios

pios &doctos omnes debere occurrere,cō sultare,conari, laborumque suorū humeros supponere,&ad extremū nullum non mouere lapidem,quo religionis pietatem, &si denuo erigere nequeant,vel iuuent ne tota ruat. Atqui olim apud omnes ea fuit religionis virtus, ea maiestas, vt certatim pro illa contenderetur, atque pietati non fuisse deditissimum,nihil religioni adiecisse,ignominia fuerit. Nihil enim religione communius,nihil antiquius.Pietate vero quid sanctius? Porro quæ gens in orbe fuit vnquam,quæ religione caruerit? Aut quis populus adeo ferus inuentus est,qui quātumlibet à veræ pietatis sanctimonia alienus, nō alicui tamē religiōis cultui fuerit deditus? Tam & si non ignorē magno distare interuallo,qua qs fuerit religiōe imbutus. Eam eñi solam hodie inter omnes dicimus appellandam religionem,q̄ apud germane Christianos inuenitur. Nempe q̄ vnius dei & fides & cultus parit.In hac q̄ libet multipharíæ sint viç (quemadmodū colendi Christum quoq; varij sunt modi) vna tamen est omniū vera religio quibus

uis exerceatur institutis: dum tamē Christi Euangelio instituta hæc quadrent. Huius p̄conium multi ante nos libris extulere. Verum vt illi quanti sit facienda religio voluminib⁹, ita tu pater optime ope nobis cōmonstras. Siquidem inter tot aduersitatum p̄cellas, inter tot hęresum varietates, inter minas & persequutiones, in cōtemptu deniq;, ac nouissime inter oīa quibus virtus magis p̄bari rutilantiorq; solet enitescere, fidē, pietatē religionemq; hactenus deo integre obseruas. Vnde q̄ iuste, q̄ digne sit factum, laudare nō sufficimus diuinā p̄uidentiā, vt filijs tuis optime Christianis Prior ac moderator sis institutus. Reliquas tuas laudes nec tu dignaris audire, nec ego debeo referre: vtriusq; enī hoc modestia vetat. Verū quo sim erga te aīo, qd de te (si verbis liceret p̄sequi) sentiā, hoc munusculo intellige, q̄d legendū, tuendū, meq; simul in eo amandū, tuæ synceritati dedicatū mitto. Tu p̄ge, q̄d soles, Dionysio esse amicus, eiusque vt ecclesię p̄sint scripta in mediū iuua producit post quē, si aliq̄do tibi placuerit, Iacobi de paradiso præ

clara apud vos asseruata monumẽta, curabimus pijs lectoribus offerenda. Dominũ Iohannẽ de Spira, procuratorem tuũ vigilãtissimũ meo salutes nomine. Saluere etiã te iubet gentilis tuus frater Iohãnes Lantspergius, Cãtauii Prior. Bene vale optime amicissimeque pater cum vniuerso grege commisso. Ex Carthusia nostra Coloniẽsi feriis diui Bernardi Abbatis. Anno M. D. XXXIIII.

Nobile Carthusii Dionysius ordinis olim
Et decus & splendor nil nisi sacra crepat.
Hæc Loer excipiẽs Theodoricus oĩa, tãdẽ
Præstitit vt volitent docta per ora virũ.

¶Index articulorum omnium quæ hoc opusculo continentur.

De varijs

Quod

14.Deple

Beneficia

Qūo

Finis Indicis.

D. DIONYSII CARTHVSIANI EXHORtatorium nouiciorum, dignum profectò quod non solum rudiores adhuc religionum tyrones, sed & doctissimi quiq; & longo vsu exercitati atque adeo om̃es Christiani studiose legant, & alta mente reponant.

NEMO mittens manum suam ad aratrũ, & respiciens retro, aptus est regno dei. Hoc in Euãgelio generaliter sum locutus ad omnem fidelem patri cœlesti seruire cupientẽ: ad insinuandum q̃ ne- cessarium sit perseuerare in bonis vsq; in finẽ. Hoc tibi mi nouelle discipule in sacra religione nouicie specialiter dico, ad perseuerantiam ac profectum te hortans; ne gratiam tibi concessam amittas, ne à via salutis tibi ostensa te retrahas. Melius enim tibi esset non cognouisse viam iustitiæ, quàm post agnitiõem retrorsum conuerti. Sic quippe cõtingeret tibi illud veri prouerbij: Canis reuersus ad vomitum suũ, & sus lota in volutabro luti. Denique seruus cognoscens voluntatem domini sui & nõ faciẽs eam, plagis vapulabit multis. NOVIC. Nonne o domine iste est annus nouiciatus, annus

Lucæ. 9 | Matth. 24. | Matth. 10 | 2. Petri. 2. | Prouer. 26 | Luc. 12.

A proba-

probationis, in quo nõdum astrictus sum in monaste rio permanere possumq; libere egredi & abire? CHRI. Cur huc venisti, & nouitius es effectus? NOV. Vt tibi o domine ministrem, & ministrando experiar an obse-quium istud continuare valeam ac implere. CHR. Bo-na ac prudēs respōsio. Sed dic qua & cuius virtute, an istud possis continuare ac implere, vis experiri? NOV. Ista domine mi quęstio adhuc mihi rudi ac simplici ni-mis est alta, & intricata: puto tamen quod quærere ve-lis, an experiri intendam vtrum possim proprijs viri-bus, seu virtute naturæ, & non potius auxilio tuo vir-tuteq; gratiæ continuare atq; feliciter consumare hoc tuum in hac religione obsequium. Ad quod cum sup-portatione respondeo: quod experiri propono, an in naturalibus bene dispositus sim ad istud complendum præsupposito semper auxilio gratiæ tuæ, sine qua ni-hil est validum, nihil sanctum: hoc quoq; plene cõfido quod ex parte tua non erit defectus, sed an ego in na-tura sim aptus ad gratiam huic necessariam seruituti ignoro. CHR. Satis argute respondes, & quæstionem tibi propositam recte intelligis. Verum quid de effica-cia gratiæ meæ, & de potestate auxilij mei sentias, pā-de. NOV. Credo maiorem vim esse gratiæ quàm na-[illegible] teq; omnipotētem esse nõ ambigo. Certus sum [illegible] dei auxilio fieri posse, quod naturæ viribus fie-[illegible]i nequit. CHR. Dato igitur quod in naturalibus mi-nus sufficiens esses, nihilominus dono gratiæ te suffici-entem satisq; fortem facere valeo: qui do lasso virtu-tem, & his q non sunt robur multiplico. Idcirco q spe-rant in dño mutabũt fortitudinē, fortitudinē inquā naturæ in fortitudinem gratiæ, assument pennas con-templationis vt aqlæ, volabunt ad eum qui altissimũ posuit refugium suum, & non deficient innitentes ei auxilio, cui nullus potest resistere. NOV. Cur igit̃ san-cti patres annum probationis instituerũt, & cur mul-ti tam ante professionē quā post eam deficiũt? CHRI. Annus probationis à patribus spiritũ dei habentibus institutus

Isaiæ. 40
Ibidem
Psalm. 90
Iudith. 16
Isaiæ. 47
Iob. 9.

institutus est non propter nouitios tantum, sed item propter professos & conuentuales, nec solum ad experiendum vires naturæ: sed etiam ad explorandum mores ac diligentiam animæ constātiamq́ personæ Deniq́ nec ipse nouitius de seipso nec conuētuales de ipso q̄ūt in anno primo certitudinem adipisci, quod post professiōis emissionē satis fortis manebit in corpore, aut satis deuotus in anima: q̄q̄ de hoc probabilem quandā & coniecturalē notitiā infra tempus hoc possint sortiri. Quod vero nonnulli ante professionē quidam post professionem in religiōe deficiunt viribus corporis aut ā constantia cordis, ex ipsorum culpa, indiscretione, negligētia potissime venit: q̄q̄ debilitas corporalis ex causis pure naturalibus frequēter contingat. Quæ dū æquanimiter toleratur, profectui mentis multipliciter suffragatur, nec impedit ā salute. Præterea si nouitius in anno probationis consiliis acquiescat, discrete ꝓcedat, totoq́ corde deum q̄rat synceriter & constanter, tentamentis non cedēs, & cordis sui secreta spiritalibus patribus pandens, p̄sertim abbati, priori, & suo magistro: nunquam aut rarissime deficiet corpore, imo quotidie fiet alacrior atque robustior. Nonne & ante tuam ad nouitiatum receptionem vires tuas considerasti, teq́ in naturalibus cōpetenter idoneum ac robustum sperasti? NOV. His contradicere nequeo. Insuper ā te domine informari deposco, qualiter discrete ꝓcedere debeā, teq́ toto quærere corde synceriter & constanter, tentatiōibus quoq́ nō cedere sed reniti, ac cordis mei arcana patribus reuelare, & eorum consiliis acquiescere ac doctrinis: sicq́ in tātum proficere vt quotidie alacrior fiam & fortior. CHRIST. Grandis est hæc tua petitio & multa complectens, nec minus salubris ac prouida, quàm Salomonis sapientiam postulātis oratio. Hinc consequenter satisfaciam tibi. Veruntamē primo dic mihi, quo mouente instiganteq́ spū putas te huc adductū & ad religionis introitum inspiratum? NOVI. Vtique ā

3. Reg 3.4
2. Paral 1.

spiritu sancto. CHRIST. Nonne spiritus sanctus patri ac filio coaequalis, infinitae est sapientiae & prorsus immensae potentiae, nec minus interminatae clementiae, munificentiae quoque illimitatae? NOVI. Sic penitus credo CHRIST. Nonne consimiliter credere & confidere debes, quod spiritus ille tam bonus ac sapiens, tam potēs, liberalis & clemens, non te huc adduxisset nec hoc religiosum propositū inspirasset, nisi te satis validū in natura agnouisset, aut quātum in se est facere vellet, omnemq; gratiam & profectum huic vocationi & ordini congruentes cōferre tibi esset paratus? NOVICI. Aliud sentire impium reor.

¶Qualiter nouicius sui debet incipere emendationem.

¶Articulus primus. CHRISTVS.

Galat. 1

Ierem. 51.

Isaiae. 48.

Ecclesi. 40

MOX vt religionem ingressus es, diligenter aduerte vnde exieris, quo item intraueris. Existi quippe de hoc seculo nequam, & scholam virtutum ingressus es. Fugisti de medio Babylonis & seruitute Aegypti. i. de multitudine mundanorum, in quibus abundat confusio vitiorum, de iugo pctī, de ignorantiae tenebris atq; caligine prauitatis. Discute ac perpēde, quot vitia & peccata, quot errores & defectus ibi quotidie incidisti, quot mala egisti, quot bona quotidie omisisti. Intuere profundius, quantum & qualiter quàm indefinēter atq; crudeliter vulnerasti, imo & occidisti, ibi quotidie animam tuam, intātum quod nec tuipse laesiōes illas ac trucidatiōes animae tuae sensisti. Quo cōstat te spiritalem sensum tūc amisisse, & spiritaliter mortuum extitisse. Vide, quàm vilis, iniqua, misera atq; damnabilis fuerit vita illa, vel potius mors: tot mortibus. i. mortalibus vitijs plena. Quid tam vile, tā impium, tamque horrendum, & fugiendum: sicut proprio creatori & deo altissimo esse & viuere tam rebellē iniuriosum, ingratum? Quid tā insensatum, imo tam furibundum ac stultum, vt ferocissimis ac prauissimis hostibus, nil aliud nisi animarum aeternam damnationem &

nem & incontinentem transgressionem quærentibus, ob sequi & parere: rebusque vanis caducis fœdis carnalibus magis, quam deo sanctitatis ac dignitatis incircumscriptibilis adhærere: plusque appreciari, amare, inquirere hæc transitoria vilia & terrena: quàm diuina charismata, gratiæ dona, sapientiæ claritatem, virtutum splendorem, opulentiam spiritalem, beatitudinem æternalem, incessabilemque profectum & thesaurizationem in omnibus istis quotidianam? NOVI. O deus æterne, ô saluator piissime, si quis ista rite consideret, mirum si in claustro existens denuo afficiatur ad seculum, ad vitam priorem, ad conuersationem mundanam redire: in qua se recolit tam insensate damnabiliterque vixisse. CHRI. In primis ergo disce pensa ac pondera, quantæ pietatis & gratiæ, quantæ beneficentiæ & amoris sit istud, quod in huiusmodi vita tam diu te toleraui, quod te inde eduxi, quod pro tantis malis tot bona tibi exhibui: multa quoque multo maiora largiri paratus sum, quibus si bene vtaris, pro eisdem paulo post sempiternam ac plenam tibi salutem & gloriam condonabo. NOVIC. Si istud non pondero, omni talpa sum cæcior omni cane irrationabilior, omni bruto ingratior. Imo vt mihi modo videtur, ipsis quoque dæmonibus peior & magis ingratus. Etenim illos mox vt semel transgressi sunt, irreparabiliter condemnasti: quibus si post primam præuaricationem paululum pepercisses, eisque comminatus fuisses damnationem, si secundo peccarent: forsitan non peccarent altera vice. Porro mihi tam innumerabiliter tamque enormiter excedenti post veniam primo datam, post comminationem tuam toties repetitam, post inspirationem & exhortationem tam crebro ac pie exhibitam, post remissionem & absolutionem tam multoties impartitam: tam benignissime pepercisti hucusque, & nunc me de tantis periculis perditionibus & peccatis superpiissime eduxisti. Quo modo igitur potero tantæ pietati & gratiæ, tam incomprehensibili charitati & beneficentiæ, esse ingratus immemor

& rebellis? Nonne si pedem extra claustrū ad apostatā dum posuero, à terra protinus absorbebor, aut certe absorberi & inæternum dānari merebor? Absit à me peruersitas tanta ingratitudo tam infinita. CHR. Ecce iā illūinari cœpisti: persiste in gratia ista & profice in eadem. Nunc dicta & cætera bñficia mea quotidie diligēter recole: qtenus ex tuarū consideratione culparū salubriter cōpungaris, teipm hūilies & arctā viam salutis, pñialēq; vitā ꝓmpte aggrediaris, ex meorū q; attentione bñficiorū, ex misericordijs tibi indultis diuina incipias dilectione accendi. Assidua demū pensatio diræ mortis, diuini iudicij ac futuri supplicij tio rebono cōfigat te, ac mihi affigat. Potissime vero profunda ac freqns cōsideratio omnium, q pro tua salute assumpsi egi ac pertuli, omni deuotione te repleat, omni patientia te confortet, ab omni tentatiōe te eruat, ac meo vehementer accendat amore. NOV. O domine multa nunc saluberrima tetigisti, nec cūcta hæc simul fieri qunt: doce me pcor in his ordīate ꝓcedere.

Matt. 7

Psal. 118

¶ De ordinato mō se occupādi, & ꝓcedēdi, ac ꝓficiendi in exercitiis ꝟtuosis. Arti. 2. CHRISTVS.

Discretio compendiosius ad finem perducit intentum, atq; ad veram virtutum perfectiōem docēs hominem vnumquodq; agere suo loco & tpe apto. Hoc ergo ī primis agnosce, q charitas dei vita est aīæ: sine q charitate nihil est meritorium vitæ æternæ, nec deo acceptū. Primo igit satage iugiter esse in charitate: qd est esse in statu salutis, & sine mortali pctō. Hinc quotidie ad minus semel consciam tuā diligēter examina, an tibi sis cōscius de aliq culpa mortali: & an sis ita corā deo dispositus, q ꝓ nulla re mundi velis peccare mortalr: & si talr extas dispositus, confide te esse in charitate. Deniq; vt sp sis longe ab omni mortali excessu, nō omittas te etiā de venialib9 in dei cōspectu discutere, accusare, deflere: atq; cū diligētia q tū tua finit fragilitas, ea vitare. Insup ea q tibi incumbunt agēda ex ordine, persolue suo loco & tpe. Consimiliter

1. Iohan. 4
1. Cor. 13.

milit suo tpe reficere atq; in cibo ac potu moderantiam serua, necessitatē non delectationē reqre, statutaq; hora perge dormitū: & anteq̄ eas ad stratū, recogita q̄liter diem ipm expēderis, qd boni in eo omiseris quid mali commiseris, qualiter te habueris in diuinis in ybis quoq; & gestis corā hoībus, quō singulas expenderis horas, an aliquē scandalizasti aut offendisti Sicq; corā deo te increpa, sperne, hūilia, deplange, veniam pete, emendationē, & satisfactionē propone: deinde recommenda te deo, cruce cōsigna, ingredere lectū ac salubria meditando siue orando obdormi. Ante orationem & persolutionem horarū, præpara ai i mam tuam, considerando tuiipsius defectuositatem, miserias, indigentias, culpas, maiestatemq;, dignitatē iustitiam, misericordiā & præsentiam ei⁹ quem oras & inuocas: quatenus cum grandi attentiōe, custodia, affectione, ac metu deum exores, laudes, psallas, glorifices: & ea quæ agis, stude quotidie magis deuote peragere. Esto internus, omnipotentis præsentiam semper considera, eiusq; vultum omnia intuentem assidue memorare. Disce ac assuesce, vbiq; & semper frequenter, imo quantum tibi possibile est, indesinenter recolere ybū illud salubre magni Heliæ: Viuit dñs in cuius cōspectu sto hodie. Ex q̄ cōsideratiōe erub[illegible] corā summę maiestatis intuitu indigne vi[illegible]q; habere indecētia cogitare, illicita affectare, insipiēt loq, negligēt aut tepide cōuersari. Nūq̄ ite des ocio locū, in[illegible]nent strēuose te occupa, orādo, psallēdo, seu meditādo q̄cūq; prexeris, sederis siue steteris. In exterioribus itē opibus mentē freq̄nt ad dñm eleues. In ybis & factis corā aliis sis custoditus & exēplaris, nō leuis nec dissolutus in moribus, risu, ioco, appatu aut signis. Eundo ad chorū, redeūdo inde reuerēter te habe, & custoditus sis visu: rumores libēter nō audias: signo ad surgendū audito alacriter surge, matutinal: officiū iucunda deuotione persolue. Admonitiōibus & directiōibus patrū tuorū obtempa. Sicq; vires tuas considera, & pro-

Eccl. 18

1. Reg. 16

[illegible] Reg [illegible]

vt tempore procedente videris te posse sufferre supererogare non desinas: sed tpe suo docebit te vnctio. Ecce ista in generali sunt tacta, ex quibus quantum in nouiciatu sufficere valet, potes perpendere qualiter te quotidie ordiate debeas occupare, atque ad meliora conari: ita tamen, quatenus (sicut prætactum est) passionem quam propter te subiji, attētissime recogitare quotidie cures: sicut te infra super hoc informabo. NOVI. Sapientissima, compendiosissima, & saluberrima prorsus instructio: veruntamen mihi miserrimo, defectib⁹ pleno, ad irrationabiles passionum motus procliuo, phātasijs inanibus & distractionibus tabescenti, valde difficilis adimplendum. CHR. Noli diffidere nec pusillanimis esse, paulatim longius itur. Viriliter incipe, quotidie profice. Quotidie validius inardescas, proficiendi affectu huiusmodi inflāmato offer ac funde domino preces affectuosas & lachrymosas pro animi profectu gratiæ concupito: dabitq; tibi petitiones cordis tui, si perseueraueris orans. Sic agēdo & iam præmissa exercitia quotidie adimplēdo abhorrebis odies & vitabis motus passionum ac vitia de die in diem magis intense, ple i⁹ atq; facilius: Depcare totis pcordijs deum vt mentem tuam purgare, reformare, adimplere dignet, & cōtra peccata ac impetus passionum, ad quos ex in[...]dispositione aut assuefactione pcliuior es, instantius pugna, feruētius ora, indefesse labora. Sicq; i exercitijs viæ purgatiuæ te primo diligenter ad tempus exerce, passiones frenādo, vitia extirpādo, corpus in seruitutē animæ redigendo, mēbra tua exhibendo arma iustitiæ deo: exteriores etiā sensus á suis euagatiōibus, delectatiōibus, petulātiis cohibendo: qtidianas culpas corripiendo, corrigēdo, effugādo qtidie, obseruātias q; & ceremonias ordinis exteriores, corpales, seruādo decēt, in cibo, potu, somno, vestitu, incessu hndo te moderāter. Cūq; in his fueris couenient exercitatus, ad exercitia viæ illūinatiuæ ascēdes, vt infra tāgetur. NOVI. Documēta hæc optia adimplere ppono atq; conabor.

1 Johan. 2

Psalm. 36.
Matth. 10
Lucæ. 11

1 Corin. 9
Roman. 6

Verum

Verum quoniam paulo ante dixisti, quod de toto corde quærere debeam synceriter & constanter, quæso vt mihi hoc ipsum digneris exponere, & qualiter id agere debeam edocere.

¶Qualiter nouicius debeat deum toto corde quærere synceriter & constanter.
Articulus 3. CHRIST.

Deus vbique præsens est, & cunctis fidelibus aliquo modo notus, atque ab existentibus in charitate aliquo modo habetur: Nempe qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo: quomodo ergo quæritur qui iam præsens est, & habetur, cognoscitur & videtur? quemadmodum scriptum est: Omnes homines vident deum, vnusquisque intuetur procul. Imo nisi aliquo modo haberetur, non quæreretur. Non enim quæreretur, nisi appeteretur: nec appeteretur, nisi aliquo modo diligeretur. Quid igitur est quærere deum, nisi eum qui imperfecte habetur, imperfecte cognoscitur & amatur, velle perfectius obtinere, clariusque cognoscere, & magis feruenter diligere, atque in eius cultu ac honorificentia indefinenter proficere. Porro deum quærere ita synceriter, est in hac eius quæsitione ac cultu irreflexe ferri in ipsum, non intendendo, nec cupiendo propriam laudem, commodum vel honorem: sed ipsum summum bonum duntaxat, & ei velle vniri [illegible] bonitatem ipsius: sicque ipsum diligere, non quoniam ipsi diligenti bonus, pius, ac liberalis existit, sed quoniam in seipso summe, infinite, & prorsus incomparabiliter bonus est atque amabilis, pulcher, dulcis, perfectus, & omnifarie felix. Et qui in hac dei quæsitione permanet stabilis, nec prosperis, nec aduersis, nec vlla tentatione, suggestione, seu alio modo inde deflectens, imo in hac vsque in finem crescens, ille quærit deum constanter, sicut hortatur qui dixit: Quærite dominum & confortamini, quærite faciem eius semper. NO. O veritas summa, quam nobile & præclarum est deum sic quærere: sed heu quam longe est hoc a me, qui nec orationem vnam dominicam

Ierem. 11
1. Iohã. 4.
Iob. 36
Matth. 22
Canti. 2
Psal. 104.

& vix salutationẽ angelicã semel sine distractiõe queo proferre, priuatoq́ʒ sordesco amore, & cito fatigor in tuo obsequio. Deiñ in cõfabulatione, in egressione ad spaciamẽta, in cibo & potu ac somno ad meipm. reflector, recreationẽ, solatiũ, delectationẽ, repausationẽ superflue q̃rens: sicq́ʒ me in me turpiter & oblique, non in te synceriter ac integre diligẽs: q̃d ex amore priuato nõ diuino ꝓdire nõ ambigo. CHR. Quẽadmodũ tetigi, nemo repẽte fit summus, nec subito tã pfectus: sed pedetentim proficit, atq́ʒ de statu incipientiũ ad statũ ꝓficientiũ, de statuq́ʒ ꝓficientiũ ad statũ pringitur pfectorꝶ: quorꝶ potissime est deũ sic q̃rere toto corde .i. toto intellectu & affectu, tota intẽtione & actione synceriter & constãter. Nihilominus incipiẽtes nouitij tenẽtur deũ q̃rere ex charitate, & præfatã pfectionẽ finaliter in hac vita intẽdere, totãq́ʒ suã conuersationẽ ordinare ad ipsam, & proficiẽdo in via virtutũ appropinquare eidẽ, qm̃ status religionis est status perfectionis acquirẽdę. Itaq́ʒ stude priuatũ amorẽ omni die minuere, & nec teipsum, nec aliquã creaturã, nisi in deo, & secundũ deũ & ꝓpter deũ diligere: nec quicq̃ appetere, admittere, agere q̃d impeditiuũ est spiritalis profectus aut incrementi diuini amoris, ã q̃ solatium non impe[illegible] oderatũ, neq́ʒ refectio sobria, neq́ʒ dormitio temperata: imo p ea sustentanť reparanťq́ʒ vires ad dei obsequiũ. Præterea nõ ita dico deum iugiter & constanter quærendum, quasi oporteat siue possibile sit omni momento actualiter ferri in ipsum per intellectualem considerationem, & virtuosam affectionem aut actionem: sed ꝙ homo presertim religiosus ꝓficere cupiẽs, debeat toto assiduoq́ʒ conatu ad hoc niti: vt q̃tum sibi deo auxiliãte possibile est, ꝓpinquet q̃tidie indefinẽti illi actuali eleuationi mentis in deũ conando ad id, vt sæpissime in deũ ferať, & stabilis in tali eleuatiõe actualiť maneat: sicq́ʒ q̃tidie frequentius purius atq́ʒ stabilius erigať in oĩpotentẽ p ipsius considerationẽ seu contẽplationẽ affectuosam & fixã, & itẽ p actualẽ ipsius dilectionem

ctionē, cotemplationē purā & stabilē. NO. Documētā hęc saluberrima aliq̃liter capio, & iuxta ea ꝓcedere cu pio & intendo. Pręterea scire opto an cūctos nouitios oporteat vniformiter scd̃m modū, gradū, ordinēq; pręfatum proficere, proficisci, ascendere, nec ea quæ perfectionis sunt statim in primo anno arripere?

¶De diuersitate nouitioꝝ secundū varietatem gratiæ dei in ipsis. Articulus 4. CHRI.

IN diuersis diuersimode ago, diuersis q̃q; gratijs & virtutib⁹ sibi in baptismo, cōtritione, conuersione, religionis ue ingressu cōcessis, varijs modis vtunt. Quidā tā gratiose pręueniūt, q; mox in ipso nouitiat⁹ anno tā spiritales, interni feruētesq; sunt, vt iā inter ꝑfectos valeāt cōputari. Tales fuerūt Gregori⁹ & Bernardus, & añ eos Grego. Nazāze. atq; Basilius. Quantam etiā cōtulerim gratiā mox in ipso cōuersionis exordio magno illi Antonio, Augustino, Benedicto, & ammirabili viro Germano, multisq; alijs, in eoꝝ narrat legendis. Nonne electus ille Bernard⁹ in suæ cōuersionis primordijs fuit ita in deū absorptus, vt pene nullo vteret sensu corporeo? Deniq; annū in cella nouitioꝝ exegerat, nondū agnoscēs an testudinē domus ipsa haberet: multo q̃q; tpe intrās exiēsq; ecclesiā, putauit vnā dūtaxat esse fenestrā in loco supiori, vbi tres erāt. Ol... ꝓ cereuisia bibēs, & crudū sagimē comedēs ꝓ butyro, nō sensit, neq; discreuit. Præterea q̃ta charitatis pfectio, q̃ta internę suauitatis expientia, q̃ta exuberantia gratiaꝝ collatæ sint Augustino in suę cōuersiōis initio, ipse grata mēte deprōpsit dicēdo: Sagittaueras tu cor meū tuæ iaculo charitatis ꝑualidæ, & gestabā vba tua transfixa in viscerib⁹ meis: nec satiabar illis dieb⁹ dulcedine mirabili cōsiderare altitudinē diuini cōsilij sup mō saluationis gn̄is humani, q̃tū fleui in hymnis & cāticis suaue sonātis ecclesię. Voces illę fluebāt in aurib⁹ me s, liq̃bāt q; lachrymę, & bñ erat mihi cū eis. Audiui dicentē: In pace in idip̄m, dormiā & reqescā. O in pace ꝺ in idip̄m. Tu em̄ es idip̄m q nūq̃ mutaris. In te reges

Psalmo. 4. Psal. 101.

omniū

omnium obliuiscens laborum. O domine Iesu Christe, q̃ suaue subito factum est mihi carere malis voluptatibus meis, & quas amittere metuebam, iam me dimisisse gaudebam. Intrasti enim pro eis cor meum tu omni voluptate suauior. NO. Heu me miserum, q adhuc in meis squaloribus iaceo, in fecib⁹ meis remaneo, atq; ad oblectamenta fœda inclinor, quæ tamen detestor. Præterea suspicor, ꝙ viri tam prælecti, q̃s in conuersionis principio tantis gratijs præuenisti, etiã ante innocentes & puri fuerunt: ideo ego mearũ mihi conscius prauitatum & immunditiarum, ad tale quid aspirare nec queo, nec audeo. CHRI. Nondum historias legisti sanctorum, quas si legisses, scires vtiq; quot annis Augustinus ante sui conuersionem seruiuit libidini. Germanus quoq; elationi & vanitati anteq̃ conuertebatur deditus fuit, intantum, ꝙ spiritalem patrẽ suum sanctum episcopum voluit trucidare. Imo sceleratissimi quidam in sui conuersione tanta gratia sunt præuenti, ꝙ infra breuissimum tempus ad miram sanctimoniam sunt perducti. Nescis, ꝙ vbi abundauit iniquitas, supabundare soleat gratia? Tales ergo cõmuni legi & laborioso diuturnoq; proficiendi modo ac ordini non subduntur. Quidam in suæ conuersionis [illegible] mediocriter sunt deuoti, ꝓficiuntq; quotidie, ac paulatim viri virtuosi redduntur, q̃uis non sancti. Aliqui vero labore afficiuntur assiduo, tentationibus agitantur, nec consolationem experiuntur internam qbus via salutis dura & amara videtur potius, q̃ iucũda ac dulcis: quod & frequenter ex eorum cõtingit culpa, quoniam se ã leuitatibus, negligentijs, loquacitatibus nõ refrenant, neq; aduertunt beneficia dei, & sua peccata, nec rite memorantur sua nouissima, neq; acerbissimam meam passionẽ cordibus suis inscribũt, atq; cur venerint non aduertunt. Verumtamen potest hoc ex diuinæ dispensationis moderamine ꝓuenire, vt interim sic probati gratiam paulopost sortiantᷣ maiorem: quemadmodum abbati Mosi, Mariæ Aegyptiacæ, alijs

Roma. 5.

rę,aliisq; nonnullis noscitur accidisse. Hi ergo paulatim habent proficere,& de statu inferiori ad superiorē ascendere. NO. In nouissimorum istorum catalogo potius reor me esse: attamē ad laudem tuā id dixerim, serenitatem quandam, & consolationem prædulcem sentio mihi interdum inesse:sed heu cito ptranseuntē, moxq; distractiones,inquietudines, tantationes, difficultates experior mihi in corde succedere, in qbus maior mihi est mora, ac molestior hora. C H. Sic expedit tibi. N O. Nonne salubrius mihi esset in prætacta mētis serenitate ac dulci deuotione diuturni⁹ stare? Christus. Aliqd directe,& secundum se salubrius esse potest quod tamen incidentaliter occasionaliterq; damnabilius fieret. Enimuero nondum exercitatis in spiritali militia,nondum in dei timore,humilitate, atq; interno profectu digne fundatis celeriter & faciliter subrepunt, aut etiam præualent tentationes vanæ gloriæ, complacentię proprię, elationis occultæ, temerarii q̄que iudicii:quæ omnia tibi & consimilibus tuis periculose contingerent, si dulci ad libitum deuotione,tranquillitate,cōsolationeq; frueremini,&putares te aliqd ac meritis & viribus tuis ascriberes, quod diuinæ pietati acgratiæ duntaxat est ascribendum, nec disceres compati aliis: sed magis temere iudicare atque contēnere. Expedit igitur tibi ire per aquam & ignem,& virgam baculumque sentire,aduersa & prospera experiri,proprias infirmitates, defectuositates,ærumnas experimento cognoscere:sicque assuescere ad omnipotētem confugere,eius auxilium affectuose & anxie inuocare. Denique q ista non recognoscit,nec experitur,remanet in schola cœlestis magisterii inexpertus,& pauca de interna exercitatione cognoscit:iccirco nec aliis apte consulere,aut tentatis, periclitantibus & afflictis mederi & subuenire est idoneus,nec ex sententia dicere valet: Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam eum qui lassus & lapsus est sustētare verbo. Qui vero ptacta exptus est, & mō prędicto exercitatus vn-

ctioneque

1. Cor. 4

[illegible]

Isaiæ. 50

1.Iohan.2 1.Tessal.5 Gala.6

ctioneq; doctus & desuper eruditus, efficaciter potest implere q̄d hortatur Apost. Corripite ingetos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad oẽs. Itẽq;: Si p̄occupatus fuerit hõ in aliquo delicto, vos q spiritales estis, huiusmodi instruite in spũ lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Et denuo: Debemus (inqt) nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere. Verũ ne ex hac infirmorũ tolerantia firmior extollaẽ, opportune subiunxit Apost. Et non nobis placere. NO Gratiose & optime ꝓlata sunt oĩa ista, sed precor te dñe dignare me edocere q̄liter in hac vicissitudine, successione, & alternatione spiritaliũ ꝓsperitatum & aduersitatum istarũ debeã me habere. & quõ in omni tentatione aduersus hostes salutis humanæ debeã incessanter confligere, q̄liter etiã ad illuminationem supnam, ad consolationẽ internã, ad charitatis syncerıtatẽ, atq; monasticæ vitę perfectionẽ queã ptingere. CH. Nondũ ꝓfessus es, & iam de pfectione ad quã ordinaẽ professio sciscitaris. Præterea magnanimis esse videris, fortia pscrutaris, pseucratũq; te præsupponis. Ad præinducta ergo quantum ad tuam spectat mensuram, tibi mox respondebo.

¶Qualiter in alternatione & successione spiritaliũ prosperitatũ & aduersitatũ debeat se habere, ac regia via incedere ipse nouitius. Articulus 5.

Ieremiæ.6

IN bonis & ꝓsperis, in spiritalis alacritatis, consolationis atq; ꝓfectus cõcessione gratias deo age: & ita gloriare in dño nõ in teipso, vt scias te in tali dispositione votiua & dulci non iugiter & forsan non diu mansurũ: idcirco te sic ad futuros dispone aduentus tentationũ, afflictionum & aduersitatũ. In aduersis q̄q; duris & asperis, & consolationis internæ subtractione patientiã habe, & deo nihilominus gratias refer, ipm̄q; inuoca, ac fidelitatẽ ad ipsum conserua. Caue vigilantissime offensam ipsius, reditũ q̄q; eius gratiosum ac cõsolatoriũ æq̄nimiter pręstolare, & cõsolationes contemne indignas. Hoc nẽpe ẽ q̄d ait scriptura: In die bonorum

norum ne immemor sis maloꝝ, & in die maloꝝ ne immemor sis bonoꝝ. Itēq; Renuit cōsolari aīa mea. Et rursus: Expecta dñm, viriliť age, & cōforteť cor tuū & sustine dñm. NO. Q̄uo æq̄nimiter ferre possum ꝙ in deuot⁹ sum deo, & absq; sapore & gaudio ei ministro: cū scriptū sit: Gaudete in dño sp. Et denuo: Seruite dño in lætitia? CH. Tu & similes tui in spiritalibus exercitijs nondū satis exercitati ac triti, putatis verā deuotionē in sensibili q̄dā sapore, interno pceptibiliq; feruore cōsistere: nō pēsantes ꝙ hęretici q̄q;, Iudæi, & Sarraceni in sacrificijs & orationib⁹ suis freq̄nter lachrymāť, feruent, ac dulci afficiunť sapore, siue ex naturali ad deū amore, siue ex dęmonū coopatione: q ad hmōi alterationes, affectiōes, delectatiōes varijs pñt modis coopari atq; cōcurrere. Sed scito, ꝙ q̄uis internę cōsolatiōes degustatiōes, feruores, freq̄nter à deo pstenť, & veræ sint charitatis effectus: nō tñ (vt tactū est) semp, nec ad verā deuotionē necessario requruntur. Porro, vera & secura deuotio, est promptitudo supioris appetit⁹ seu voluntatis ad ea quæ dei sunt, cū cordiali detestatione ac debita fuga oīs mortalis pcti, siue hoc fit cū feruore sensibili, siue non. Præterea, quod allegasti ita exponitur: Gaudete in dño semp .i. omni tēpore opportuno, non indesinenter in actu: sic & cum lætitia seruiendū est deo, imo & in tristitia bona ac salutari, de qua [illegible]tur scriptura: Cor sapientum vbi tristitia. Et iteꝝ: Melius est ire ad domū luctus q̄ ad domū conuiuii. Beati quippe q lugēt, qm̄ ipsi consolabuntur. NO. Magna est ignorātia & inexperiētia mea, & erraui hucvsq;: tūc solum ac vere putās me esse deuotū, dū consolationē, feruorem & gustū sensi internū. CH. Error ille in multis consistit, periculosusq; esset si pertinaciter defendereť Vera nāq; deuotio nequaq̄ sine charitate habeť. Si ergo feruor, sapor, suauitas essent certa veræ deuotiōis indicia, quicūq; illa expirereť in se, certus iā esset se in charitate esse: q̄d tñ sine reuelatione diuina sciri non valet, sicut hoc alibi declaratur, atq; scriptura tęstať.

Eccleſi. 11
Psalm. 76
Psalm. 26
Phil. 4
Psalm. 99
Phil. 4
P[illegible]lm. 9[illegible]
E[illegible]
Eodem
Matthę. 5.

Ecclesi. 9. Sunt (inquiens) iusti & sapientes, & opera eorum in manu dei sunt: & tamē nescit homo, vtrum amore an odio dignus sit. NO. Qualiter discernere potero, quā do consolatio illa interna & feruor ac sapor interior ex charitate nascuntur, ac desuper infunduntur, & qñ non? CHR. Quemadmodum sine reuelatione supna certitudinaliter discerni non valet inter amorem dei naturalem & infusum, qui charitas appellatur: ita nec inter quosdam eorum effectus iam tactos. Et sicut per signa quædam probabiliter qs agnoscit se esse in charitate: ita probabiliter scire valet, ꝙ feruor suus, sapor, alacritas desuper sint, & ex charitate emanent. NO. Signa illa audire desiderat anima mea. Nec em̄ puto, ꝙ per signa illa dominus meus designet intelligatque miracula. CHR. Signa illa sunt multa, sed veriora, & certitudini propinquiora ac magis secura sunt, ꝓpriā conscientiam diligenter discutere, & quicquid mortale occurrerit, toto corde abominari, confiteri, deflere, & libēter satisfacere pro eodem. Integrum quoque habere propositum cauendi semper illud in posterū, nec pro aliqua re scienter velle peccare mortaliter. Insuper, affici vehementer ad deum absque omni reflectione ad proprium commodum & honorem Honorem etiam dei & animarū salutē in cunctis zelari, ac ꝓ curare pro posse. Malle subesse, subijci, obedire, ꝙ̄ præsidere, de proprijs iniurijs & aspernationibus non contristari, omnia quoque ad suam vocationem spectantia, præsertim præcepta & vota prompto animo fideliter adimplere, nec ea pro aliqua re creata, imo nec pro vita propria conseruanda transgredi, aut omittere velle. Amplius cum quis de feruore suo sensibili, & delectatione suaui gloriatur, non iam principaliter, inquantum sunt pro releuamine suo, & dulcia sibi in se, sed inquātum per ea totalius promptiusque fertur in deum, & perfectius sine renisu obsequitur: tunc multum probabile est ꝙ ex charitate procedant. Similiter dum ex huiuscemodi feruore, delectatione & gustu homo magis

succendit

succenditur dei amore syncero, & amplius crescitin vera hũilitate,patiẽtia,custodia cordis ac dei timore, nec periculosa securitate resoluitur, nec vane erigiẽ, nec aliquid sibiipsi nisi omnem prauitatem, fragilitati miseriãq; ascribit. Si vo ex ill' fiat audacior tutior, intioratior, & ad iudicandũ de aliis ꝓnior & q̃rat in ill' seipm, velitq; deuotior reputari, & corripiẽtib' ac hũiliantibus ipm faciliter indigneẽ, aut dure & asper nãter loquatur: suspecta res est & infecta, p̃sertim cũ patiẽtia sit omnium virtutum probatrix, iuxta quod legitur: Vasa figuli probat fornax, & hoies iustos tentatio tribulationis. Vnde quemadmodũ mala olla in igne posita mox crepat & exilit: sic homo adhuc passionatus nondum virtuosus & plene deuotus aduersitate, correptione, castigatione & hũiliatiõe pulsatus interius commouetur, & per verba erumpit male flãmantia, dura, superba, & aspera. NO. O sapia summa q̃ recte me tangis, q̃ bene mihi meipm ostendis: & certe conscientia mea salubriter puncta cognoscit atque fatetur vissima, imo & saluberrima esse q̃ dicis: multumq; valentia ad noscẽdum salubriter semetipsum & an vere quis consistat deuotus. Veruntamen cũ ista materia sit satis ꝓfunda, subtil', interna, ego adhuc externus, ac rudis: iã deprecor informari q̃liter in omni tentatione debeã contra salutis meę hostes cõfligere.

Eccle. 27

❡Qualiter in oĩ tentatione debeat nouitius se habere, atq; resistere. Artic. 7. CHRISTVS.

PRorsus sapientialis & salubris est interrogatio ista. Nouitiis nanq; acrius solent imminere insidiari & aduersari inuisibiles inimici, acies vitiorum & consuetudinis pristinæ, ita vt de ipsis specialiter verificetur dictum illud cõmune: Tentatio, seu militia, est vita hominis super terram. Hinc multi nouitii in prælio succumbentes deficiunt, non satis instructi in modis ac mediis resistẽdi. Porro de tẽtationum remediis generalibus ac spãlibus cõscripta sunt multa vtilia. Nunc vero de his compendio tangam non

Iob. 7.

Eccl. 2 nulla. Imple ergo quod ait scriptura: Fili, accedens ad seruitutem dei, sta in timore, & præpara animam tuã

2. Timo. 2 ad tentationem. Et scito, quod nõ coronetur, nisi q le-

Actu. 14. gittime certauerit. Et quod per multas tribulationes oporteat electos intrare in regnum dei. Primum itaq; & commune contra omnem tentationem remedium est, propriã defectuositatẽ, fragilitatẽ, insufficient am q; agnoscere: atq; ad dei auxilium confidenter confugere, ipsum indefinent, feruenter, & anxie inuocan do in adiutorem instar dicentis: Deus in adiutorium

Psalm. 69. meum intende, domine ad adiuuãdum me festina: sic q; in deo incessanter sperare: & de proprijs viribus ac meritis nequaquam præsumere. Secũdum remedium est, seipsum in cunctis profunde coram deo humiliare, despicere, imo pro nihilo reputare. Nẽpe qui in ꝓpria æstimatione tam paruus, imo tam nihil est, ab aduersario teneri non valet: sed protinus manus ei⁹ elabitur atq; à deo qui tales exaltat & confortat, suscipitur. Tertium est, omnipotentis præsentiam semper attendere & ei⁹ iudicium ac vindictam, præsertim æternam damnationem, prudenter aduertere ac vehemẽter vereri. Quartum est, acute considerare quales sint tentatores & aduersarij electorum, quid quærãt, quo tendant, quid incessabiliter machinẽtur. Sunt quippe crudelissimi, callidissimi & inuidiosissimi, nec aliud q̃ runt finaliter nisi æternam & infernalem hominum damnationem. Atq; vt interim à deo auertãtur, omni gratia & virtute priuentur, & ipsis subdantur, cunctisq; vitijs inquinentur. Hoc mille modis ac practicis machinari non desinũt Quo igitur certius istud agnoscis, eo stolidius agis si illis consentis, & nisi ipsis sine mora & toto affectu atq; extremo conatu resistas. Nũquid syluam cum latrõibus introires, à quibus te inibi iugulandum cognosceres? Quintum est, vigilanter pensare quanta damna tentationibus consentiẽdo incurras: per hoc enim summum & incommutabile bonum deum verum amittis, oĩ charitate & gratia eius meritisq;

meritisq; præcedentibus spoliaris: dei & creatoris sal uatorisq; tui adoptiuus filius, seru⁹, amicus, miles, hæres ac membrum esse desistis: & insuper ipsi⁹ hostis aduersariusque efficeris. Dæmonum quoq; seruus membrum & filius redderis: & anĩa tua quæ pauloante fuerat dei sponsa, diaboli fit cõfestim adultera, ęterna felicitate te priuas, perpetuam damnationem incurris, teipsum spiritaliter perimis, omnique cadauere accloaca sis turpior, & omni bruto peior ac vilior. NOV. O deus æterne, quid audio? ô quàm infinita est iniquorũ stultitia, quàm inæstimabiliter magna est acquiescentium diabolicis tentamentis insania. Heu quot & quãta incidunt nocumenta pro delectatione vili breui & modica. Et nunc auxiliante & conferente te domine firmiter propono, tentationibus vsque ad sanguinem reluctari, vsq; ad mortem resistere. Et quamuis ad hoc implendum sufficiant, sufficienterque instruant, animent & accendant iam tacta remedia: tamen vt hoc ipsum efficacius fiat, remedia inchoata ꝓsequere. CH. Sextum remedium est, viuaciter atque assidue intueri, quàm victoriose & inclyte electi dei tentationibus restiterint. Et quantam ex hoc triumpho gloriam sint sortiti: de hoc tempore procedente, vitam sanctorum patrum Antonij, Hilarionis, & consimilium legendo plenius instrueris. Septimum est, contemplari qualiter deus altissimus, angeli sancti & omnes ciues superni conflictum tuum contra tentamenta inspiciant, parati iuuare, atque de tua resistentia & victoria exultantes. Et item, quantum de tua deiectione & transgressione malignissimi spiritus collætentur & tibi insultent, quemadmodum psallis: Qui tribulant me exultabunt, si motus fuero. Ex hac consideratione orauit Psalmista: Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte, ne quãdo dicat inimicus meus, prævalui aduersus eum. Itemq;: Deus meus in te confido non erubescã, neq; irrideant me inimici mei. Noli me creatorem & saluatorem tuũ offendere,

Psalm. 12. Ibidem Psalm. 24.

 relin-

relinquere, aspernari. Noli beatissimam matrē meam tibi succurrere paratissimam, & tuam salutem vehementer zelantem cōtristare, noli angelum tuum sanctum te syncerissime diligentem, solicite custodientē, fidelissime admonentem inhonorare, plus aduertendo & assequendo diabolica illa susurria, quā eius angelica saluberrima hortamēta. Noli te toti triumphāti ecclesiæ cœlestiq́ curiæ odibilem contemptibilēq́ efficere. Noli te inuidiosissimis ac crudelissimis hostibus tuis opprobrium, subsannationem & prædā peragere, sed potius ora cū sapiente: Domine pater & dominator vitæ meæ ne derelinq̄s me in cogitatu & consilio illorum, ne incidam in cōspectu aduersariorum meorum, & gaudeat de me inimicus meus. Octauum est, statim in principio tentationi resistere: quod in tētamentis carnalibus potissime est agendum, à quibus & quorum obiectis occasionibus incitamentis atq; materiis debes oculos mentis & corporis, imaginationem, phantasiam, memoriam confestim auertere eosdemq; oculos adintuendum & considerādum salubria & compunctiua conuertere, crucifixum aspiciendo, eiusq; passionem & tua nouissima ponderādo, breuitatem quoq; & incertitudinem vitæ p̄sentis pensando. Præterea debes esse magnanimis & laudabiliter vindicatiuus, ita vt afflictores tuos diabolos direaffligas, tanto instantius & incessabilius dando te ad omnium actus virtutum, præsertim ad profundā humilitatem, obedientiam, charitatem: quanto plus illi conant te à tua salute retrahere. Dic cum idoneo pugnatore: Persequar inimicos meos & cōprehendam illos, & non conuertar donec deficiant. Cōfringam illos nec poterūt stare. Nec hoc dicas de tuis viribus aut meritis præsumendo, sed diuinæ pietatis gratioso auxilio cum omni humilitate & spe iugiter innitēdo, iuxta illā: In deo salutare meum, & gloria mea deus auxilii mei, & spes mea in deo est. Nonum est, vilitatem, impietatem & turpitudinem tentationum ac vitiorū perpen

Ecclesi. 23

Psalm. 17

Psalm. 61

perpēdere,& ita te protinus inde quasi à cadauere prę-
sus fœtidissimo atq; turpissimo cum indignatione a-
uertere, dicēdo, fy. Quemadmodum si emptor merca
tori pro auro & balsamo præbeat ferrum & stercora
cum indignatione auertet se mercator, dicens, fy. Ita
dum tibi pro domino deo tuo æterno infinito & sup-
dignissimo, & pro preciosissimis donis gratiæ & glo-
riæ eius proponuntur à mundo, carne, diabolo vana
fœda & vilia ista caduca, cum intentissima aspernati-
one, responde, fy. Nec digneris talia suggerētem aspi-
cere vel audire, imo sicut docuit signifer ille Franci-
scus, dic tentatori: Aperi os tuum, & proiiciam ibi ster
cus. NOV. Vehementer me iuuant, confortant, conso-
lantur, inflammant documenta hæc optima. Verunta
men vnum me adhuc intus molestat, quod vix expri-
mere audeo. CH. Si modice expectasses, reserassem ti-
bi decimum tentationum remedium, quo audito qc-
quid in corde tuo versatur ac latet, plane ac simplicitē
manifestasses. NOV. De præcipitatiōe mea veniam p̄-
cor, & illud remedium audire deposco. CHR. Decimū
est, totum quod versatur & latet in mente, tam in sa-
cramentalį confessionę quàm extra eandem, viris di-
scretis, bonis, & charitatiuis insinuare, atq; eorum cō
siliis & doctrinis humiliter obtemperare. Tētator qp
pe quærens decipere, falsa ac praua sub specie veri p-
ponit ac boni, & fraudes innectit ac laqueos: propter
quod metuit deprehendi. Nempe vt in Euangelio di-
xi: Omnis qui male agit odit lucem, & nō venit ad lu-
cem, vt non manifestentur opera eius. Dum igitur ho
mo omnia mentis suæ abscōdita idoneis prodit viris,
iam penè vicit diabolum, & fraudes ei9 ac laqueos de-
tegit. Sic quoq; interiora sua detegere, & informatio-
nem expetere, hūilitatis ac discretionis est opus. Idcir
co superbiam vincit diaboli. NOVI. Iam paratus sum
interiora quædam euoluere, non tñ sine pudore. Au-
dio interdum, nescio quę in corde meo susurria, argu
mentationes, blasphemias contra fidem, cōtra proui-

Iohan. 3.

 dentiam

dentiam dei,contra honorificentiam Christi ac glori osissimę virginis. Et quanto plus cōtra talia arguo & propter ea contristor ac turbor, tāto acrius sæuiūt & erumpunt. CH. Satis hæc tetigisti. Itaq; scias huius tentationis generi speciali industria obuiandum. Non enim contra eam argumentando, aut propter eam seipsum turbando deijcitur: sed potius deridendo nec eam curando, seq; mox auertendo ab ea & conuertendo ad alia bona salubria atq; cum iucunditate seruiendo altissimo & psalmodijs, orationibus, meditationibusq; diuinis vacando, quemadmodum scriptum est: Tristatur aliquis ex vobis, oret æquo animo & psallat Veruntamen ita tētatus intra se potest sic simpliciter cogitare interdum isto aut simili modo: Ego credo sicut innumerabiles patres sancti ac eremitæ & anachoritæ & monachi, innumerabilesq; vtriusq; sexus martyres crediderunt: q̄s deus omnipotens in vita & morte, in martyrio & post mortem ipsorum, innumerabilibus & præclarissimis, soliq; omnipotenti deo possibilib⁹ decorauit miraculis. Ecce fides Christiana vtriusq; testamenti roboratur scripturis, & omnia gratiarum charismata, virtutes, signa, prodigia olim Synagogæ tradita Iudæorum, per apostolos Christi ad ecclesiam gentium sunt translata. Nec interim habuerūt Iudæi viros sanctos & prophetas miraculis coruscantes. Ista quoq; finalis Iudæorum relictio certissimum signum est veritatis fidei Christianæ. Insup in Alchorano.i.in libro legis Machometi & Sarracenoꝝ, apertissime ac frequenter habetur q̄d Iesus Mariæ filius fuit rex Messias seu Christus in lege & ꝓphetis ꝓmissus, & q̄d Iudæi p totum mundū dispsi et à deo finalr sunt relicti, eo q̄d Iesum non receperūt ꝓ Christo: & q̄d Iesus Mariæ filius ac apl'i fuerunt à deo missi & suscitauerunt defunctos, alijsq; coruscauerūt miraculis q̄ in Euang. recitantur: atq; q̄d mater Iesu Maria fuit oīm mulieꝝ sanctissima, oīmq; virginum mundissima, etiam in partu & post partū. NO. Gratias ago tibi ô dñe, quoni:

Iaco. 5

quoniam ỽba ista sanctissima oẽm cordis mei inquie tudinem, turbulentiã, inuolutionem, caliginẽ penitus deterserunt & expulerunt à me. Et nunc si quid addẽ dum videtur de tentationum remedijs, addat hęc dñs meus, q̃q̃ nunc tacta mihi videãtur sufficere & supsuf ficere. CHR. Plura vtiq; addi possent, vic3 ad sacratis simam meã matrem, & ad sanctos ad quos specialior habetur deuotio, deuote confugere: atq; q̃d hi q in fide fuerunt firmiores & ab omni magica arte prorsus im munes, p̃ cæteris fulserunt miraculis. Vnum tamẽ ad huc restat remediũ remedioꝝ, maxime expugnatiuũ vniuersarum tentationum, potissime instructiuũ cun ctaꝝ ỽtutum, & ad summã pfectionem maxime indu ctiuum: quod est diligens consideratio meæ acerbissi mæ passionis, & de hoc in sequẽti te edocebo articulo.

¶ Quod freq̃ns, deuota, ac diligẽs dñicæ passionis consideratio sit efficacissimũ remedium contra omnẽ tentationem, compendiosissimum quoq; medium ad omnem spiritalem profectum atq; perfectionem.

¶ Articulus 7

PAssioni meæ seu morti, qua totum redemi genꝰ humanum, inæstimabilem contuli efficaciã ac virtutem, & ipsa meriti fuit quodammodo infi niti: quia ex summa & ardentissima charitate, pfectis sima obedientia, profundissima humilitate, inco[illegible]cus sa patientia, constantia fortissima, mente prorsus mi tissima, pertuli eam. Deitas quoq; hũanitati meæ vni ta immensam quasi idoneitatem & efficaciam prome rendi præstitit ei. Hinc quanto homo per charitatem ardentius humilius atq; vicinius vnit se mihi, & meis meritis ac virtutibus magis confidenter innititur: tan to copiosius efficitur particeps virtutis ac meriti mei. Si ergo tentaris difficultate arduitateue ordinis obser uantiar[illegible]mq; eius, & quasi duritia ac rigore religionis & graue tibi videtur crucem tuam ferre & seq me: di ligenter considera q̃ta ,p te ptulerim ego, qualr faciꝰ in agone p̃ horrore mortis sanguineũ fudi sudorẽm: fuiq;

Lucæ. 2. Lucæ. 22.

Matth. 26 fuiq; tristis vsq; ad mortẽ, & propriis humeris graue
Matth. 27 crucis patibulũ baiulans ignominiosissime ductus fui
Marci. 15. ad Caluariæ locum. Si ergo tentaris illecebris carnis
seu desiderio voluptatis, dissolutiõis, ludi, ioci, cachin
nationis: attẽde quid pro te tuli doloris, quando vsq;
ad costarum patefactionem tenerrima mea caro ẽ la-
cerata, & omnino crudelissime dilaniata flagellis, qñ
per medium manuũ mearum ac pedum transuerbe-
Luc. 23 rati sunt obtusi & grossi illi ferrei claui. Dum item ca-
Iohan. 19. put meum spinis est coronatum, arundine cæsum. Si
Psalm. 21 ambitione tentaris, aduerte qualiter propter te fact⁹
Marci. 14 sum opprobrium hominum & abiectio plebis, alba
Iohan. 19. veste illusus, purpura subsannatus, vultu consputus,
Psalm. 21 blasphematus, & tanquam vilissimus & sceleratissim⁹
vniuersorum hominum, spretus, tractus, occisus: quo
Matth. 27 niam omnes videntes me deriserunt me, dicentes: Si
rex Israel est, descẽdat nunc de cruce. Si grauis tibi ab
stinentiæ seu ieiunij rigor, & delicatiori cibo tentaris
Psalm 68. & potu: recole quemadmodum dederunt in escam me
Iohan. 19. am fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Si motus su
perbiæ, si impatientiæ aut iracundiæ impetus te inua-
dit propter illatas tibi iniurias, aut propter quæcunq;
aduersa: aduerte qualiter cuncta prætacta patientissi-
Iohan. 18. me toleraui, quõ corã Pilato steti mitissimo corde, si-
lenti ore, falsissime ac enormissime accusatus. Si te rã
cor pulsat aut mot⁹ inuidiæ, recordare qualiter in cru
ce fixus & iam mortis angustijs & puncturis circunda
Lucæ. 23 tus, imo potius intus transfixus, oraui pro crucifixo-
ribus meis. Si te impugnat accidia, recole q̃to charita
tis ardore tuã procuraui salutẽ. Et breuiter, in oĩ tẽta-
tione intime intuere, quę, q̃ta, & qualia, ꝓ tua saluati
one assumpsi, exercui, toleraui: q̃ꝛ amarissima & acer
bissima morte peremptus sum, & toto corpore violẽ
tissime ac pœnalissime in cruce distentus vsq; ad ossiũ
Psalm. 21. meoꝝ dinumerationem, venarũq; ruptiõem: quõ spi-
Matth. 27 nis coronatus, purpurea veste, ꝓ irrisione indutus, vul
Lucæ. 23 tuque sanguine madens præsentatus ꝑp̃lo, clamanti-
bus

busillis: Tolle,tolle,crucifige eum. Præterea conspice quis, qualis, & quantus sum, qui vniuersa ista sustinui. Nonne secundum naturam meam diuinam æterno patri æqualis sum, secundum assumptam quoq; humanitatem, vt verbo æterno hypostatice vnitam toto digni or vniuerso? Attēde complexionis meę teneritudinē, quia ex sacrosanctæ virginis purissimis sum concept⁹ sanguinibus: vide innocentiam meam, & q̄ charitatiue, virtuose, promptissime cuncta pertulerim, contemplare. Insuper contuere, quemadmodum tempore passionis meæ acerbior fuerit in me dolor compassionis, qua ingratis ac pereuntibus condolebam, q̄ ipsa corporalis passionis meæ afflictio: quantum item dilectissimæ meæ condolui genitrici, cuius amaritudinem, pœnam, compassionem inspexi: sed & aliis astantibus deuotis discipulis ac fœminis vehementer cōpatiens fui. Ista iugiter porta in mente, atq; quotidie semel specialiad hoc hora deputanda, distincte, ordinate, compassiue recogita, ac si præsentialiter te præsente & intuente hæc paterer. Deniq; vt cum præcordialiori compassione ista reminiscaris, considera q̄ graue & molestum tibi esset talia pati: quantum doleres si patrem aut fratrē tuū carnalem, etiam pro seipsis & suis excessibus talia cerneres sustinere: magis autem si sine ipsorum demeritis, & maxime si pro te & tua ereptione à morte corporali ac temporali taliter occiderentur: quanto magis deo creatori saluatoriq; tuo propter te incarnato, ac taliter passo absq; sua offensa, pro tua culpa, & pro tua liberatione, à morte & condēnatione æterna: imo & pro obtinēda tibi gratia multiplici in præsenti, æternaliq; gloria in futuro, præcordialissime compati te oportet? Itaq; dum ad ista meditanda accedere vis, mētem tuam recollige, & eam mihi ardenter coniunge, sicq; sine distractione cum omni compassione, compūctione, gratiarumq; actione hæc recorderis. NO. Ista mihi ô domine saluberrima est doctrina, efficacissima medicina, memoratio nunq̄ obliuiscenda: imo q̄uis

Iohan. 19

ex horum reminiscentia non oriretur nobis medela, maxime tamen(ni fallor) ingratitudinis esset, ista nō recognoscere, non pensare, non gratias agere, nec vicē pro posse rependere. Hæc igitur tanq̄ fasciculum propono oculis mei cordis indesinenter obijcere, præsentare, imprimere, vt compatiar, vt gratias agā, vt imiter, & in omni tentatione remedium habeam salutare ad manum, omnequoq; inordinatum ac vile abijciā ac detester solatium. CH. Recte consideras. Etenim passio mea varijs modis est recolenda. Primo, ad condolendum. Secundo, ad imitandum eam, & omnem quam in ea monstraui charitatem, humilitatem, patiētiam, mansuetudinem, obedientiam, fortitudinē, pietatem. Tertio, ad gratulādum inquantū fuit causa fructuosa & saluatiua, quemadmodum scriptum est: Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini mei Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Itaq; ex hac passionis meæ recordatione crucifixus tibi sit mundus, ita vt q̄cquid appreciat̄ ac diligit mundus. i. mundani carnalesq; homines, vtpote delitiæ, diuitię & honores seculi hui⁹ tibi sint crux, & ea fastidias, horreas, fugias, sicut solent hoīes fugere ac vereri crucis patibulū. Tibi vero delectabile sit ac suaue, deo tuo propter te incarnato, pauperato, crucifixo, cōpaupari, cōfigi & cōpati: sicq; deificaberis. i. diuinus & ei charissimus eminenterq; similis eris. Quarto, ad ammirādū ꝙ vnigenitus dei dignatus sit te ita redimere. Quinto, ad ꝓualendū in oī tentatione ꝑ eā mō nūc introducto. Sexto, ad contēplandū misericordiā, iustitiā, & sapientiam dei in passione dn̄ica. Septimo, ad inflammandū quatenus oīa iam inducta pensando, totaliter accendaris amore filij dei, q te intantum dilexit ac prædilexit, taliterq; redemit. NO. Certe(vt arbitror) in his altitudo consistit sapientiæ Christianæ. Sed precorē dn̄e vt clarius mihi exponas, qualiter clarius tuā debeā recolere passionē ad contēplandū, & qualiter ad illuminationem internā & ad verā queā ꝑtingere sapientiam.

Galat. 6

Qualiter

¶Qualiter per assiduam, diligentē & compassiuā dominicæ passionis recordationē pertingatur ad contēplationem sublimē, illuminationē supernā, sapientiam salutarem. ¶Articulus 8. CHRI.

Dixi tibi, discrete & ordinate esse procedendum atq; proficiendū. Tu autē videris velle volare anteq̃ habeas pennas. Et qui adhuc in actibus viȩ purgatiuæ ac status incipientium indiges exerceri, de viæ vnitiuæ & perfectiuæ contemplationisq; actib⁹ ac volatu vis edoceri? NO. Quantum ad meæ pertinet paruitatis mensuram, hoc petij. Veruntamen indiscretionis præsumptionisq; meæ deprecor veniam: attamen supra testatus es triplicis viæ actus & exercitia sibijnuicem aliqualiter permisceri, atq; ad incipiētes necessario exigi charitatē ac sapientiæ donū, secundum aliquem gradum. CH. Quid necessaria est excusatio coram cordium inspectore ac iudice deo? Mentis tuæ intentionem & piam cerno radicem ac feruens propositum, ideo satisfaciam tibi. Ex philosophia agnoscis φ omnis effectus similitudo est suæ causæ, omnis quoque creatura radius creatoris. Hinc ex cognitione effectuum ad notitiam peruenitur causarum: & ex creaturarum intuitu, ad creatoris aliquantulam contemplationem pertingitur. Veruntamen effectus gratiȩ & gloriæ effectibus naturæ eminentiores consistunt, iccirco in ipsis excellentius contemplatiue inspicitur deus. Potissime autem in humanitate à verbo æterno in vnitate personæ assumpta, & in eius mysterijs ac supernaturalibus præclarissimæ gratiæ ac gloriæ suæ donis: in quibus omnibus deitas adoranda, trinitas superbenedicta, multo incomprehensibilius, exuberantius, gloriosius suam ostendit, relucereq; fecit bonitatem immensam, munificentiam infinitā, gratuitā charitatem interminabilem sapientiā, pietatē, iustitiam, & incircūscriptibilē potestatē, quàm in toto residuo vniuerso. Nempe hoc prorsus omnium superat intellectū, quàm inæstimabilis, & imm[illegible]sa fuit illa superessentialis

& superbe-

& superbeatissimæ trinitatis bonitas, charitas,pietas, munificentia,sapiētia,dignatio,qua decreuit ac voluit ab vnigenito patris filio naturam assumi humanam ad hypostaticam vnionem suppositalemq; vnitatem. Eodem quoq; momento quo creata est anima illa & caro formata, ipsa anima ad splendissimam beatificā diuinæ essentiæ visionem est eleuata gratia, virtutib⁹, donis,fructibus,beatitudinibus & omni pfectione,quā tum capax fuit,impleta. N O. Horum altitudo & claritas mentis meæ imbecillitatem prorsus reuerberant, vincunt,obtundunt.Hæc ergo quantū in me est, malo abscindi & transiliri, q̄ protrahi. C H. Aduerte tamē q̄ & facile aduertere potes,quanta sit iniquitatis enormitas,ac diuinæ iustitiæ æquitas,cum nulla pura creatura fuerit digna & efficax redimere & saluare genus humanum:sed ipsummet vnicum dei filium oportuit incarnari, quem & pater in assumpta natura maluit taliter (vt dictum est) pati, q̄ peccata manere inulta: q̄ infinitæ quoque sapientiæ fuit, q̄ deus omnipotens salua sua iustitia, per particularem ac temporalem Christi mortē decreuit humanū redimere genus,à morte vniuersali ac sempiterna, & ad amissam reducere gratiā ac salutem.Quanta quoque pietas dei relucet in isto,& qualiter omnipotentia creatoris in incarnatione verbi æterni & in cæteris eius repræsentat ac relucet mysteriis. N O. Magna & valde supernaturalis est altitudo sapientię Christianę,nec humanitus adinuenta aut ficta:atque vt tactum est supra,non per naturalia argumenta, nec magica arte, neque armorū violentia,nec humana potentia est hominibus persuasa, recepta, ac toto orbe terrarum diffusa.C H. Illuminari cœpisti, & quoniam copiosius appetis illuminari ac dono sapientiæ adimpleri,stude puritati internæ, totamq; conuersationem tuam funda ac stabili in humilitate profunda,ac filiali ac indesinenti di[illegible] timore.Atq; (vt tactū est) passionem meam ad imitar[illegible] sum pensa assidue,meam considerando fideliterq; se[illegible]ido charitatem,patientiā

mititatē

mititatem,constantiam,humilitatem: ac mei intuitu & amore corpus tuum discrete castiga,quæ carni mo⸗lestiora sunt elige,subesse,obedire,corripi,corrigi, hu miliari potius opta,ꝙ præesse, præcipere, promoueri, laudari, delicate tractari, in omni euentu satage esse tranquillus in deo. Omnipotentis præsentiam inces⸗santer considera & honora ,in eius conspectu custodi⸗tus & solicitus esto, ne in aliquo tãtam maiestatem ac sanctitatem offendas,omne opus eius cum reuerentia feruore & alacritate adimple. Ecce si ista impleueris, imo ad ista implenda diligentiam & conatum omni hora impenderis:erit deus omniũ deus tuus,susceptor & exauditor tuus,& protector animæ tuæ,erit sine du⸗bio animæ tuæ sponsus, & in mente tua quasi in thala⸗mo incessabiliter requiescet, deosculabitur,amplecte⸗tur,consolabitur, fœcũdabit te intus, intellectum tuũ implebit splendoribus,affectum ardoribus sanctis, & docebit te vnctio spiritus sancti in vniuersis.Tunc sen⸗ties ꝙ vere suaue sit iugum meum,& veritatem fidei ex perimentaliter nosces,atq; cum fratre illo Egidio ęsti mabis te scientiam magis habere ꝙ fidem.NO.O salua tor dulcissime, putas ne miserrimus ego ad ista tandẽ pertingam? CH. Nescis ꝙ deus sit bonitas pura,penitꝰ infinita,cuius munificentia est immensa, qui rationa⸗biles creaturas sibi fideliter adhærentes tam præcipue amat: ideo ipse exuberantissima abundantia suæ pie⸗tatis immensæ merita supplicũ excedit & vota, & plu⸗ra ac maiora paratus est dare, ꝙ creatura petit accipe⸗re,quantum in ipso est;& dummodo illa non ponit ob staculum: sed reddere se capacem sategerit. Solæ etenĩ iniquitates,ingratitudines, negligentiæ & torpores ac culpæ vestræ inter deum vestrum & vos diuidunt. & peccata vestra abscondit faciem .i.gratiosam eius præ sentiam à vobis.Certissime ergo agnoscas, ꝙ quanto plus puritati mentis studueris, quanto diligentius ab omni offensa deitatis præcaueris, quo profundius hu⸗miliaueris & abnegaueris temetipsum,& obedientior fueris

Mich.6

1.Iohan.2

Mat.11

Isaiæ.59

Ieremiæ 5

fueris, tanto copiosius sol sapientiæ deus lucis ac liberalitatis interminatæ in anima tua splendebit, radios sapientiæ suæ diffundet, ignem sancti amoris accẽdet: imo tam inundanter ac redundanter offeret & cõmunicabit se tibi, vt ferre non præualens clames: Dñe cõtine vndas gratiæ tuæ. Præterea per donum sapientię ad gradum tertium & perfectum perductæ, ardentissimæ charitati vnitæ, faciet te quasi consiliarium & secretarium suum, incerta & occulta sapientiæ suæ tibi manifestans, teq́ familiariter & intime sibi astringẽs, & in diuitias gloriæ suæ te rapiens, in secretum saporẽ, in deitatis oceanum, in supergloriosissimæ arcanũ trinitatis te assumens, eleuans, & absorbens: vt superdignissimæ & supervoluptuosissimæ trinitatis gloriam, & mutuam intuitionem, dilectionem, & complacentiam atq; ipsius ad suos electos charitatem & pietatẽ feliciter, prout in præsenti vita conceditur, contempleris. Verum vt dixi, ad hęc obtinenda, ad proficiendum ac permanendum in gratia tanta, oportet in dei præsentia iugiter custoditum, timoratũ, syncerum existere, ab omni vanitate, leuitate, dissolutiõe cauere, spirituali profectui condignam impendere diligẽtiam & conatum. Deniq; hoc est quod in euangelio simplici quidem sermone, sed alto sensu expressi: Si qs (inquiens) voluerit voluntatem dei facere, cognoscet de doctrina an ex deo sit. Nempe qui modo nunc tacto conuersatur, certitudinaliter in seipso experitur euangelica documẽta verissime esse diuina, & ad deificam pfectionem, ad transformationem in deum supernaturalem seraphicam, ad obdormitionem in deo dulcissimã dei formem ac cœliformem ducentia, soporato iam corpore, omniq́; sensu à suo actu alienato, suspenso, ac derelicto. N O. Certe mi domine postulationi meæ satis fecisti piissime, & erudisti me qualiter ad sapientiã salutarem, contemplationem diuinam, & illuminationem supernam queam ac debeam peruenire per indesinentem cordis custodiam, per oris refrenationem, per sen-

S. Effrem

Psalm. 50.

Iohan. 7.

per sensuũ coertionẽ, per mentis munditiã, per reformationem passionum, fugamque vitiorum, per salubrem compunctionem atque assiduam tuæ dignissimæ passionis ac mortis memoriam, non per lectionẽ & studium. His igitur documentis obtemperare intendo, & affectuosissime precor, vt gratiam ac virtutẽ adimplendi hæc omnia indignissimo mihi præstare digneris ex tua bonitate, charitate & pietate immensa, per merita omnium quæ pro me facere ac perferre dignatus es. CH. Ex parte mei non erit defectus, fac tu quod in te est, & quod tibi incumbit. Veruntamen ad proficiendum modo prætacto, lectionem & studium non obesse, sed magis prodesse agnoscas, præsertim si discrete agantur. NO. De hoc ipso instruere me digneris, & de cautelis nouitio necessariis ad vitandum impedimenta quotidiani idoneique profectus.

¶De libris qui nouitiis conueniunt magis, & de mõ lectionis ac studii in eisdẽ. Articulus 9. CHRI.

NOuitiis in suo nouitiatu non multum vacat lectioni ac studio immorari: sed ea quæ ordinis sunt diligenter addiscere, cantum, psalmodiã ceremonialia, obseruantias regulares. Certis tamẽ horis debent in suo secreto discussioni conscientiæ suæ esse intenti, beneficia dei recolere, priora pericula & peccata horrere, sicque ad deũ cum præcordiali affectu conuertere, & cur venerint intueri. Dominicæ passionis (vt dictum est) recordari. Cõformiter hora ad hoc magis vacante legere debẽt salubria, & suo proposito magis accõmoda, vtpote ea quæ compunctionẽ inducunt, deuotionem nutriunt, & inflammant, timorem dei in corde stabiliunt, & quæ ad vitiorum horrorem, ad mundi contemptum, ad suiipsius aspernationem & humiliationem vehementius incitant atque erudiunt mentem. Ea quoque quæ efficatius docent modũ ac ordinem spiritalis profectus, reformationẽ passionum, remedia ac triumphos tentationum, & exercitationem internam. Quemadmodum enim per ianuã

introit

introitur in domum: ita per moralem doctrinam & reformationem extirpationemq; passionum ac vitiorũ, ad theoriam & mysticam sapientiam contemplatiuãq; vitam. Porro libri ad prætacta conuenientiores, sunt moralia beati Gregorij, volumina Cassiani & Climaci, sermones & tractatus Bernardi, quædam quoq; moralia scripta Hugonis & Richardi de sancto Victore, ac sancti Bonauẽturæ. Item Profectus religiosorum, Horologium æternæ sapientiæ, libri etiam Vitaspatrum multum consolatorij inflammatiui ædificatorijq; cõsistunt. Consimiliter legendæ & historiæ quædam sanctorum, vt Actus Francisci, & similia deuotionalia quædam opuscula, potissime quæ pertractant de passione dominica, de quatuor nouissimis, de mundi contemptu, de arcta via salutis, de vitijs atq; virtutibus: non quod omnia ista, sed quædam horum, quæ tibi magis ad manum sunt, legere debeas: non varia percurrendo & folia reuoluẽdo, aut solam notitiam vel temporis deductionem, seu speculatiuam & superficialem delectationem quærendo: sed vt proficias, vt virtuosus reddaris vt in timore, humilitate, custodia ac salubri proposito, condecentia morum, refrenatione linguæ & sensuũ, reformatione passionũ & puritate interna funderis, cor roboreris, excrescas. Iccirco quæ legis, tibiipsi applicare mox debes, imperfectum tuum deflere, emendationem proponere, & ordinate, feruenter ac perseueranter prosequi eam. Ecce tale sit tuum studium. Dum enim taliter legis ac studes, spiritus sanctus loquitur tibi: quẽadmodum dum oras, tu loqueris creatori. In huiuscemodi libris & in sacris scripturis, quasi in speculo vides, & agnoscis teipsum, & faciem cordis tui. Ibi imperfectum tuum clarissime conspicis, quid agendũ restat, & qualiter proficere debeas, discis. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum seipsum, ad corripiendum charitatiue ac iuste proximos, ad erudiẽdũ seipsum ac alios in iustitia: vt perfectus sit homo, ad omne opus bonũ instructus ac promptus

1. Timo. 3

promptus: Quæcunque in his codicibus scripta sunt, ad doctrinam fidelium scripta sunt: vt per pacientiã & consolationem scripturarum spem habeant, nec vnquam in vita hac arbitrentur se apprehendisse: imo priora atque præterita exercitia sua paruipendentes, in anteriora & eminentiora extendant seipsos: meliora & viciniora saluti per infatigabilem assiduumque profectum obtinere conantes, sicque ad supernæ vocationis brauiũ quotidie feruentius properantes. NO. Hæc cõpendiosissima documenta cunctis Aristotelicis, Platonicisque doctrinis incomparabiliter pulchriora, sapientialiora, ac salubriora consistunt. Nunc de cautelis vitandi impedimenta spiritualis profectus dignetur prosequi dominus meus.

Roma 15

Philip. 3.

Hebr. 6.

¶De cautelis necessariis nouitio, ad perseuerãdum & vitandum impedimenta spiritualis profectus.

¶Articulus 10. CHRI.

PRimo considera, cum quãto feruore ac quali diligentia reliqueris seculum, & oĩa quæ habebas in eo: parentes, propinquos, notos, charos, familiares, terram natalem, opes, societatem dilectã, atque ad vitam hanc pœnitentialem venisti, vt tibi ipsi ac seculo morereris. Nunquid ex paruo affectu id fieri potuit? Attende etiam quam verecunde, humiliter, ac instanter recipi postulasti. Receptus quoque quam modeste, deuote, obedienter, ac dirigibiliter te habere cœpisti: huius exordii semper sis memor, & noli tepescere, cancrisare, præsumere, extolli, resolui, audacior aut negligentior effici: imo in tam felici exordio cresce, persiste, & vsque in finem fructuose atque salubriter pseuera. Hinc & typice iussum est filiis Israel egressis Aegyptũ: Mementote diei huius, in quo eduxit vos dñs de Aegypto, de fornace ferrea, & seruitute luti ac lateris. Ita & tu recordari nõ cesses, quam gratiose ac virtuose eduxit te spũs sctũs de hoc seculo nequã, de fecibus carnalitatis, de iugo diaboli, de durissima atque vilissima seruitute peccati; imo de pœnis inferni, quas iã incidere meruisti,

Deuter. 4.

Iob. 14. & paulo post incidisses, nisi operi manuum suarũ deus dexteram porrexisset. Hinc vnus patrum respondit interrogãti: Qualiter me habebo? Vide qualis fueris primo die quando existi de seculo, & receptus fuisti in claustro, & talis permane semper. Attende q̃ vile est in claustro tepescere, remissius agere, falli & vinci ab hoste, quum in Apocalypsi testatus sim: Habeo

Apocal. 2 aduersum te, quòd charitatem tuam primã reliquisti.

Apocal. 3. Itemq; : Quoniam tepidus es, incipiã te euomere ex

Hebræ. 10 ore meo. Vas quoq; electionis protulit: Voluntarie peccantibus post acceptam notitiam veritatis, iã non relinquitur pro peccatis hostia. Secundo indesinẽter

Abacuc. 2. sta super custodiam tuam, ne ab aduersarijs vulneris: imo ad conflictum contra omnem tentationem stude iugiter esse armatus ac præparatus, timoratusq; e[illegible]o, quemadmodum scriptum est, & tactum superi

Ecclesia. 2 us: Fili accedens ad seruitutẽ dei, sta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem: imo exordio tẽtationis protinus obuia, & resiste, prout de hoc dictũ est ante. Hoc est quod pastor ecclesiæ ait: Sobrij estote,

1. Petri. 5 & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanq̃ leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Tertio, omne temerarium iudicium caue, ne quenquam incaute despicias: nihilominus caue ne exemplo eorum qui negligentius agunt, decipiaris, aut remissior fias: & prospice quorum collocutio & conuersatio te magis ædificet, ac illis te magis applicare, & sociare coneris. Alios tamen dijudicare nõ audeas, sed suis eos committe iudicibus. Quarto, attende, ne specie boni fallaris. Quos enim hostis nequissimus cõspicit feruidos, nec euidenti malo dejici posse, apparentibus & nõ existẽtibus bonis decipere nititur: ideo cordis tui secretas suggestiones & machinas pande viris idoneis, sicut p̃habitum est. Quinto attende, vt rationabile ac discretum sit tuũ obsequiũ, nec immoderatis vigilijs, abstinentijs, aut cõsimilibus exercitijs frangas te cito ita, vt iter religiosæ peregrinationis cõtinuare nõ queas.

Sexto,

Sexto aduerte, ꝙ ineffabiliter grandis sit causa tua cū deo, à quo in breui te iudicari oportet: profundissime pensa, quia in hoc breui incerto præsentis vitæ curriculo necesse est, te aut sempiternam beatitudinē meritorie adipisci, aut infernalem damnationem incurrere. Si hoc rite ac frequenter perpenderis, in cella & claustro patienter ac libēter manebis: ꝗuis inibi vsq; ad collum in medio vermium resideres. Postremo, ꝓ conseruatione & defensione ac profectu condigno, inuocare non cesses: beatissimam quoque humani generis aduocatam diligere, honorare, & exorare non desinas.

¶Summaria & finalis nouitioꝝ instructio.

¶Articulus 11. CHR.

ATtende nunc fili mi, ꝙ bene sit eis qui olim in seculo isto mundum cum vniuersis suis spreuerunt, delitiis, diuitiis, atq; honoribus. Ecce quā tam gloriam, excellentiam, laudem, inæstimabilēq; honorē breui in tempore modico cū labore mercati sunt. Certe iam computantur inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est. Nunc de indicibili sua beatitudine, de beatifica ac suauissima fruitione superdignissimæ deitatis æternaliter sunt securi: & tanto sunt modo feliciores in sempiternum, quanto in breui hoc spacio vitæ deo syncerius, diligentius, amorosiusque seruisse inuenti sunt. Considera quoque quàm male & pessime sit iam eis, qui arctam viam salutis incedere neglexerūt, q in suis sunt cōcupiscentiis cōuersati, qui carnalia magis ac terrena ꝙ spiritualia, cœlestia, & diuina sunt assecuti. Perpende quanta eoꝝ exsistat calamitas. Nonnę ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calicis est eorum? Nunquid pro toto mundo, & delitiis eius cunctis velles vnum diem aut horam vnam nudo corpore iacere in medio æstuantissimi clibani? Et nonne fateris sulphureum illum tartareum ignem omni igne huius mundi vehementer esse calidiorem? NOVITIVS. Heu

Sapient. 5.

Matthę. 7.

quanta excæcatio an vesania est, pro huius fallacis vitæ caducis delitijs seipsum exponere periculo æterne, intolerantissimæ afflictionis illius feruentissimi incēdij infernalis, amissionis quoque perpetuæ felicitatis. Et dato, quod quis in seculo non penitus pereat: tamen vix contingit, quin graue ac diuturnum nimis ibi purgatorium mereatur. CHRI. Recte consideras. Et nunc quoniam firmiter decreuisti in religione permanere, me caput tuum ac dominum strenue imitare, per ignem & aquam me sequere: disce à me, quàm mitis sum & humilis corde. Carnem tuam cum vitijs & concupiscentijs crucifige, mortifica, abnega, vince teipsum: voluntatem tuam mihi plenarie offer per obedientiam plenam. Cum metu & reuerentia serui deo. Cum omni cordis custodia & feruore, cū puritate & profectu adhærere & obsequi omnipotenti & incircunscriptibili deo non cesses, vilibus & indignis solatijs consolatiunculisq; contemptis. Si taliter egeris, habebis nunc paradisum in terris, summo & infinito bono, mente tranquilla, dulcissime adhærendo, & paulo post paradisum cœlestem. Videbisq; bona domini in regno sanctorum, quæ nec oculus viatorum vidit, nec auris eorum audiuit, nec in cor peregrinantium ascenderunt, quæ præparata sunt, atque largissime conferentur veris religiosis, consilia mea implentibus. NOVIT. Ita mi domine legifer summe, consultor sapientissime, agere cupio & propono, teq; præstante implebo. CHRIST. Constans esto, & iuxta prælabita operare: sicq; videbis & experieris auxilium meū in te. Ad laudē & gloriā omnipotētis: qui est super om̄ia deus sublimis & benedictus.

AMEN.

Psalm. 65. Mat. 11 Galat. 5 Col. 3 Lucæ. 14 Hebræ. 12 Prouer. 4. Psalm. 26. Isaiæ. 64. 1 Cori. 4. Isaiæ. 33.

Appendix

¶APPENDIX DE VERA RELIGIONE & qui specialiter religiosi nuncupandi sint, per V.P. Petrum Leydis, Carthusianorum Coloniæ Priorem.

DEVS hominem condidit ad imaginem & similitudinem suam, vt ipsum cognosceret, cognoscendo diligeret, & diligendo frueretur, in eo solo delectando se. Hæc erunt perfecta in futuro seculo, in præsenti vita habentur imperfecte: quia per fidem videmus in speculo & ænigmate, & nondum tenemus in re, sed in spe: ideo imperfecte diligimus. Docemur autem in euangelio deum ex toto corde diligere, quia debemus in hac vita niti acquirere, quod in futura perficietur. Vita ergo Christiana seu euangelica est, deum ex toto corde diligere, & proximum sicut nosipsos. In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Qui autem dicit se deum diligere (inqt beatus Iohannes aposto.) & mandata eius non custodit, mendax est. Amor enim dei non est ociosus, operatur enim magna si est: si autem operari desinit, amor non est. Inter omnia vero virtutum opera, religionis seu latriæ opera præcellunt, quod sic probatur: Ea quæ sunt ad finem, sortiuntur bonitatem ex ordine ad finem: Et ideo q̃to sunt fini propinquiora, tanto sunt meliora. Virtutes autem morales sunt circa ea quæ ordinantur in deum sicut in finem. Religio autẽ magis de propinquo accedit ad deum, q̃ aliæ virtutes morales, inquantum operatur ea quæ directe & immediate ordinantur in honorem dei. Et ideo præeminet religio inter alias virtutes morales, & nos deo ꝓximos facit. Opera aũt religionis sunt, deuotio, quæ est voluntas prompte tradendi se ad ea quæ pertinent ad dei famulatum: oratio, quæ est ascensus mentis in deũ. Hæc est oratio mentalis, ex qua oritur oratio vocalis & cãtus, ad quæ meditatio, cõtẽplatio, & puritas cordis sunt necessaria. Hæc & his similia in interiorib⁹ agũt hoĩs. In exteriorib⁹ est adoratio, quæ fit ꝑ genuflexionem

Gen, 1 & 2 | 1 Cor. 13 | 2 Corin. 3 | Augustin⁹ | 1. Cor. 13 | Deu. 6. 10 | Mat. 22 | Marci. 12. | Lucæ. 10 | Augustin⁹ | Mat. 22 | 1. Iohan. 2 | Gregori⁹. | August. li. 10. de ciuitate dei | Thomas | Albertus | August. | Opa religiosorum | Iohã. Damascenus

nem, proſtrationem, & inclinationem, atq; ſimilia, apta ad mouendũ interiorem hominem ad actũ ſuũ. Hæc tamen exteriora præſuppponunt interiora, vc3 notitiã eius q adoratur, ꝙ ſc3 deus author ſit naturæ, gratiæ, & gloriæ, & oĩs boni: hęc eſt adoratio latrię, exhibitio honoris diuini, quæ talem cognitionẽ reqrit, & nulli alteri exhibetur. Item præſupponit plenã & ꝑfectam ſubiectionem & ſubmiſſionẽ in diuinũ beneplacitũ ex charitate, vt adoratio illa accepta ſit & meritoria. In ſacrificio vero ſunt oĩa quæ offeruntur: inter cætera ſunt propriæ voluntatis oblatio, corporis maceratio, tpalium reꝝ abdicatio, vitioꝝ mortificatio, paſſionũ refrenatio, ſacri altaris hoſtiæ quotidiana immolatio, & (quod maximum eſt) cũ ſummo bono deo optimo & maximo ſtricta ꝑ votũ perpetua obligatio. Hæc præſcripta ſpectant ad vitã Chriſtianã & euangelicã, quæ deo tenetur curã quo ad prima opa, & ceremonias quo ad ſcda, & ſacrificiũ quo ad tertia, per virtutẽ moralem quæ dicit religio. Quapropter omnis colens præfatis modis vnum veꝝ deum eſt religioſus. Tales ſunt omnes Chriſtiani. Cæteræ vero nationes vnum deum (ſuo more colentes) nomine religionis indigni habentur propter ſuperſtitionem, & falſitatem atq; errores, vt ſunt Iudæi, Saraceni, hæretici. Quamuis vero religioſi dicãtur omnes veri Chriſtiani, eo ꝙ vnum veꝝ deum colũt, ſpecialiter tamen inter eos religioſi dicuntur, qui totam vitam ſuam diuino cultui dedicant, ã mundanis negotiis ſe abſtrahẽtes. Iſti religioſi iſto moderno tempore generaliter monachi vocantur. Exempli gratia: Inter pinſentes panes illi piſtores dicuntur, qui quotidie pinſunt panes, & hoc officiũ in communitate exercẽt: nõ aũt illi qui in domibus ſuis interdum pinſunt, ꝗuis generaliter piſtores dici poſſent etiam ipſi. Iſti itaq; religioſi cum cæteris Chriſtianis viuunt ſub lege diuina, ſed excellentius. Manifeſtum eſt enim, ꝙ in colendo deum modis præſcriptis, die noctuq; magis occupantur cæ-

teris

Marginal notes: Auguſtin⁹ — Iudi. 5 — Col. 3 — Pſalm. 43. — Chriſtiana vita q̃lis. — Religiõis verę cultores.

teris Christianis, etiam sacerdotibus secularibus. Ad hoc em a spiritu sancto p sanctos patres instituti sunt, vt vacent deo,& salutem propriã operent,peccata populi defleant(quoniam monachus Græce,Latine vnus tristis dicitur) pro tota ecclesia orent & interpellent. Et hæc proprie spectant ad eos q statum hñt vitæ contemplatiuæ.Item vt plebem instruant, & hoc proprie concernit ordines mendicantium, q cum præfatis cõtemplatiuorum studiis etiam incũbunt lectioni sacræ scripturæ,doctrinæ in scholis,prædicationi in suggestu,& auditioni confessionũ. Item alii religiosi visitãt pupillos & viduas,& curam impendunt infirmis & defunctis. Sunt ergo in magna differentia etiã illi,q speciali ter religiosi vocãtur.Quanto aũt aliqua sunt spiritualiora,tanto sunt simpliciter meliora, licet p accidens contrariũ iudicet. Oportet em interdũ intermittere contemplationẽ propter salutẽ proximi. Improuide vero decipiuntur, q putant contẽplatiuos & à cõsortio hoim separatos, vanos ac inutiles ecclesiæ dei, cum veritas dicat: Maria optimã partẽ elegit,quę nõ auferetur ab ea.Vbi dicit Ambrosi⁹: Agat te sicut Mariam desiderium sapientiæ, hoc enim maius, hoc perfectius opus:nec ministerii cura à cognitione ꝟbi cœlestis te auertat,nec arguas eos & ociosos iudices,q̊s vides studere sapientiæ.Nec Martha tamen in bono ministerio reprehẽditur, sed Maria quod meliorem partem sibi elegerit antefertur. Hæc Ambrosius. Beatus quoq; Augustinus tales sanctiores esse dicit, qui à conspectu hominũ separati nulli ad se præbent accessum, viuentes in magna intentione oration m. Idem:Videntur autẽ nonnullis res humanas plus quàm oportet deseruisse, non intelligentibus quantum nobis eorum animus in orationibus prosit & vita ad exemplũ quorum corpora videre nõ sinimur. Hæc ille. Omnes prefati religiosi in iam dictis ministeriis instituti sunt, vt bonum commune reipublicæ humanæ naturæ conuenienter administretur, ipsi scilicet circa spiritua

Phil.2
Thren.4.5
Iacobi.1
Contẽplatio qñq; in terr ũpẽda
Lucæ.10
Ambrosi⁹
Augustin⁹
Lucæ.10
Scopus religiosorũ quis debet esse.

lia quæ animam concernunt, sicut seculares in ministeriis quæ corpus concernunt, deputati sunt. Homo enim ex anima & corpore compositus est. Ideo oportet φ circa vtrūq; sint ministeria, quibus tēdat in finē ad quem creatus est. Itaq; Christiani principes, imperatores, & reges cum sanctis pontificibus, videntes religiosos præfatos magni esse meriti apud deum, & ecclesiæ dei esse vtilissimos, condiderunt eis monasteria & habitationes, & possessionibus dotauerūt, magnisq; & multis priuilegiis munierunt. Deus etiam pius & misericors eorū sanctitati per miracula multa & magna testimonia prębuit. Non debet autem mouere, φ quidam eorum sunt mali & defectuosi: hoc fit sanctæ religioni per accidens. Mali enim semper fuerunt, eruntq; cum bonis in hoc mundo. Mali tamen debēt cogi & reformari, & religio stabiliri atq; defendi, nec vllo modo monasteria destrui, nec bona deo cōsecrata diripi, quasi modus viuendi religiosorum esset vitæ euangelicæ contrarius. Vita em̄ religiosorum est perfecta impletio legis diuinæ. Propterea em̄ instituta est vt lex diuina strictissime obseruetur, & cōtraria huic legi facillime euitentur. Lex quippe vetus & euangelica, hoc est diuina, omnia mādata tradidit propter impletionem charitatis, vt testatur ipse deus dicens: Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo, & in tota aīa tua, & in tota mēte tua: hoc est maximū & primū mādatum. Scd̄m aūt simile est huic: Diliges ꝓximū tuū sicut teipm̄. In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Sed quia hoīes communiter ab impletione huius pręcepti charitatis impediuntur per curas rerū tpalium, & innatas prauas concupiscentias, & propriā malitiā: secundū quod dicit Iohānes: Omne qd̄ est in mundo cōcupiscentia carnis est, & concupiscētia oculorū et supbia vitæ. In qbus cōtinent oīa pct̄ā charitati cōtraria. Ea propter sancti patres (spiritu sc̄tō inspirante, sine q̄ nullū omnino bonū, nec salutis auxilia esse possunt) certos viuēdi modos elegerūt, p q̄s declinarēt

Ordinatio hois q̄ spectet.

1

Religiosi mali qūo reducendi

Religio monastica q̄re condita.

Deuter. 6. Matthæ. 2 Marci 12 Lucæ. 10 Mat. 22

1. Iohan. 2

1. Cor. 12. & 13

narēt à malo oīm peccatorū, & facerēt bonum, deum super omnia diligendo, & ipsi iugiť inhærendo, quantum possibilitas in hac mortali vita permittit: diuina ipsis gratia assistente & cooperāte. Qui viuendi modi ab ecclesia approbati sunt per tot centena annorum: cum in eis sit maior securitas, excellētissima sanctitas & deum perfecte diligēdi summitas. Mellifluus etiam doctor Bernardus, simile testatur dicens: Bonum est nos hic esse, scilicet, in religione, quæ in prædictis viuendi modis continetur atq; signatur, qa ibi homo viuit purius, cadit rarius, surgit velocius, incedit cautius, qescit securius, irrorať frequentius, purgať citius, moriť confidētius, remunerať copiosius. Cōsulte igiť agūt q ap̄bată religiōem petūt, vbi regula viuēdi religiose custodiť, vt cū tētatiōibus pulsati in pctā posse notanť ruere, coerceanť ne cadāt, sed paulatim discāt vitijs mori, ꝟtutes acqrere, oīa in charitate agere, qa ꝑpť charitatē oīa in religiōe instituta sunt. Huic charitati studēt oēs ꝟi religiosi. Idcirco scd̄m doctrinā apl̄i tales ęq̄n imiť alioꝝ illata mala tolerant, qa charitas patiēs est: aliis bn̄faciunt, qa charitas benigna est: alijs non inuident, quia charitas non æmulatur: alijs non malefaciunt, quia charitas non agit perperam: in seipsis non intumescunt per superbiam, qa charitas non inflatur: non quærunt apparere, quia charitas non est ambitiosa: non ordinant omnia ad semetipsos, tanq̄ ad finem: sed potius seipsos & omnia ordinant in deum tanquam in finem vltimum, quia charitas non q̄rit quæ sua sunt. Est enim charitas quædam dilectio, q̄ fundatur super communicatiōe æternæ beatitudinis Deus vero est ipsa beatitudo. Ergo charitas quærit deum tanquam vltimum finem, & nō quæ sua sunt (hoc est quæ hominis sunt) non prouocant ad iram, qa charitas non irritatur, non pertractāt qualiter malū possent perficere, quia charitas non cogitat malum: non sunt malitiosi vt ex malitia peccent, quia charitas non gaudet super iniquitate, quod proprium est malorum

Psalm. 33.
Deute. 6. 8
Lucæ. 10
Matth. 17
Col. 3
Galat. 2.
1. Cor. 13.
Charitatis opera
Ioh. 12. 14
Ioh. 15. 16
1. Iohan. 4
1. Cor. 11.
Prouer. 2.

qui lętantur cum malefecerint & exultant in reb⁹ pessimis, congaudēt proximo quod in veritate ambulat sicut scribitur in Can.Iohan. Gauisus sum valde venientibus fratribus, & testimonium perhibentibus veritati tuæ, sicut tu ĩ veritate ambulas. Maiorem horum non habeo gratiam, ꝙ vt filios meos audiam in veritate ambulantes, scilicet per viam fidei & morū. Congaudent ergo proximo, quia charitas congaudet veritati: proximi infirmitatem sufferūt, quia charitas omnia suffert: omnia credūt diuinitus tradita: omnia sperant à deo promissa: longanimiter expectant ꝓmissa quia charitas omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, hæc optime à peccatis præseruat, quia ipa nūꝗ excidit. Salus æterna super omnes qui seruant charitatē cuius exercitium etsi omnes fideles cōcernit, tamē religiosi ꝟi maiorem curā impendūt eidem: Qui sit benedictus in secula. Amen.

3.Iohan.a
1.Cor.13.

¶ EXHORTATORII NOVITIORUM conclusio.

QVia secundum beati Gregorij dictum exempla plus mouent quàm verba: exempla quædā ex sexto libro Chronicę D.Petri Dorlādi, vicarij Carthusianorum montis Sancti Iohannis baptistæ in Zelem prope Diest, hic adijcienda pro colophone ad neophytorum instructionem nō incongruum putaui, vt qui boni sunt continuo ne tepescant curent, & qui tepidi sunt sibi timeant, vt non terribiliter eis dicatur: Vtinam frigidus esses aut calidus. Sed quia tepidus es, incipiam te euomere de ore meo. Videmus plerumq; quotquot in religionum institutis aut nō proficiunt, aut minime ꝑseuerant, malo fine concludi: superbia agitari, viam humilitatis viamq; veritatis aspernari, monita pietatis despicere, indigne ferre ꝓ excessibus emendationem, ad virtutis viam directionem. Sēper ad omem auræ flatum mobiles, semper turgidos, semper magistris inobedientes, semper rebelles lumini sem-

Greg. Homilia.38
Apoc.3.
Iob.24.

ni sempiterno. Vnde fit, vt continue seipsis efficiantur deteriores, terreni, frigidi, vani, aridi, insipidi, tñbrosi capitosi, animales, p.teriles, magni & gloriosi in ocul' propriis, viles & fœdi in oculis dei. In quos diabol⁹ potestatem accipiens variis eos tentatiōibus agitare nō cessat, quousq; ad magistri, patrum, & loci contemptū ad Aegyptum, ad vomitū, ad antiqua peccata, ad pristina aïę pericula, ad itinera æternæ damnationis retrahāt. Aut si horū aliq necessitate quapiam adacti, in monasterio manere cogātur, plærumq; lupi & vulpes fiunt, qui religionum vineas demoliuntur: si non (q̄d monet Salomon) paruuli capiantur, aut ad saniorem mentē se institui patiantur. Quód vt cōpendio fiat, diui Vincentii plane auream assequantur doctrinam illam Tractatu de interioris hominis reformatione, capit. 4. qua ait: Sciendum quod homo facilius & breuiori tempore possit ad perfectionem pertingere, si haberet instructorem cuius regimine duceretur, cuius obedientiam perfecte in omnibus actibus, magnis & paruis sequeretur: quàm aliquis posset seipsum perficere quantumcūq; vigeat acumine intellectus, & libros habeat in q̄bus virtutum videat oīm structuram exaratam. Imó plus dico, quód nunquam Iesus Christus suam gratiam ministrabit (sine qua nil possumus) si hō habet à quo posset instrui ac deduci, & negligit vel nō curat alterius ducatum amplecti, se credens sibi posse sufficere, & per se posse inuestigare & inuenire quæ sunt vtilia ad salutem. Ista enim via obedientiæ est via regia, quæ hominem inoffenso pede ducit ad summitatem scalæ cui dominus apparet innixus. Hanc viam tenuerūt omnes sancti patres in eremo. Et breuiter omnes qui perfectionem attigerunt, per hāc semitam processerunt, & per viam humilitatis peruenerunt ad gloriam maiestatis. Hæc Vincentius.

Psalm. 79.
Prouer. 1.
2. Cor. 15.
Gene. 28

¶Nouitius muro insidens magistri iam pridem defuncti monitione reuocatur, ad seculum ne redeat.

Olim

OLim ecclesia Cathedralis Grationopolitana canonicũ habuit, q corde compũct⁹ maiorem Carthusiam est ingressus. Hic post aliquantos menses cum nouus ille feruor iã pené intepuisset, cœpit de vomitu cogitare. Semp em̃ tepor non longe distat à vomitu. Huic tepori importũa se diaboli tẽtatio sociabat, & tam frequens tamq; continua: vt nouella plantatio & parum adhuc gratiarum fluẽtis irrigata, tempestates tam assiduas ferre non posset. Non enim recurrebat ad oratiõis suffragia, nec piorum patrum monita capiebat. Victor igit̃ diabolus miserum eo pduxit, vt nocte iam instante, clam turpem fugam meditaretur. Sedente igitur illo super murum, qui cœnobium cingit horto suo proximum, cum vellet se deorsum demittere: vidit magistrum suum qui illũ in nouitiatu iam pridem instruxerat, quique iam obierat mortem. Hunc vidit è cœlis ad se venientem multa luce conspicuum, & magna circundatum gloriá, dicentem sibi: Quorsum (inqt) ô fili tu fugere maturas in perditionis tuæ periculum? Mane (inquit) mane, & in ordine pseuera: & ego tibi pmitto perpetuę felicitatis regnũ: quod ipse percipies, si in ordine in finẽ vsq; laudabili conuersatione duraueris. Ille territus primum, deinde apprime animatus, sese ad mentem reduxit saniorem, cellam suam introijt, habitum resumpsit, & virtute ac longanimitate proficiens, felicissimo est fine consummatus.

¶ Nouitius quidam redire tentans ad seculum reuocatur voce defuncti.

IN hac ipsa domo Carthusiæ, quæ est mater nostra, fuit ante nos nouitius quidam: qui suadẽte diabolo ac iam etiam possidente, sub noct rno silentio fugere ad seculum moliebatur. Cumq; per cimiteriũ claustri transitum haberet, audiuit de sepulchro cuiusdam nuper defuncti patris vocem manifestam, dicentem sibi: Quo fugis ô miser, quo fugis? Prædico tibi si hinc abieris, filius gehennæ & perditionis alumnus eris.

eris. In hac voce correptus ac stupefact⁹ diriguit, & ad se reuersus cellā repetijt, & in ea vsq; in finem laudabiliter perdurauit.

¶Nouitius qui moleste cappam nigram deferebat, instruitur à Christo.

LEgi nouitium quendam hūc nostrum ordinem ingressum, in primis quidem mensibus strenuū satis: post tamen (quia non satis spiritui intendebat) cœpit á primo feruore tepescere. Et cum ille plurima sibi molesta duceret, cappam tamen nigram, quā nouitij ferre habent, molestissimam deputabat. Hanc abominabatur, hanc totis nisibus refellebat. Vno dierum cum meridianum somnum carperet, vidit dominum Iesum cruce longissima prægrauatum: qui anhelus & fessus scalam, quæ illic stabat, nitebatur ascendere: sed crux grauissima & in transuersum sumpta illū impediebat, nec cupitum præbebat ascensum. Qđ cernens nouitius Christo compassus, aptabat se vt illum iuuaret, quo facilius posset ascendere, & dicebat: Oro te mi domine, vt ęquanimiter feras si ego te iuuem, & partem crucis tuæ sustentem: video enim te nimis mi sere laborantem. Statim Christus hunc seuerus atq; indignans iussit abire, tali eum voce compellās: Quid tu (inquit) te iactitas quasi trabem hāc meam ferre ac leuare velis, qui cappam tuam quāmuis leuissimā pro me ferre contemnis? Hoc dicto visio disparuit, & euigilantem nouitium salubri confusione repleuit: & tāto post cappam libentius tulit, quanto eam antea fastidiuit.

¶Orationibus liberatur nouitius, cui cantori per celebri astu dæmonis ars & vox fuerant ablata.

SCriptum reperi Flandrensem quendam musicum domum nostrā, quæ ad Parisios est, vt se cōuerteret petiuisse. Hic & vocem habebat sonorā ac laudabilem, eratq; in arte musica peritissimus. Prior domus scire volēs an legere sciret ac cātare (sic em̄ omnes probari solēt qui ad nostrum ordinem admittuntur)

tuntur) aperto libro iuuenem canere pręcepit. Statim vt ille parere voluit, affuit diabolus qui illi ita guttur obclusit, vt nec vocem edere, nec notulam concinere posset. Prior, vt erat vir spiritalis, agnoscens astutias inimici, iuuenem in oratorium duxit secumq́ vt oraret, indixit. Erat nempe nimiũ stupidus, & supra quã dici potest verecundus: quód sibi tam peritissimo cantori, sic repente & vox omnis & ars dudum cognita, p̃cepta esset. Orant, instant, deprecantur: & statim fugato dæmone, iuuenis vocem cũ sua arte recepit: & gaudium priori & fratribus non mediocre subintulit. Receptus ad habitum cum laudabiliter conuersaret: tentatorem diabolum in se prouocauit: cui semper virt⁹ odiosa est: qui sępissime illum fatigabat, quo posset ab incœpto deducere: Nam nigerrimi Aethiopis formã induens, in teterrimam formidãdamq́ sæpe speciem nouitium affli ctabat: hoc vnum cogitãs, vt crebris assultibus hominem è sua cella eiiceret. Sed videns tandem nihil sua figmenta proficere, eum verbis aggressus est, dicens: Recede hinc miser recede, & noli rẽ insolitam vltra vires moliri: meum olim fuisti mancipium, meo famulatui paruisti: deo & huic ordini parere non potes. Nonne legisti, dicente Christo, neminem duobus dominis seruire posse? Quid igitur frustra conaris? Reuertere, inq̃, nã parentes tui de tua absentia nimium affli ctantur: parant enim ad maximã dignitatem te attollere, & huic mundo cõspicabilem promouere. Porrò ille terrentem, æque vt blandientem, diabolum aspernatus, stabilis in sua vocatione p̃ manfit: imposturam faciens impostori, & sancta sua conuersatione prophanum impiumq́ contemnens.

Matth. 6
Lucæ. 16

¶ Frater nouitius sororis blanditiis monasterium relinquens, vterq́ à feris deuorantur.

VTinam, qui nunc sequitur nouitius, tali potuisset industria diabolum superasse. Nam iste de q̃ nũc locuturi sumus, cum ordinem nostrum esset ingressus nec esset sedulus custos mentis suæ, facilẽ se præa

se præbuit diabolicæ voluntati. Enimuero soror eius illum veniens inuisere, cum copiam haberet secũ sermocinandi: multis sermonibus implicuit miserũ fratrem, vt votis assentiret suis, & secum ad seculum repedaret. Ille statim abiecto habitu (licet in cõtrarium sancti patres hortarentur) retrorsum vestigia, intorquens, post diabolum ambulabat. Sed, heu, non impune. Fratre igitur ac sorore læto animo ad seculum remeantib⁹, tristis eis subito superuenit interitus. Cum enim nemus præterirent, quod cœnobio adiacet, repẽte exiliunt rapidissimæ feræ, nunquam illic prius cognitæ: quæ hos miseros nimis mordaciter inuadunt, strangulãt, occidũt: & dicto citi⁹ in vẽtrem deglutiũt, paucis reliquiis pmanẽtibus. Viderunt hæc pastores et agricolæ, qui huic spectaculo non longe aberãt: & statim quæ gesta fuerant, nunciant monasterio. Illi audientes funestam cladem & nimis amarũ iudicium dei, in communi omnes lachrymantur: & amaros gemit⁹ effundunt ad cœlos, dicentes: Quã terribilia sunt opera tua domine, nimis profundę factæ sunt cogitatiões tuæ. Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget, quàm terribilis sis in consiliis super filios hominum.

Psalm.91.
Psalm.65.

¶Nouitius vermibus ad desperationem vsq; afflictus, facta professione iuxta prioris promissum, miraculose liberatur.

FVit ante nos nouitius in ordine nostro (vt legi) vir quidem pius & ordini deuotus: sed non satis in aduersis constans: quippe quem vermiculi, quos pediculos dicimus, affligebant. Et reuera hæ bestiolæ (præter communem vsum quo cæteros fatigãt) in tanto numero illi aderant: vt diaboli factione immissi haud dubio crederent. His vermibus nimiũ fatigat nouitius, ac pen ẽ desperans priorẽ domus aggressus, cœpit cũ illo de sua egressiõe tractare. At prior sciens illũ viri bonæ csciæ esse, multis sermõibus hortatur,

ratur, vt maneat: nec se à vilissimis vermib⁹ patiatur expelli. Dehinc consolans mœstum: Mane (inquit) ô fili mane, & in ordine perseuera. Iuro enim tibi, quòd facta professione ab his vermibus liberaberis, nec vltra tuam carnem attingent: vt noueris hanc immissionem pediculorum diaboli factiōem esse, qua te ab ordine faciat extorrem. Acquieuit ille, & in ordine profitens statim ita liber est reddit⁹, vt ne vermiculus vel vnicus in eius posset vestibus inueniri.

¶Nouitius diaboli arte. 10. aureis prouisus, intelligens hostis dolum inconstantię propositum, in sanctā vitam commutat.

NOuitius quidam in superiori Almania, cū nostrum esset ordinē ingressus, nec satis firmasset mentem in obsequium dei, cœpit de vomitu cogitare. Et iam in liquidum resolutus: O (inquit) si nunc haberem ad man⁹ aureos decem, nequaquam hic vltra perdurarem: sed statim me seculo redderem quod reliqui. Odi enim hunc ordinis rigorem, odi pisas & fabas & durissimam ordinis disciplinā. Sine pecunia tamen nusquam tuta, nusquam honesta professio est. Cumq́ꝫ vndiqꝫ per cellam circumspiceret, vidit (mirabile dictu) illos ipsos aureos iacere sibi sub oculis, probatæ monetæ & publicæ. Tunc ille stupidus nimium: Vnde (inquit) hoc aurum, vnde hi nūmi tam subito prouenerunt: hoc præsertim in loco, vbi nunq̄ pecunia consueta est inueniri? Certe hoc artificium ô Zabule tuum est, hi doli sunt tui: quo me ab ordine eijcias, faciasq́ꝫ extorrem. Nūc magis ipse manebo (& vt tibi crepēt oculi) me pseuerantē videbis, & q̄ sctā sunt æmulantē. Pecunia v̊o tua tecum abeat in pditiōem.

Actu. 8.

¶Nouitius pristinas diuitias recordans, abitumq́ꝫ meditans, exemplo auiculę quam alebat, diuinitus stabilis redditur.

OLim in domum nostrum, quæ iuxta inferius Traiectum est, vir magnarum opum & qui in seculo multa fuerat claritate conspicuus, ingressus

gressus habitum ordinemq; suscepit. Verum (vt Isaias ait) qui recessit à malo, prædæ patuit, inuidia diaboli agitatus, qui prædam suam ad se reuocare curabat, multis & magnis cœpit tentationibus fatigari. Cogitabat nempe, quas diuitias, quasq; delitias dudum habuerat, & quibus fuerat honoribus sublimatus: & hæc cogitans de vomitu pensitabat. Cumq; iam in id mentem non satis sanam impulisset, vt recederet, tali signo est ab amentia reuocatus. Habebat nempe de voluntate prioris auiculam arte canentem in cella sua, cum qua ludere solitus, suas temperabat angustias. Instante igitur die quo abire decreuerat, acceptam auiculam emisit ex cauea, ad quam apertis cellę fenestris loquitur dicens: Vola (inquit) vola, & libere nūc quo volueris perge. Perge inquam. Nam mox ego te consequor eam cupiens libertatam, qua te nunc ipse donaui. Mirum dictu, auicula indomitum animal & omnis semper clausuræ impatiens: licet omnia paterent, & sub nudo aere locaretur: diuino, vt puto, instinctu colligata nusquam tentabat aufugere, nusquam voluit de cella commigrare. Ille cum sagacis esset ingenii, signum hoc dei muneri ascribens, passus est se ab irrationabili animāte doceri, intelligens multo magis illū oportere nusq̄ auolare, nec vana liberate potiri, nec instar vxoris Loth ad fumigātem Sodomam oculos retorquere. Mansit igitur stabilis perseuerans, pluris faciens gazis Aegyptiorum improperium Christi.

Isaiæ.59.

Genes. 19

¶Nouitius per scalam sibi à dæmone ad descendendum in profundum malorum paratam ascensiones in corde disposuit.

LEgi ordinem nostrum olim nouitium admisisse, qui sub prima quidem conuersatione satis se laudabilis vitæ monachum exhibebat. Verum illo agente qui sub anhelitu prunas ardere facit, nullam neq; die neq; nocte requem habuit; stimulatus à Satana, vt ad seculum remearet. Vicit tandem improbus exactor & ī eam insaniam miserum perduxit: vt

Iob.41.

ſcalam quærere inciperet,qua poſſet per murum cellę contiguum ſe tranſmittere.Sic igitur affectus cum de receſſu anxius cogitaret & per hortum æſtuãs crebro deambularet:ſcalam quam antea illic nunquam viderat,factiõe diabolica ſtare cõſpexit, & nimiũ admiratus ait:Agnoſco ô dæmõ fraudes tuas, & deceptiõis laqos patẽter agnoſco.Hæc ſcala q̃ video,nũq̃ me leuaret in cœlũ,magis aũt me merget in tartarū.Vt igiť tuã te arte decipiã,dabo operã vt hæc ſcala mihi fiat aſcẽſus ad ſuperos,q̃ tu mihi ad gehẽnæ puteũ præparaſti. Hæc dicens ſeſe ad ſe conuertens in cellã rediit,& apud ſe deinceps ſacer ſeduluſq; permanſit. Semper tamen multis lachrymis affectum illum impium ac tetrũ plãgens,mentis ſuę perfidiã gemitibus expiabat aſſiduis.

¶Duo nouitij ad ſeculũ parentũ blanditijs reuocati, ſimul cũ eis peſte, cito in reprobam danť mortem.

DVo nouitij cũ ſeculo abrenunciaſſent & ſe noſtro ordini mancipaſſent,diabolus horum inuidẽs ſaluti vtriuſq; parẽtes aggreſſus,de ſuorum pignorum abſentia vſque adeo inflammauit,vť eam nimis impatientiſſime tolerarẽt.Cum igitur carnales affectiones ſuas non vellent freno rationis comprimere,vno animo inflammati ambo cœnobium intrant:orãtes vt cum filijs eis liceat habere ſermonem. Annuit prior,nihil ſiniſtrum ſuſpicatus. Illi ſtatim vt ſunt admiſſi,nouos tyrunculos virulentis hortaminibus ſuadere cœperunt vt moleſtum ordinem & rigoribus & aſperitatibus plenum deſerant, ſecumq; ad ſeculi delitias reuertantur.Nos(inquiunt) iam ſenes ſumus,veſtro ſolatio carere non poſſumus; præſertim cum hæreditates noſtræ in piculo ſint futuræ, niſi vos hæredes præſentes habeãt. Quid plura?hortãtur & vĩcunt,& quibus ſaluti eſſe debuerãt,hos ſecum perituros ad ſeculum trahunt.Sequũtur captiui iuuenes deceptos ſenes, non longo tempore de ſua perfidia gauiſuri.Nam pauco poſt tempore(ſęuiente deo) & patres & filij in inguine percuſſi virulenta ſunt peſte in mortem rę

tem reprobam (vt vereor) cõsumpti præcipitatiq;. Vnde & factum est, vt sese & filios nimis acerbe perderēt, qui se per hos reparare ac consolari arbitrabantur.

¶Nouitius impudenter post desertum monasteriū choreis se ingerens, improuisa morte opprimitur.

NOuitius aliquis nostrum ordinem ingressus, cum prior illi feruor tepesceret, cœpit ordinē paulatim exosum habere: ac p hoc etiā de exitu meditari. Vicit tandem, quæ illi importuna erat, diaboli vis: & captiuum miserum traxit ad seculum. Hic vno dierum cum in platea choreas duceret mixtus cõsortio puellarum, ac parui duceret q̃d sanctum ordinem temerasset, cum crebro saltitās circuiret ac leuissimas cātilenas ipse præcineret: vltor perfidiæ deus tā tam procacitatem ferre non sustinens, repentinam in mortem insanum iuuenem præcipitem dedit. Nā inter circueundum cū sub tecto viciniæ domus incederet, tegula vna repente è tecto exiliens illi cerebrum illisit & excussit: & tetram in necē rapiens ad gehennę (vt verendum est) incendia destinauit.

¶Nouitius nō impitus musicus, trina instabilitate meretur à deo horribili gutturis morbo vita priuari.

MEmini legisse me de nouitio q̃dā, recepto ad ordinē apud nostros: q qa musicus peritissimus erat & voce optima dotatus, ab oīb⁹ fratribus amabat. Et qa id genus hoīm vagū atq; instabile ē, diabolo suadēte ordinē dereliqt. Post nescio q̃ spū cõpūct⁹ rediīt & se recipi petiīt, & accepit. Probat⁹ igit rursum & reuestitus, in cellā intromittit. At ille suā sp secutus inconstantiā, iterū vomuit, & habitū piīciens, seculū q̃d amabat repetiīt. Tertio cõpūct⁹ rursum aliā aggressus ē nostri ordinis domū vbi tūc mores ei⁹ nesciebant. Et qa ordo noster sp appetit sonoras voces canētiū: sicut recipi se petiīt, ita & īpetrauit. Sed ô pfidā hūanæ mentis insaniā, nos sp vagi, sp instabiles, sp nutabundi: nisi ille nos stabiliat, ille nos roboret, q siccit maria & fluēta Iordāis retro retorq̃t. Nā sine deo

nihil validum, nihil stabile, nihil sanctum. Omnis eñi plantatio quã non plãtauit cœlestis pater, eradicabit. Iste igit tertio ꝓbat⁹, tertio vestit⁹, tertio reꝓbus ac reprobatus habetur. Habitum itaqꝫ indigne proijciens, mundi se iterum actionibus implicauit. Sed non impune. Trina nempe apostasia dominus infensus, quarto vindictam vibrare cẽsuit: & miserum terribili plaga in gutture percussit. Hac peste ille correptus cito de medio sublatus est, & Christi tribunalibus reseruat⁹. Eodẽ nẽpe q̃ exijt anno & obiit, ipso eodem corporis membro plagatus (gutture videlicet) quo sæpenumero deum ipse offenderat. Nam guttur ipsum, quod crebro aperuerat ad vanitatem, deo sæuiente obclusum est per vindictam.

Matth. 15

¶Monet difficultatis patres, in recipiendo instabiles in impetrando semel relictum habitum

HAbemus domum ordinis in Agrippina Colonia, ad quam scholaris quidam se contulit cõuersionis gratia. Receptus, probatus, appẽsus est: sed inuentus minus habens. Nam suadente salutis nostræ aduersario, qui illi importunus atqꝫ assidu⁹ incumbebat, cessit improbissimo exactori: & dãs locum diabolo mundi palæstram iterum aggressus est. Hęc ea palæstra est, qua perditissimi homines diabolo militant, brauium perditionis æternæ sortituri. Huic tentationi cessit & locum præbuit in die beatissimi Thomæ apostoli. Sed rogantibus eum priore & fratribus, acquieuit vsqꝫ in diem protomartyris Stephani ꝑmanere. Verum ille vltra non sustinens, totum sese hosti contradidit, & ipso die (non animaduertens qui aderant solẽnissimos dies) habitum reiecit & ad seculum ad fumigantem Zodomam quam ardebat recucurrit. Compunctus tamen aliquanto post ipso sacro Theophaniæ die rursum recipi se petijt, nec impetrauit. Et merito id quidem. Suadet nempe sanctissimus Hugo noster Lincolniensis præsul, ordini semper cauẽdum esse ab leuitate instabilium palearum. Hic igitur non admissus

Ephe. 4

Gen. 19

admissus, cernens se nõ posse recipi ista subintulit, dicens: Merito fratres nunc recipiendus essem, si expulsionis causam aduertere dignaremini. Nam ipsa vigilia Thomæ Apostoli vidi hoc monasteriũ nigerrimis canibus plenum, qui latratibus & rictib9 fugere hinc me compellebant. Quia igit̃ non mea sponte, sed Zabuli importunitate victus terga præbui: oro vt vestra hunc clemẽtia benigne recipiat, quem malignitas hostis eiicere cogitarat. Non est tamen (licet hęc diceret) ad ordinem reassumptus, occulto dei iudicio aliud aliquid in eo disponente.

¶ Nouitius seculi fortuna clar9, diaboli technis per totum nouitiatum agitatus, domini misericordia pridie professionis ab omnibus liberatur.

FVit circa hęc nostra tempora vir doctrina & eruditione admodum clarus, qui nostrum ordinẽ assumens, maximis cœpit tentationibus fatigari. Nam ab ipso ordinis ingressu semper sibi omnia in contrarium vertebãtur. Amici, propinqui, necessarij, & fraudes, & tendicula illi parabant: & quæ in seculo aliquando iuste possederat, detrahebant. Ad hæc accessit illi infirmitas corporis quàm molestissima, quę illũ probabat, discutiebat, an fidelis & deo dignus perduraret. His tantis agitat9 angustijs nullatenus cessit, qppe qui fundatus erat supra firmam petram: quem nec flumina, nec imbrium vis, nec sęuus ventorum impetus poterat commouere. Sed non defuit militi suo adiutor deus, quippe qui illi constantissimum in aduersis contulit animum & præcedente die qua esset ꝑfessionem facturus, omnem illi corporis ęgrotationem ac molestiam abstulit, & in Christi victoria exultantem de cunctis sibi aduersantibus triũphi gloriã ꝑparauit.

Matt.7

¶ Musicus plurimum de sua perseuerantia iactitãs leuiuscula occasione mutatur, Aegyptumq; repetit.

LOnge aliter iste, de quo nũc loquimur, musicus quidam de seculo peritissimus, nescio quo compunctus spiritu disciplinæ nostræ rigorem ag-

grestus est. Hic quidem videbatur feruentissimus esse, quippe qui suis virib⁹ cōfidebat: sicut Gigas ille quem David arguit sua virtute fidentem. Cumq; fratres suā constantiam mirarentur, & eum coram de suo feruore laudarent, interrogarentq; an ne illi esset dæmō infestus, qui illi exitum persuaderet: respondit ille: Nec diabolum (ait) nec matrem eius curo, vsq; adeo mihi animus in perseuerantia robustus est: vt ante arborē illam (quercum demonstrans) possetis manibus euellere, quā animum meum posset diabolus à sancto ꝓposito detorquere. Sed nunq̄ profuerunt ꝟba ventosa Semper enim alta cadūt, inflata crepant, tumefacta ꝑmūtur. Nam paulo post venit illum inuisere vnus ex amicis cantoribus, qui modica suasione adhibita facillime illum retraxit ad seculum. Non euulsus nec vim aliquam passus, sed tenuissimo tentationis vento afflat⁹ loco cessit, & pristinæ se musicæ vanitati restituit Adhuc stat arbor illa quam ille monstrarat, tot agitata turbinibus, tot nimbis interea fatigata: ille autem vel leuissimo flatu à fundamēto reuulsus & expulsus est, quia propter superbiā pede motus stare nō potuit.

¶ Nouitius institutoris sui monita contemnens irridēsq;, seculū repetēs mirabili ac flebili morte ꝑcept⁹ ē.

Circa hæc nostra tpa fuit nouiti⁹, vt obscurus genere: ita & virtute ignobilis. Hic ordinē ingressus nostrū ita se gessit vt omnia institutoris sui monita contemnenda duceret, atq; etiā irridenda putaret. De hoc habebatur suspitio etiam violēta, q̄d vespertino tpe etiam cum habitu ad proximum oppidū conuolabat, amicam illic quam antea possederat allocuturus. Caute tñ semper id agebat, vt ad matutinam synaxim inueniretur in choro. Verum hos dolos, hāc fraudis nequitiam deus ferre non sustinens, quippe qui pro ordinis honestate zelabat: hunc in reprobum sensum contradidit, & illū in eius manus deuenire cō cessit, qui animæ eius sanguinē sitiebat. Statim ille infernali ministro attributus, seculum repetiit & vitam

omnem

omnem prostituit inimico: non impune tñ. Nã paruo post tempore pestilentico igne attractus, cum ad extrema se vrgeri cerneret, & mortem inuitissime admitteret, his vocibus querebatur: Ach (inquit) iã hãc iuuẽtutem mori necesse erit, quæ longissimę adhuc vitæ posset idonea inueniri. Ille igitur omnem animum intẽdens, quo posset præsens periculum fugere, & vitã fragilem emereri, nihil de sempiterna vita aut morte sollicitus, cum monita salutis ab his qui aderant, aspernãter acciperet: nec quicquam salutiferum cogitaret: miserabili ac flebili morte ꝓceptus vitam non solum temporalem, sed & perpetuam (vt timemus) amisit.

¶ Nouitius timidior hominum quàm dei, causam redeundi ad seculum fingit.

SAcerdos ex Selandię partibus nostrum habitum indutus, cum rigorem disciplinæ ferre non posset: cœpit animũ inducere ad egressum. Et qa grãdæuus erat, quippe cui conuersio necessaria videbatur fraudibus inniti cœpit & texere dolos. Finxit enim se olim habuisse vxorem, & hanc illi in somnis apparuisse, rogasseque virum, vt peregrinationem in vita ꝓmissam per se ipse compleret: atq; hoc pacto à tormentis eam ingruẽtibus liberaret. Fratres & si satis aduerterent hominis calliditatem, cum nollẽt votis ei⁹ magnopere reluctari, egrediẽdi & vxoris (vt dicebat) vota complendi liberum transitum contulerũt. Verum ille nec peregre profectus est, nec de reditu cogitauit: satis dans intelligere, quod fraudem contra aiam suã molitus sit. Nihil ordini nocitum est, sed sibi plurimũ.

¶ Adolescens propositum nostram religionem ingrediendi procrastinans, crudeli morte absorptus est

ADolescẽs quidam bonæ indol' ac ꝓboꝝ moꝝ quem oẽs ꝓ sua mãsuetudine plurimũ diligebãt: erat eñ vt videbat' tot⁹ deo deuot⁹ & fugitans lasciuiarũ, cuius honestissimã vitã cõmẽdabãt. Hic diligẽs ordinẽ nostꝝ ardẽtissimo ꝓposito ingredi instituit, sed heu dolor, nullaten⁹ adimpleuit. Sp eñ cor

no similis cras cras clamitabat: licet id votis omnibu9 se completurū assereret: Sed qui scrutať renes & corda deus, non solum aspiciens quæ diceret, sed quid in ipsis animi medullis cogitaret: huic iuueni tribuit secundum quod viderat cor eius. Et licet ille procrastinaret conuersionem, deus tamen non distulit vltionē licetq; ille tardaret conuerti ad vitam, deus non moratus est repentinam inducere mortem. Nam cum minus caute ambularet & circa q̄rūdam mulierculaꝝ domunculas (nescio quid scrutaturus) crebro iter haberet, quo in suspitionem venit eum illic adamare: ab alio quodam proco repente gladio impetit9 crudeli funere absorptus est. Sic pereūt, qui deo pulchra sanctis q; promittunt: quia ruina hominis sanctos deuotare, & post vota nō reddere. Vnde & Augustinus: Vocem quidam occultæ inspirationis audiunt, sed vitam non corrigunt, dicentes, cras, cras, cras, & subito porta cœlestis regni clauditur & anima peccatoris foras extra arcam cœlestis patriæ excluditur cum voce coruina, q pro peccatis gemere noluit cum columba.

Psalm. 7.

DE SIGNIFICATIONE MYSTICA habitus Carthusiēsis sermo venerabilis memoriæ patris Petri Dorlandi Carthusiani.

INduit me dn̄s vestimēto salutis, & indumēto iustitiæ circūdedit me, & tan̄q̄ spōsam decorauit me corona. Fragilitatis nostrę cōscij (vt possim9 prudenť vtilr̄q; hęc v̄ba discutere) oraculo Gabrieľ nobis sunt almæ v̄ginis auxilia ambienda: Aue Maria gratia plena dn̄s tecū. Induit me dn̄s vestimēto salutis, &c. Merito dilectissime frater hic tibi v̄siculus nūc breuiť cū iubilo canēdus erit, & de aī meduľ modulanť efferēd9 qn̄ his vestib9 tuis exut9 (q̄ & mœrorē & imperfectionē denotāt) pfecto salutis ac iustitiæ indumēto fueris cōptissime adornat9. Scapulare tuū em̄uero q̄d nunc gestas, qa breue ē & ad talos vsq; nō descēdit, satis apit te ī eo q̄ nūc statu es nō pmāsuꝝ: qa īpfectiōis stat9 est: talos nō attingēs qa pseuerātiā nesciēs. Porro hęc cappa

Isaiæ. 61
Luc. 1

nigra

nigra qua nunc vestiris, luctum exprimit veterum tuorum delictorum, quem toto hoc probationis anno non immerito habuisti. Qui luctus nũc exuendus tibi erit, pariter & cum eo veteris hominis expoliatio, vt cum nouo salutis & lætitiæ indumento, nouum etiam hominem assumas, qui secundum deum creatus est: vt, sicut portasti imaginem hominis terreni, portes & imaginem cœlestis, vt fiat in te sermo qui scriptus est: Vetera transierũt, & ecce facta sunt noua omnia. Væ nobis, & septies væ: si non cum vestem veterem exuimus veterem etiam ac terrenam imaginem reiecerimus: si cum nouo iustitiæ indumento Christum nouum hominem non assumamus. Neq; eñ cappa aliquid est, aut ampla cucullа, sed noua creatura. Quicunq; hanc regulam secutus non fuerit, qui veteris hominis iura tenuerit, qui sub noua veste antiquam imaginem occuluerit, nõ pax super eum: sed ira & indignatio, tribulatio & angustia, in omnem animam hominis operantis malum monacho primum ac solitario. Non est pax impio dicit dñs, nec mentitori. Mentimur eñ si id quod foris facimus, intus non operamur. Vt igit cum noua veste nouum ac salutiferum hominẽ induamus, operæprecium erit has nouas vestes discutere, & quid significent aperire. Neq; enim sine mira ratione est, cur sanctissimi & pleni sapientia patres nostri, hãc nobis formam vestium tradiderunt. Et reuera instinctu spiritus sancti actum est, vt hoc tali indumentorũ genere vteremur: quo possimus addiscere quali ornatu spiritali interiorem nostrum hominem sub dei obtutibus componere debeamus. Neq; enim in veteri lege frustra iubentur Iudæi in fimbrijs suarũ vestiũ vittas inserere hyacinthinas, aut nõ radere barbam, aut nullas facere incissuras. Iubentur nempe vittas aspicere, vt cœlestium sint memores mandatorum, & non circumferant oculos per res varias fornicantes. Pari modo & nos debemus habitus nostri qualitatem diligenter inspicere, & qiud introrsum nos moneat non

Col. 3
1. Petri. 2
Ephesi. 5
Isaiæ. 41.
2. Cor. 5.
Col. 3
Isai. 40. 57
Ephesi. 5
Nume. 15
Leuit. 19

segni ac remisso animo meditari: ne forte pereffluamus. At nunc ab infimis vestium partibus ad superiora tendamus. ¶Primum occurrunt calceamenta pedum nostrorum, qbus & ab alijs religiosis aperte discernimur. Claudūtur enim tribus nodatis corrigijs, & oram habent canabino filo desuper contextam per totum. Calceamēta dilectissime quæ de pellibus mortuorum animalium fiūt, sanctoꝝ patrum qui nos pręcesserunt in sacro ordine, exprimunt exempla virtutum, quibus pedes nostros, cogitationes scȝ & desideria nostra munire atq; insinuare tenemur, vt dicatur nobis: Q̄ꝫ pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia principis. Si cupis anima religiosa filia summi ac sempiterni principis appellari, necesse est vt gressus pedum tuorum promoueas in patrum tuorum calceamentis, vt nōn declines à dexteris neq; à sinistris. Via sancta qua ambulamus Christus est, quam in calceamentis calcare debemus, & sanctorum patrum inhærere vestigijs: alioquin periculose nimiū deuiabimus. Hi calcei tres nodos habēt. Ipsi sunt tres virtutes principales, quas in patrum exemplis conuenit imitari. Fidem non fictam, spem ad superna porrectam, charitatem igne succensam, quæ est vinculum perfectiōis. His nodis stringimus calceamenta, ne defluant: quia sine his tribus virtutib⁹ nec ipsi prædecessores nostri fuerunt, nec nos stabile iter poterimus consummare. Porro filum quod oram ambit calceamenti, fraternum amorem puto posse intelligi. Qui amor totum ambit, totumq; complectit̃, nec quicq̄ excipit, aut excludit ab animo diligentis, quo minus proximus diligatur. Si malus est, debes illi cum amore cōpati: si bonus, debet cum dilectione ardentius coli. Hinc ille Boetij versus:

De mystica calceorum significatione

Cantic. 7

Dilige iure bonos, & miserere malis.

Hæc calceamenta pedum nostrorum non talia sunt, quale est corium quod circum pedes gerimus, quod

vsu atteritur: sed certe talia qualia illa, de quibus in Deuteronomio: Calceamenta (inquit) pedum vestrorum non sunt vetustate consumpta. Quia verus religiosus cauere debet vt pes suus non sit attritus, nec suum sibi patiatur eripere calceamentum, ne mens eius patiatur calumniam, ne vocetur domus discalceati, & in eius faciem ab ereptore turpiter conspuatur.

Deut. 29.

Deut. 25.

¶Explicato calceamento, ad vestes reliquas commigremus. Post calceos quibus pedes in tuto ponimus, tibijs caligas coaptamus & crurib⁹. Tibijs & crurib⁹ totam corporis fabricam & sustentamus & promouemus, quibus patientiæ & fortitudinis robur exprimitur, sine quibus interior noster homo nec stare, nec procedere potest. Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes autem non cõfundit. Hoc pacto mysticam fabricam promouemus. Væ igitur his qui perdiderunt sustinentiam. Differũt autem fortitudo & patientia, quod illa versetur in rebus arduis aggrediendis: hæc in rebus aduersis ac tristib⁹ perferendis. Sed necesse est has tibias & crura hæc caligis circumponi: alioquin patebunt despectui, & dicet tibi: Reuela crura & transi flumina, meretrix obliuioni tradita. Orna igitur tibias & crura tua, hoc est, patientiam & fortitudinem tuam gratiæ dei cognitione ac gratitudine: aut certe hæ virtutes tuæ despicientur à deo, sine quo nihil præuales in aduersis, nihil potes in arduis: In matutinis inquit meditabor in te, hoc est, in aduersis, quia fuisti adiutor meus. Quia autem anima tua sustinet dominum, dum te discutit in aduersis, non aliunde est, nisi quia adiutor & protector tuus est. Vt sapienter bona loquamur (ait AVGVSTINVS) ab illo est nostra sapientia: vt fortiter aduersa toleremus, ab illo est nostra patiẽtia. Cognitiõe igit ac gratitudine diuinę gratiæ crura nostra tibiasque vestimus, dum nobismetipsis nostram patientiam ac robur animi tribuere nefas ducimus.

De mystica caligarum significatione

Iacobi. 1

1. Timo. 5.

Isaiæ. 47.

Psalm. 62.

Ille nempe nostro vires dat pulueri, qui nos suscitauit ex puluere. Alioquin certe ad minimum zabuli flatū, omnis vis nostra continuo solueretur. ¶Lumbare, quod circum renes ac lumbos subter innectimus, qd designet, credo vos nullatenus ignorare. Nostis enim qui clamet in euangelio: Sint lumbi vestri praecincti. Sanctus dñs sanctos vult habere ministros. Sancti.i. mundi estote, quoniam sanctus sum ego dominus deus vester. Longissime distemus precor ab omni inquinamento carnis & spiritus, vt sciat vnusquisq; suum vas possidere: non in passione turpium desideriorum sicut gentes quae ignorant deum, sed sit caro nostra deo hostia viua, sancta, immaculata, rationabile obsequium nostrū: vt bestiales atq; effrenos, luxuriae motus ignoret. Hinc est q̄ nonnulli ordinum religiosoꝝ dum profitentur, cum paupertate & obedientia vouēt etiam castitatē, pro eo quod scriptum est: Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabit. Nos Carthusienses, sed & Cluniacenses, & Camalduleñ, & Cistertienses, & Canonici regulares, nec paupertatis, nec castitatis votum palam emittimus: sed sub morum conuersione, has duas virtutes in veritate tenemus. Qui etenim veteres mores perfecte conuertit, nec luxuriae seruit, nec auaritiae: quae duo vitia capitalia ad veterē hominem pertinere sciuntur. Morum ergo conuersio, dum promittitur, dum promissa completur, non solum duarum: sed virtutum omnium culmen apprehenditur. Hinc est q̄ propter morum conuersionem, professio nostra par angelis esse perhibet. ¶De duabus tunicis aliqd exprimamus: Christus dñs duas legitur tunicas habuisse, vnam ad carnem, quae erat inconsutilis, integraq; permansit, qua exprimitur amor dei occultus in corde: qui partiri non debet, quia iubemur eū ex toto diligere: Noli homo partiri cor tuū, hanc enim scissuram dominus odit. Totum vult possidere, aut totum respuit. Alteram tunicam gestabat exterius, quam in passione scindi voluit, qua exprimit

amor

Lumbaris rō mystica
Lucae 12
Leuit. 11. & 20
1.Thess.4.
Roma. 12
Psal. 100
Duaꝝ tunicarū rō mystica
Iohan. 19.
Mat. 22
Lucae. 10

amor proximi, qui hinc inde diuiditur cũ dicit: Omni petenti te tribue. Hic amor solicitus est, & turbat erga plurima. Bonus quidem est, sed diuisus est. Has duas tunicas fratres, hoc est, hunc geminum amorem induamus, quia hæ sunt vestes nuptiales ad gloriam sponsi, quas qui nõ habuerit, cum summo dedecore ad supplitia pertrahetur æterna. Nihil in corde nisi deum, & nisi cum deo amemus. Nulla erga fratrem malitia in mente remaneat, quia qui fratrẽ suum odit, homicida est. ¶Nec vacat à mysterio, ꝙ vtrãq; tunicam cingulo stringimus canabino. Hoc cingulum non ad renes ponitur sicut lumbare, sed iuxta mamillas, & sub corde. Recordare ꝙ Christus apparuit Iohanni, cinctus ad mamillas zona aurea, qua notatur munditia cordis, amor immaculatus. Cingulum quod ad renes ponitur, fluxa carnis restringit. Porro hoc cingulum quod sub corde figitur, turpes cogitationes castigare conatur, & sub dei frenare timore. Non enim magni meriti est carnem ne luxuriet cohibere, si cor tuũ turpissimis cogitationibus passus fueris inqnari, Vę ollę sanguinum, cuius rubigo in ea est. Hinc dñs per Ezechielem: Homo de domo Israel, qui posuerit immunditias in corde suo, ego dñs respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum, vt capiatur in corde suo in multitudine idolorum suorũ. Debemus ergo mundare cor nostrum ab omnibus inquinamentis turpiũ illecebrarum, & interiorem hominem purum ac candidum gerere: instar albentium vestimentorum quæ foris induimus. ¶Causa autem quare vestes omnes nostræ albæ sunt, non alia est, nisi quod nitida esse debeat vita nostra, conuersatio munda, læta cohabitatio, anima sancta, mens candida, conscientia serenata. Hinc hortatur nos dominus per prophetam: Omni tempore vestimenta tua candida sint. Et in Apocalypsi: Suadeo tibi vt albis vestibus induaris, ne appareat confusio nuditatis tuæ. Ideo est ꝙ nihil nigri in vestibus gestamus, vt corpus nostrum spirituale nullam

Marginalia: Lucæ. 16 — Mat. 22 — 1 Iohan. 3 — Cinguli rõ mystica — Apocal. 1. — Ezech. 24. — Ezech. 14 — Albarũ vestiũ ratio mystica — Isaiæ. 1 — Apocal. 3.

1.Cor.5. Gala.3 — habeat partem tenebrarum. Quia sicut modicum nigri statim se exerit: sic modicum fermenti totam massam corrumpit. ¶Loco superioris tunicæ (dũ frigora rigent) vestem solemus gestare pelliceam.

Pelliceę vestis ratio mystica.

Hæc vestis mortuorum fit ex pellibus animantium, vt cum hac circumtectum te vides, scias te mortalem genitum, & cogites te citius moriturum. Humilitatem ergo hæc pellicea suadet vestis, ne grandia de te pensites puluis & cinis, pellis morticina, futilis & vmbratilis homo. Adam parens noster quum vellet se ad deorum æqualitatem superbus efferre, exul abiectus ac mortalis, pellicea est à creatore veste contectus, vt deinceps nihil altum saperet, nihil superbum mente conciperet: sed ex pelle morticina morti se obnoxiũ assidue cogitaret. Quid hac cogitatione salubrius? Quid tam consentaneum homini, qui mortis suæ semper carcerem circumfert, quàm vt iuxta monentis prophetiæ vocem in domo pulueris puluere se aspergat: & qui vere moriturus est, sæpe quòd moriturus sit, cogitet? Circuibant patres nostri in melotis & pellibus caprinis: egentes, angustiati, afflicti, mortificantes membra sua super terram, & vnam mortem semel affuturam quotidie præstolantes. Qui ita se gerunt, ostendunt se peregrinos esse & hospites super terram, & ciuitatem inquirere, cuius artifex & conditor deus. ¶At nunc de molli ouium veste, ad asperitatem cilicij saltum faciamus, quod ad nudam carnem gerimus. Hoc cilicium lorica iustitiæ est, vestis reuera omni laude dignissima, quam deus sua voce in patrono nostro Iohanne Baptista commendat, quam angelus prædicat, quam carnalis homo reueretur, quam & diabolus reformidat. Hæc vestis hostiũ nostrorum vim omnem perfringit. Quod ille expertus erat, qui canebat dicens: Ego autem quum mihi molesti essent induebar cilicio. Hæc vestis tantam vim habet, vt possit iratum flectere sæpe deum. Hac veste scelestissimi Niniuitæ furorem superni flexere

Mich. 1 — Heb. 11 — Heb. 11 — Cilicee vestis ratio mystica — Ephesi. 6 — Lucæ. 7 — Psalm. 34

tonan

flantis,& micantia desuper fulmina, & terribiles tonitrus extinxerunt. Hac veste Achab regum omniū pessimus diuinam comminationem effregit,& cœlestem vindictam mox affuturam retardauit. Vnde dominus ad Heliam: Nonne vidisti Achab humiliatum coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum quod locutus sum,in diebus suis. Si ergo hæc vestis aspera deo irato reconciliat peccatores,multo magis iustos traducit ad maiorem gratiam, &pœnitentibus veniam amplissimam promeretur. Cilicium infernos ignes extinguit, purgatorium minuit,vindictam subruit, ornat pœnitentiam,delet offensam, impetrat gratiam. ¶Nunc ad cucullam,quæ inter omnes quas vestes gerimus,nobilior est,transeamus: Hæc enim vestis insinuat nobis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit longitudo,latitudo,sublimitas,& profundum. Est nempe hæc vestis lōga ad talos vsq; descendēs, & significat in bonis operibus perseuerantiam,sine qua neq; qui pugnat victoriam, neq; qui vincit accipit coronam. Est etiam lata,& exprimit charitatem, quæ se dilatat vsq; ad inimicorum dilectionem: Dilatatum est ait os meum super inimicos meos. Est quoque alba seu candida,& denotat cordis munditiam,animi puritatem. Est etiam profunda, quia ad terram demittitur, & significat altam piç mentis humilitatem. Nam scriptum est: Humilia valde spiritum meum. Et cum Abraam patriarcha terram te esse puluerem'q; memēto..Habet hæc vestis vittas ad dexteram leuam'q; pendentes,quæ dum extenduntur,formam crucis patenter oppandunt. Ecce iam incipis impugnare cū Christo crucifixo per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, vt & mundum & diabolum palam triumphes in forma crucis.Reuera præclarus & pulcher habitus,Christi discipulo valde conueniens: cui dux suus nobilis triumphi spem prætendens adhortatur,& dicit:Si vis post me venire, abnega temetipsum, & tolle crucem tuam

3.Reg.21

Cucullæ rō mysti.

Ephesi.3

1.Regū.2.

2.Cor.6.

Ecclesi.7

Gen.18

2.Cor.6.

Lucæ.14

tuam & sequere me. Hæc vestis ab humeris sursum ṽsus angustatur, & in asperam subtilemq́ pinnam desinit, quæ sursum porrigitur ad superna. Porro qđ ab humeris sursum tenditur, capitium nuncupatur: & hęc est galea salutis, qua caput omne protegimus, hoc est mentis ac rationis acumem defendimus, ne à Satana feriamur. Enimuero galea hæc cristam desuper habet, & capitium nostrum pinnam sursum erigit, vt intelligas totam mentis tuæ aciem sursum ferri oportere in deũ, vt solum illum cogites, intelligas, ames, honores. Tunc certe pinna capitij tui in altum riget, ad superos, quando cor sursum erigis, quando quæ sursum sunt quæris: vbi Christus est in dextera dei sedẽs, vt illic sit cor tuum, vbi est & thesaurus tuus. Et hoc est quartum crucis cornu, quod per capitij nostri pinnã exprimitur, qua cœlestium supernorumq́ bonorum contemplatio denotatur. Hæc pinna & vna & acuta ac subtilis ostenditur, vt intelligas eam mentem quæ æterna appetit, nõ in multis diuisam: sed vni superno bono intentam esse oportere, & subtiliter sicut fumi virgulam sursum conscendere, & nunq̃ terrenis actibus ex animo implicari, vt dicat: Singulariter ego sum donec transeam. ¶Sed diligenter aduertendũ, ꝙ sursum in hoc capitio scutum figitur, quo diuina protectio denotatur: sine qua nihil boni nec incipimus, nec terminamus. Hoc scutum, scutum est veritatis: Scuto ait circũdabit te veritas eius. Est etiam scutum bonæ voluntatis, quo tanq̃ super caput mentis nostræ muniti, protectiq́, & hic quæ deo sunt placita volenter operamur, & post nobiliter coronamur. Scutum itaq́ bonæ voluntatis & roborat nos, & coronat. Roborat hic ad meritum, illic coronat ad præmium. ¶Ecce mi dilectissime frater audisti qua vestium preciosarũ gloria sis iã recenter ornandus: non mundo, sed deo. non ad laudem mortalis vulgi, sed ad præconiũ sponsi tui, vt merito exultanter canitiurus sis: Induit me dominus vestimento salutis.

Ephes. 6

Psal. 140

Scuti rõ mystica

Psalm. 90.

Psalmo. 5.

¶Secũ

¶Secunda pars thematis. Quod vero sequitur iuxta veterem translationem: Et tanq̃ sponsam decorauit me corona, optimo iure tibi id attribuere potes, qui hac vestium nobilitate circũdatus, spem habes à sponso introitum regni permansuri. Quam spem illi perdiderant, qui in terris gemunt & dicunt: Cecidit corona capitis nostri, væ nobis quia peccauimus. Et q̃a ob meritum iustæ vitæ hanc spem quasi ancorã animæ firmam ac tutam retines, & epularis ab introitu gloriæ domini, merito cõcinere potes: Et quasi sponsam decorauit me corona. In signũ huius firmissimæ spei coronam palam gestamus in capite, quam rasis capillis supra frontem & tempora circũducimus in gyro. Ad spem gloriæ promerendæ, necesse est capillos, hoc est, res superfluas temporalium bonoꝝ præscindere, & vni summo bono inhiare. Ad hanc spem necesse est caput mẽtis sursum penitus denudare, vt inter eã ac sponsum nihil mediet, & canere possit: Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Et illud: Dilectus meus mihi, & ego illi. Hinc est ꝙ sponsus nudam sponsam habere delectans, nudus in caluaria crucifixus apparuit, & iuxta prophetã faceres tibi sicut aquila caluitium, quæ se plumis omnibus dum renouatur expoliat. Hos caluos instituit caluus noster in caluaria affixus, dum patrem & matrem, dum domos & agros atque etiam nosmetipsos abijciendos suadet, vt nihil inter nos mediet & sponsum nostrum. Hoc est igitur caluitium quod in capite rasis capillis facimus, dũ inter mentem nostram & deum nihil patimur mediare.

Porro crines qui in gyro caput ambiunt ac coronam faciunt, sanctæ sunt cogitationes, quæ de spe regni mẽtem afficiunt, & læta gloria animam coronant, & reliquiæ cogitationis diem festum instituunt. Sunt tamẽ admodum breues, atq; etiã sæpius præciduntur, ne luxurient, quia vt ait Ambrosius de officijs: Cito lutum colligit amnis exundans. Hoc est ergo mysterium coronæ tuæ. Hæc est gloria diadematis tui, vt cum iu-

Coronæ capitis tõ mystica

Threno. 5

Isaiæ. 61

Cant. 7

Cantic. 2

Matth. 27

Marci. 15.

Lucæ. 23

Iohan. 19.

Mich. 1

Lucæ. 14

uo similis cras cras clamitabat: licet id votis omnibus se completurũ assereret: Sed qui scrutat renes & corda deus, non solum aspiciens quæ diceret, sed quid in ipsis animi medullis cogitaret: huic iuueni tribuit secundum quod viderat cor eius. Et licet ille procrastinaret conuersionem, deus tamen non distulit vltionẽ licetq; ille tardaret conuerti ad vitam, deus non moratus est repentinam inducere mortem. Nam cum minus caute ambularet & circa q̃rũdam mulierculaꝝ domunculas (nescio quid scrutaturus) crebro iter haberet, quo in suspitionem venit eum illic adamare: ab alio quodam proco repente gladio impetit⁹ crudeli funere absorptus est. Sic pereũt, qui deo pulchra sanctisq; promittunt: quia ruina hominis sanctos deuotare, & post vota nõ reddere. Vnde & Augustinus: Vocem quidam occultæ inspirationis audiunt, sed vitam non corrigunt, dicentes, cras, cras, cras, & subito porta cœlestis regni clauditur & anima peccatoris foras extra arcam cœlestis patriæ excluditur cum voce coruina, q pro peccatis gemere noluit cum columba.

Psalm. 7.

DE SIGNIFICATIONE MYSTICA habitus Carthusiẽsis sermo venerabilis memoriæ patris Petri Dorlandi Carthusiani.

Induit me dñs vestimẽto salutis, & indumẽto iustitiæ circũdedit me, & tanq̃ sponsam decorauit me corona. Fragilitatis nostrę cõscij (vt possim⁹ prudent vtilrq; hęc vba discutere) oraculo Gabriel nobis sunt almæ vginis auxilia ambienda: Aue Maria gratia plena dñs tecũ. Induit me dñs vestimẽto salutis, &c. Merito dilectissime frater hic tibi vsiculus nũc breuit cũ iubilo canẽdus erit, & de aĩ medull modulant efferẽd⁹ qñ his vestib⁹ tuis exut⁹ (q̃ & mœrorẽ & imperfectionẽ denotãt) pfecto salutis ac iustitiæ indumẽto fueris cõptissime adornat⁹. Scapulare tuũ enuero q̃d nunc gestas, qa breue ẽ & ad talos vsq; nõ descẽdit, satis apit te ĩ eo q̃ nũc statu es nõ pmãsuꝝ: qa ĩpfectiõis stat⁹ est: talos nõ attingẽs qa pseuerãtiã nesciẽs. Porro hęc cappa

Isaiæ. 61

Luc. 1

nigra qua nunc vestiris, luctum exprimit veterũ tuorum delictorũ, quem toto hoc probationis anno non immerito habuisti. Qui luctus nũc exuendus tibi erit, pariter & cum eo veteris hominis expoliatio, vt cum nouo salutis & lætitiæ indumento, nouum etiam hominem assumas, qui secundum deum creatus est: vt sicut portasti imaginem hominis terreni, portes & imaginem cœlestis, vt fiat in te sermo qui scriptus est: Vetera transierũt, & ecce facta sunt noua omnia. Væ nobis, & septies væ: si non cum vestem veterem exuimus veterem etiam ac terrenam imaginem reiecerimus: si cum nouo iustitiæ indumento Christum nouum hominem non assumamus. Neq; eñ cappa aliquid est, aut ampla cuculla, sed noua creatura. Quicũq; hanc regulam secutus non fuerit, qui veteris hominis iura tenuerit, qui sub noua veste antiquam imaginem occuluerit, nõ pax super eum: sed ira & indignatio, tribulatio & angustia, in omnem animam hominis operantis malum monacho primum ac solitario. Non est pax impio dicit dñs, nec mentitori. Mentimur eñ si id quod foris facimus, intus non operamur. Vt igitur cum noua veste nouum ac salutiferũ hominẽ induamus, operæpretium erit has nouas vestes discutere, & quid significent aperire. Neq; enim sine mira ratione est, cur sanctissimi & pleni sapientia patres nostri, hãc nobis formam vestium tradiderunt. Et reuera instinctu spiritus sancti actum est, vt hoc tali indumentorũ genere vteremur: quo possimus addiscere quali ornatu spiritali interiorem nostrum hominem sub dei obtutibus componere debeamus. Neq; enim in veteri lege frustra iubentur Iudæi in fimbrijs suarũ vestiũ vittas inserere hyacinthinas, aut nõ radere barbam, aut nullas facere incissuras. Iubentur nempe vittas aspicere, vt cœlestium sint memores mandatorum, & non circumferant oculos per res varias fornicantes. Pari modo & nos debemus habitus nostri qualitatem diligenter inspicere, & quid introrsum nos moneat non

Col. 3
1. Petri. 2
Ephesi. 5
Isaiæ. 41.
2. Cor. 5.
Col. 3
Isai. 40. 57
Ephesi. 5
Nume. 15
Leuit. 19

 segni

vſu atteritur: ſed certe talia qualia illa, de quibus in Deuteronomio: Calceamenta (inquit) pedum veſtrorum non ſunt vetuſtate conſumpta. Quia verus religioſus cauere debet vt pes ſuus non ſit attritus, nec ſuum ſibi patiatur eripere calceamentum, ne mens eius patiatur calumniam, ne vocetur domus diſcalceati, & in eius faciem ab ereptore turpiter conſpuatur.

Deut. 19.

Deut. 25.

De myſtica caligarum ſignificatioue

¶Explicato calceamento, ad veſtes reliquas commigremus. Poſt calceos quibus pedes in tuto ponimus, tibijs caligas coaptamus & crurib⁹. Tibijs & crurib⁹ totam corporis fabricam & ſuſtentamus & promouemus, quibus patientiæ & fortitudinis robur exprimitur, ſine quibus interior noſter homo nec ſtare, nec procedere poteſt. Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio ſpem, ſpes autem non cõfundit. Hoc pacto myſticam fabricam promouemus. Væ igitur his qui perdiderunt ſuſtinentiam. Differũt autem fortitudo & patientia, quod illa verſetur in rebus arduis aggrediendis: hæc in rebus aduerſis ac triſtib⁹ perferendis. Sed neceſſe eſt has tibias & crura hæc caligis circumponi: alioquin patebunt deſpectui, & dicet tibi: Reuela crura & tranſi flumina, meretrix obliuioni tradita. Orna igitur tibias & crura tua, hoc eſt, patientiam & fortitudinem tuam gratiæ dei cognitione ac gratitudine: aut certe hæ virtutes tuæ deſpicientur à deo, ſine quo nihil præuales in aduerſis, nihil potes in arduis: In matutinis inquit meditabor in te, hoc eſt, in aduerſis, quia fuiſti adiutor meus. Quia autem anima tua ſuſtinet dominum, dum te diſcutit in aduerſis, non aliunde eſt, niſi quia adiutor & protector tuus eſt. Vt ſapienter bona loquamur (ait AVGVSTINVS) ab illo eſt noſtra ſapientia: vt fortiter aduerſa toleremus, ab illo eſt noſtra patiẽtia. Cognitiõe igit ac gratitudine diuinę gratiæ crura noſtra tibiasque veſtimus, dum nobiſmetipſis noſtram patientiam ac robur animi tribuere nefas ducimus.

Iacobi. 1

1. Timo. 5.

Iſaiæ. 47.

Pſalm. 62.

Ille

Ille nempe nostro vires dat pulueri, qui nos suscitauit ex puluere. Alioquin certe ad minimum zabuli flatũ, omnis vis nostra continuo solueretur. ¶Lumbare, quod circum renes ac lumbos subter innectimus, qd designet, credo vos nullatenus ignorare. Nostis enim qui clamet in euangelio: Sint lumbi vestri præcincti. Sanctus dñs sanctos vult habere ministros. Sancti.i. mundi estote, quoniam sanctus sum ego dominus deus vester. Longissime distemus precor ab omni inquinamento carnis & spiritus, vt sciat vnusquisq; suum vas possidere: non in passione turpium desideriorum sicut gentes quæ ignorant deum, sed sit caro nostra deo hostia viua, sancta, immaculata, rationabile obsequium nostrũ: vt bestiales atq; effrenos, luxuriæ motus ignoret. Hinc est ꝙ nonnulli ordinum religiosorũ dum profitentur, cum paupertate & obedientia vouẽt etiam castitatẽ, pro eo quod scriptum est: Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabit. Nos Carthusienses, sed & Cluniacenses. & Camaldulẽ, & Cistertienses, & Canonici regulares, nec paupertatis, nec castitatis votum palam emittimus: sed sub morum conuersione, has duas virtutes in veritate tenemus. Qui etenim veteres mores perfecte conuertit, nec luxuriæ seruit, nec auaritiæ: quæ duo vitia capitalia ad veterẽ hominem pertinere sciuntur. Morum ergo conuersio, dum promittitur, dum promissa completur, non solum duarum: sed virtutum omnium culmen apprehenditur. Hinc est ꝙ propter morum conuersionem, professio nostra par angelis esse perhibet. ¶De duabus tunicis aliqd exprimamus: Christus dñs duas legitur tunicas habuisse, vnam ad carnem, quæ erat inconsutilis, integra'q; permansit, qua exprimitur amor dei occultus in corde: qui partiri non debet, quia iubemur eũ ex toto diligere: Noli homo partiri cor tuũ, hanc enim scissuram dominus odit. Totum vult possidere, aut totum respuit. Alteram tunicam gestabat exterius, quam in passione scindi voluit, qua exprimit

amor

Lumbaris rõ mystica

Lucæ 12

Leuit. 11. & 20

1. Thess. 4.

Roma. 12

Psal. 100

Duarũ tunicarũ rõ mystica

Iohan. 19.

Mat. 22

Lucæ. 10

amor proximi, qui hinc inde diuiditur cũ dicit: Omni petenti te tribue. Hic amor solicitus est, & turbat erga plurima. Bonus quidem est, sed diuisus est. Has duas tunicas fratres, hoc est, hunc geminum amorem induamus, quia hæ sunt vestes nuptiales ad gloriam sponsi, quas qui nõ habuerit, cum summo dedecore ad supplitia pertrahetur æterna. Nihil in corde nisi deum, & nisi cum deo amemus. Nulla erga fratrem malitia in mente remaneat, quia qui fratrẽ suum odit, homicida est. ¶Nec vacat à mysterio, ꝙ vtrãq; tunicam cingulo stringimus canabino. Hoc cingulum non ad renes ponitur sicut lumbare, sed iuxta mamillas, & sub corde. Recordare ꝙ Christus apparuit Iohanni, cinctus ad mamillas zona aurea, qua notatur munditia cordis, amor immaculatus. Cingulum quod ad renes ponitur, fluxa carnis restringit. Porro hoc cingulum quod sub corde figitur, turpes cogitationes castigare conatur, & sub dei frenare timore. Non enim magni meriti est carnem ne luxuriet cohibere, si cor tuũ turpissimis cogitationibus passus fueris inqnari, Vę ollę sanguinum, cuius rubigo in ea est. Hinc dñs per Ezechielem: Homo de domo Israel, qui posuerit immunditias in corde suo, ego dñs respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum, vt capiatur in corde suo in multitudine idolorum suorũ. Debemus ergo mundare cor nostrum ab omnibus inquinamentis turpiũ illecebraꝝ, & interiorem hominem purum ac candidum gerere: instar albentium vestimentorum quæ foris induimus. ¶Causa autem quare vestes omnes nostræ albæ sunt, non alia est, nisi quod nitida esse debeat vita nostra, conuersatio munda, læta cohabitatio, anima sancta, mens candida, conscientia serenata. Hinc hortatur nos dominus per prophetam: Omni tempore vestimenta tua candida sint. Et in Apocalypsi: Suadeo tibi vt albis vestibus induaris, ne appareat confusio nuditatis tuæ. Ideo est ꝙ nihil nigri in vestibus gestamus, vt corpus nostrum spirituale nullam

Lucæ. 16
Mat. 22
1 Iohan. 3
Cinguli rõ mystica
Apocal. 1.
Ezech. 24.
Ezech. 14
Albaꝝ vestiũ ratio mystica
Isaiæ. 1
Apocal. 3.

habeat

1.Cor.5. Gala. 3 habeat partem tenebrarum. Quia ficut modicum nigri statim se exerit:sic modicum fermenti totam massam corrumpit. ¶Loco superioris tunicæ (dũ frigora rigent) vestem solemus gestare pelliceam. Hæc vestis mortuorum fit ex pellibus animantium, vt cum hac circumtectum te vides, scias te mortalem genitum, & cogites te citius moriturum. Humilitatem ergo hæc pellicea suadet vestis, ne grandia de te pensites puluis & cinis, pellis morticina, futilis & vmbratilis homo. Adam parens noster quum vellet se ad deorum æqualitatem superbus efferre, exul abiectus ac mortalis, pellicea est à creatore veste contectus, vt deinceps nihil altum saperet, nihil superbum mente conciperet: sed ex pelle morticina morti se obnoxiũ assidue cogitaret. Quid hac cogitatione salubrius? Quid tam consentaneum homini, qui mortis suæ semper carcerem circumfert, quàm vt iuxta monentis prophetiæ vocem in domo pulueris puluere se aspergat: & qui vere moriturus est, sæpe quòd moriturus sit, cogitet? Circuibant patres nostri in melotis & pellibus caprinis: egentes, angustiati, afflicti, mortificantes membra sua super terram, & vnam mortem semel affuturam quotidie præstolantes. Qui ita se gerunt, ostendunt se peregrinos esse & hospites super terram, & ciuitatem inquirere, cuius artifex & conditor deus. ¶At nunc de molli ouium veste, ad asperitatem cilicij saltum faciamus, quod ad nudam carnem gerimus. Hoc cilicium lorica iustitiæ est, vestis reuera omni laude dignissima, quam deus sua voce in patrono nostro Iohanne Baptista commendat, quam angelus prædicat, quam carnalis homo reueretur, quam & diabolus reformidat. Hæc vestis hostiũ nostrorum vim omnem perfringit. Quod ille expertus erat, qui canebat dicens: Ego autem quum mihi molesti essent induebar cilicio. Hæc vestis tantam vim habet, vt possit iratum flectere sæpe deum. Hac veste scelestissimi Niniuitæ furorem superni flexere tonan

Marginalia: Pelliceæ vestis ratio mystica. — Mich. 1 — Heb. 11 — Heb. 11 — Ciliceæ vestis ratio mystica — Ephesi. 6 — Lucæ. 7 — Psalm. 34

hantis, & micantia desuper fulmina, & terribiles tonitrus extinxerunt. Hac veste Achab regum omniũ pessimus diuinam comminationem effregit, & cœlestem vindictam mox affuturam retardauit. Vnde dominus ad Heliam: Nonne vidisti Achab humiliatum coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum quod locutus sum, in diebus suis. Si ergo hæc vestis aspera deo irato reconciliat peccatores, multo magis iustos traducit ad maiorem gratiam, & pœnitentibus veniam amplissimam promeretur. Cilicium infernos ignes extinguit, purgatorium minuit, vindictam subruit, ornat pœnitentiam, delet offensam, impetrat gratiam. ¶Nunc ad cucullam, quæ inter omnes quas vestes gerimus, nobilior est, transeamus. Hæc enim vestis insinuat nobis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. Est nempe hæc vestis lõga ad talos vsq; descendẽs, & significat in bonis operibus perseuerantiam, sine qua neq; qui pugnat victoriam, neq; qui vincit accipit coronam. Est etiam lata, & exprimit charitatem, quæ se dilatat vsq; ad inimicorum dilectionem: Dilatatum est ait os meum super inimicos meos. Est quoque alba seu candida, & denotat cordis munditiam, animi puritatem. Est etiam profunda, quia ad terram demittitur, & significat altam piæ mentis humilitatem. Nam scriptum est: Humilia valde spiritum meum. Et cum Abraam patriarcha terram te esse puluerem'q; memento.. Habet hæc vestis vittas ad dexteram leuam'q; pendentes, quæ dum extenduntur, formam crucis patenter oppandunt. Ecce iam incipis impugnare cũ Christo crucifixo per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, vt & mundum & diabolum palam triumphes in forma crucis. Reuera præclarus & pulcher habitus, Christi discipulo valde conueniens: cui dux suus nobilis triumphi spem prætendens adhortatur, & dicit: Si vis post me venire, abnega temetipsum, & tolle crucem tuam

3. Reg. 21
Cucullæ rõ mysti.
Ephesi. 3
1. Regũ. 2.
2. Cor. 6.
Ecclesi. 7
Gen. 18
2. Cor. 6.
Lucæ. 14

tuam & sequere me. Hæc vestis ab humeris sursum rur-sus angustatur,& in asperam subtilemq́ pinnam desi nit,quæ sursum porrigitur ad superna. Porro qđ ab humeris sursum tenditur, capitium nuncupatur: & hęc est galea salutis,qua caput omne protegimus,hoc est mentis ac rationis acumem defendimus,ne à Sata na feriamur. Enimuero galea hæc cristam desuper ha bet,& capitium nostrum pinnam sursum erigit, vt in telligas totam mentis tuæ aciem sursum ferri oporte re in deũ, vt solum illum cogites,intelligas, ames,ho nores. Tunc certe pinna capitij tui in altum riget,ad superos, quando cor sursum erigis, quando quæ sur-sum sunt quæris: vbi Christus est in dextera dei sedēs, vt illic sit cor tuum,vbi est & thesaurus tuus. Et hoc est quartum crucis cornu, quod per capitij nostri pinnā exprimitur, qua cœlestium supernorumq́ bonorum contemplatio denotatur. Hæc pinna & vna & acuta ac subtilis ostenditur, vt intelligas eam mentem quæ æterna appetit, nō in multis diuisam: sed vni superno bono intentam esse oportere, & subtiliter sicut fumi virgulam sursum conscendere, & nunq̃ terrenis actibus ex animo implicari, vt dicat: Singulariter ego sum donec transeam. ¶Sed diligenter aduertendū, q̃ sur sum in hoc capitio scutum figitur, quo diuina protectio denotatur: sine qua nihil boni nec incipimus, nec terminamus. Hoc scutum, scutum est veritatis: Scuto ait circūdabit te veritas eius. Est etiam scutum bonæ voluntatis, quo tanq̃ super caput mentis nostræ mu niti, protectiq́, & hic quæ deo sunt placita volenter operamur,& post nobiliter coronamur. Scutum itaq́ bonæ voluntatis & roborat nos, & coronat. Roborat hic ad meritum, illic coronat ad præmium. ¶Ecce mi dilectissime frater audisti qua vestium preciosarū gloria sis iā recenter ornandus: non mundo, sed deo: non ad laudem mortalis vulgi, sed ad præconiū spon si tui, vt merito exultanter canitu rus sis: Induit me do minus vestimento salutis.

Ephes. 6

Psal. 140

Scuti rō mystica

Psalm. 90.

Psalmo. 5.

¶Secū

¶Secunda pars thematis. Quod vero sequitur iuxta veterem translationem: Et tanq̃ sponsam decorauit me corona, optimo iure tibi id attribuere potes, qui hac vestium nobilitate circũdatus, spem habes à sponso introitum regni permansuri. Quam spem illi perdiderant, qui in terris gemunt & dicunt: Cecidit corona capitis nostri, væ nobis quia peccauimus. Et qa ob meritum iustæ vitæ hanc spem quasi ancorã animæ firmam ac tutam retines, & epularis ab introitu gloriæ domini, merito cõcinere potes: Et quasi sponsam decorauit me corona. In signũ huius firmissimæ spei coronam palam gestamus in capite, quam rasis capillis supra frontem & tempora circũducimus in gyro. Ad spem gloriæ promerendæ, necesse est capillos, hoc est, res superfluas temporalium bonoꝝ præscindere, & vni summo bono inhiare. Ad hanc spem necesse est caput m̃tis sursum penitus denudare, vt inter eã ac sponsum nihil mediet, & canere possit: Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Et illud: Dilectus meus mihi, & ego illi. Hinc est ꝙ sponsus nudam sponsam habere delectans, nudus in caluaria crucifixus apparuit, & iuxta prophetã faceres tibi sicut aquila caluitium, quæ se plumis omnibus dum renouatur expoliat. Hos caluos instituit caluus noster in caluaria affixus, dum patrem & matrem, dum domos & agros atque etiam nosmetipsos abijciendos suadet, vt nihil inter nos mediet & sponsum nostrum. Hoc est igitur caluitium quod in capite rasis capillis facimus, dũ inter mentem nostram & deum nihil patimur mediare. Porro crines qui in gyro caput ambiunt ac coronam faciunt, sanctæ sunt cogitationes, quæ de spe regni mẽtem afficiunt, & læta gloria animam coronant, & religiosæ cogitationis diem festum instituunt. Sunt tamẽ admodum breues, atq; etiã sæpius præciduntur, ne luxurient, quia vt ait Ambrosius de officijs: Cito lutum colligit amnis exundans. Hoc est ergo mysterium coronæ tuæ. Hæc est gloria diadematis tui, vt cum iu-

Coronæ capitis rõ mystica

Threno. 5

Isaiæ. 61

Cant. 7

Cantic. 2

Matth. 27

Marci. 15

Lucæ. 23

Iohan. 19

Mich. 1

Lucæ. 14

billo cantes: Quasi sponsam decorauit me corona, ornatam monilibus suis. ¶ Verum dum ad publicũ procedimus, dum mundo iungimur, dum secularibus sociamur, omnem hanc vestium gloriam, ac coronæ nostræ splendorem nigra veste (quam cappam dicimus) occultamus, ne mundus nos videat: & quod introrsum gerimus videndo præripiat. Virtus enim patefacta laudatur, dum laudatur plerunque etiam eripitur. Hoc sponsus sciens: Videte (ait) ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui est in cœlis. Nigra igitur veste dum foras egredimur nos circumtegimus, quasi interiorem hominem popularibus abscõsuri, vt illud consonet Apostoli: Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Non certe qui in manifesto Iudæus est, id est, confessor dei: sed qui in occulto Iudæus est, non litera, sed spiritu: hic enim est spiritus qui intus viuificat. Absconditus igitur sit interior homo cordis nostri (sicut hortatur Petrus in 1. Canonica) in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est coram deo locuples. ¶ Alia ratio. Vestem etiam nigram induimus, dum foris sumus, vt meminerimus antiquæ secularis nostræ conuersationis, quam anxie in religione defleuimus, ne rursum eisdem illecebris capiamur. Nihil enim tã cito recrudescit, vt amor seculi. Nam quoties (ait Seneca) inter homines fui, minor homo redij. Cum ingenti cautela exeundem est homini bonæ voluntatis à monasterio. Hinc nigro se habitu contegit, vt inter nigros se homines meminerit conuersari, & cito eum nigrum posse fieri: nisi vigilãter se ipse custodiat. Quod vt possit, est Christi semper adiutoriũ ambiendum: qui est deus benedictus.

A M E N.

¶ Finis Exhortatorij Nouitiorum.

Nigræ cappæ ratio mystica

Mat. 6

2. Cor. 6.

Roman 2

1. Petri. 3

Seneca

❡EPIGRAMMA EXTEMPORAneum in subsequentis epistolæ commendationem.

SI quis epistolium leget hoc mirabile, noscet
Quanta bonis casti cura sit eloquij.
Nota magis nulli domus est sua, q̃ venerando
Illius authori pagina sacra fuit.
Nullum etenim sensum aut dictum, vix deniq; verbū
Quod non contineāt Biblia sacra, tenet.
Multa tamen diuo tenet admiranda Platoni,
Quæ merito stupeat doctus Aristoteles.
Multaq; sanctorum decretis consona patrum
Tradidit, è sacris sumpta voluminibus.
Multa quidem diuus Bernardus dogmata fulsit
Codice diuino, canonicisq; libris.
Doctoresq; alij præclara volumina passim
Muniuere sacri viribus eloquij.
At nullum legi qui sensa tot accumularit
E sacris verbis, author vt iste, meris
Hoc igitur propriæ meruit Carthusia laudis,
Norit vt è sacro codice sola loqui.
Sed quicquid meruit, petit vt referatur ad illum
Vnde datum plenum manat, & omne bonum.

E x Epistola

¶EPISTOLA PIA ET EXHORTATORIA D. Martini de Lauduno vallis sancti Petri, ordinis Carthusiensis quondã Prioris: miro artificio ex sententijs sacræ scripturæ sibiinuicem connexis decerpta: directa cuidam dicti ordinis nouitio.

¶Increpatur nouitius, ꝙ quum ex quadam laxiore religione ordinem Carthusiensiũ feruens, intrasset: iam tæpens cœperit ad priorẽ velle reuerti.

Caput Primum.

Dilectissimo in Christi visceribus fratri N. frater. M. gaudere in domino semp. Exijt sermo inter fratres, ꝙ tuam velis deserere collectionem, & per aliam viam reuerti in regionem tuam. Atque vtinam mi frater peregre nõ proficiscaris in regionem longinquam, in qua cupias de siliquis porcorum ventrem implere: quippe qui repletus prius pro panibus te locaueris. Si enim descenderis de Ierusalem in Hierico, vt illa quæ præterit figura huius mũdi, tuæ inopiæ sit supplementum. Nunquid non terra illa spinas & tribulos germinabit tibi? in qua seminatur multum, & infertur parum. Etiam cũ dederis preciosa quæq; pro cibo ad refocillandam animam: væ, væ, quia semper eris egestate & fame sterilis appendẽs argentum tuũ non in panibus, & laborem tuum non in saturitate. Nam & aquæ furtiuæ, quæ dulciores videntur, ignem qui nunq̃ dicit sufficit, non possunt extinguere: quin potius omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterũ. Quõ subito mutatus es in virum alterũ, non plane mutatione dextræ excelsi: sed velut stultus q̃ vt luna mutatur, & vt homo natus de muliere breui viuens tempore, quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunq̃ in eodem statu permanet. Qua eñ te apud nos indiges, vt quæras ire ad terram tuam, vt rursum fodias tibi cisternas dissipatas: nõ valentes continere aquas, cum ad manum habeas fontẽ aquæ salientis in vitã æternam. Puto si probas vtiliora instructus per legem, eliges nobiscum haurire aquas

aquas in gaudio de fontib⁹ saluatoris, magis ꝙ de calice lato & ꝑfundo potare vsq; ad feces, quē habet in manu sua Babylon, mater fornicationū & abominationum terræ. Quod si recordaris piscium quos comedebas in Aegypto gratis, dum sederes super ollas carnium, comedens pinguia, & biberes mulsum, nō ignoras frater (scienti enim legem loquor) ꝙ regnum dei non est esca & potus. At si is qui super astra cœli voluit exaltare solium suum, & sedere in monte testamenti, & ascendere super altitudinem nubium, vt sit similis altissimo, ostenderit tibi omnia regna mundi, & gloriam eorum, certe hæc omnia arbitrari debueras vt stercora, vt Christum lucrifaceres, dicens ei: Quid enim mihi est in cœlo, & ā te quid volui super terrā?
Forsitan grauaris portare pondus diei & æstus, præsertim cum difficile sit carnem suam crucifigere cum vitijs & concupiscentijs, & denicq; per multas tribulationes intrare in regnum dei. Scrutare ergo scripturas & require diligenter in libro domini, qui continet sermones rectissimos & veritate plenos, vt noueris, quia si compatimur, & conregnabimus. Malū est, malū est dicit oīs emptor, sed tūc cū recesserit gloriabitur: cum sc; id momētaneū & leue tribulationis nostræ, reddet mensuram coagitatam & supereffluentē. In paucis enim vexati, in multis bene disponemur: qa reuera non sunt condignæ passiones huius tpis, ad futuram gloriā quæ reuelabit in nobis. Non solum aūt sed & in præsenti seculo nequā: Iuxta est dn̄s his q tribulato sunt corde, vt sicut abundant passiones Christi in ipsis: ita & ꝑ Christū eoꝶ abundet cōsalatio. Rememorare aūt pristinos dies, in qbus illuminat⁹ magnū certamen sustinuisti passionum: qn̄ in manu potenti & brachio excelso ꝓperauit dn̄s educere te de medio iniquitatum, conterēs catenā ceruicis vt erectus incederes. Recole inquā cū zelus domus dei te comederit, qt aduersis plagatus fueris in domo eoꝶ q diligebant te, q vtiq; ęmulant te nō bene: qm̄ inimici hoīs dome

E 3 stici

ftici eius. Deniq; venit pluuia & flauerunt venti in domum tuam, nec cecidit. Intantum vt magis eligeres affligi cum populo dei, q̃ temporalis peccati iucũditatem habere: manus em̃ dñi erat tecum confortans te. Cum enim decreuisses in proposito cordis permanere in domino, bonus dominus & cõfortans in die tribulationis, effudit frameam aduersus eos qui te persequebantur, dixitq; tibi: Nihil horum timeas quæ passurus es, qa ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis: & nunc egredere de Aegypto, vt sacrifices mihi in deserto. Et quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam, datæ sunt tibi alę duę aquilę magnę, vt volares in desertum locum paratum tibi à deo, vt solicitus esses quæ sunt dñi, quõ placeres deo, q dimisit onagrum liberum, & dedit ei in solitudine domũ. Tunc immissum est in os tuum canticũ nouum, carmen deo nostro, & dicebas: Laudate dñm: Cantate dño qa liberauit aĩam pauperis de manu maloꝝ. Currebas bene, qs te fascinauit, vt pro nihilo haberes terram desiderabilem? quæ licet cultores habeat fortissimos, plures tñ nobiscũ sunt q̃ cum illis. Quis nõ timeat terribilem in consiliis sup filios hominũ? q si nõ sit præuentus in bñdictionib⁹ dulcedinis, cũ vxore Loth post tergum respexerit dicens: Vanus est q seruit deo? Fateor, inhorruerunt pili carnis meæ, vbi auditũ est, & celebri sermone vulgatũ, ꝙ hõ feruens spiritu, & potens in scripturis, caput haberes languidũ, & cor mœrens: adeo vt tepidus inciperes iamiãq; euomi ex ore domini.

¶ Qualiter spiritus erroris dicto nouitio ad memoriam reducit quędam dona, & pręcipue donũ lachrymarum: quod in priori ordine sibi videbat accepisse, & nunc conquerebatur amisisse. Cap. 2.

VErum is q sagittat in obscuro rectos corde, & de industria dissoluit cor viroꝝ bellatoꝝ, qui remanserunt in ciuitate, ne possint manus eorum implere quod cœperant: venit ad te in vestimẽtis

ouium,

ouium, vt reduceret te per viam, de qua præcepit tibi dñs, vt eam amplius non videres. Cum eñ paulatim tædere cœpisset cor tuũ itineris & laboris, stetit quidã añ oculos tuos, cuius vultum non cognoscebas: hñs q dem speciem pietatis, sed virtutẽ eius abnegans, cum sit inimicus omnis iustitiæ, non desinens subuertere vias dñi rectas. Qui fictis verbis de te negotiari quærens, intendit rapere pauperem, dum attrahit eum, & exultans sicut victor capta præda, qñ diuidit spolia dicit. Dia. Deus dereliquit eum, persequar & comprehendam illum: nam inuenitur apud eum est & non, quia vult & non vult piger, nec est perfectus in eodem sensu & in eadem scientia: ignorans quippe quod optimũ sit gratia stabiliri cor. Similis est fluctui maris, qui à vento mouetur & circumfertur: adeoq; illic sic trepidat timore, vbi non est timor, vt terreat eum sonitus folij volantis. Denique si credit innocens omni verbo, nonne doctrinis varijs & peregrinis protinus abducetur, nesciens probare spiritus si ex deo sint? Egrediar igitur & ero spũs mendax in aure eius, terreboq; eum per somnia, & per visiones horrore concutiã, donec magis magisq; ptimescat cor eius, & instar aquę liquescat. Si vero quasi leo confidens absq; terrore pmanserit, loquar ei vba pacifica in dolo, & vultu procaci blandiens, irretiam eũ multis sermonibus, vt nõ quærat quod sibi vtile est: sed qđ multis, vt salui fiant. Hac eñ vana psuasione delusus, sponte cõsentiet habitare mecũ, optãs anathema esse à Christo suo p fratribus suis, vt saluos faciat aliqs ex illis: & ignorabit q ad vincula stultus trahit, & q de periculo aĩæ illius agitur. Et vt testimonia mea credibilia fiant ei nimis, facilisq; iterũ conuertat ad infirma & egena elemẽta mũdi, proferam de thesauro meo noua & vetera, vt discat non deserere amicũ antiquũ: qa nouus nõ erit similis illi, & dicam: Nonne dixerã tibi q terra illa pessima est, & deuorat habitatores suos. Sed & rex illi⁹ scio quia homo durus est, cum austeritate imperans, & poten-

potẽtia, ita vt nemini possit quicq̃ pacifice loqui. Ego vero quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi. Reduc in memoriam priora. Cum olim quietus esses in domo mea, florens in palatio meo, & in bonis corporis: à fructu frumenti, vini, & olei multiplicatus eras, & vt nihil deesset tibi in vlla gratia, in spiritu sugebas mel de petra, oleumq́ de saxo durissimo, & præ vbertate lactis comedebas deuotionis butyꝝ. Nunc vero nudatus atq; consumptus, vbi quæso es? Saltem nunc memor esto vnde excideris, & pœnitentiam agens prima opera fac, & reuertere in locum in quo creatus es: qa ex quo recessisti, ab eo inuenerunt te multa mala. M. Hæc & his similia draco qui descendit ad te hñs irã magnam insufflat; sed vtinã reuelet dñs faciẽ indumẽti eius, vt destructus illustratiõe aduẽt⁹ sui arguaẗ inueniaẗq; mẽdax. O plene oĩ dolo & fallacia, frustra iniqtatem meditatus es in cubili tuo, vt iaceres rete añ oculos pennatorum. Ponet dñs frenũ in maxillis tuis, & reducet te p viã qua venisti, nec implebis ventrẽ tuum teneritudine fratris quẽ expetisti, vt eum cribrares sicut triticum. Ecce vir bone quonam modo ille qui circuit quęrens quem deuoret, qui insidiatur quasi leo in spelunca sua. Ecce quomodo posuit velamen super faciem suam, & abscondit vultũ suum ne quis contẽpletur eum. Trãsfigurauit enim se in angelũ lucis, depingens oculos suos stibio, & ostendit tibi viam, quæ videtur homini bona, sed nouiss ma eius ducũt ad mortem. Nam vt tua testaẗ epistola, quæ scitur & legiẗ ab oĩbus, tua defensio apud eos q te interrogant hæc est. NO. Ecce in priori manasterio meo in q̃ vocauerat me dñs, ex vtero seruum sibi olim cõsistens, garrulus eram & vagus, & quietis impatiens, curãq; carnis faciens in desiderijs. Viuebamus sine lege aliqñ, & cingẽs me ambulabã vbi volebã, trãsgrediẽs terminos antiquos q̃s posuerãt patres mei, & erat sicut populus sic sacerdos. Deus aũt q diues est in misericórdia, vinctũ suũ non despexit, sed operi manuum suaꝝ porrexit dexterã

dexteram: & sępius etiam tunc me visitauit oriens ex alto. Dum enim medium silentium teneret omnia: qn̄ solet sopor occupare homines & dormiūt in lectulo: tunc (vt minus sapiēs dico) media nocte surgebam ad confitendum deo: & clauso cubiculo orabam patrem in abscondito. Recogitabam tunc omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, sed & tunc nihilominus annos æternos in mente habui: qui cum venerint vanitatis arguentur præterita. Tuncq̧ rupti sunt fontes abyssi magnę: & facta est pluuia super terram: ita vt lachrymis lauarem per singulas noctes lectū meum: Rugiens à gemitu cordis mei: super omnes abominationes quas solet operari impius. In quibus secutus fueram cogitationes meas & oculos per res varias fornicantes. O quotiēs illo in tempore deus molliuit cor meum vt fieret tanquam cera liquescens in medio ventris mei: & erūpebāt lachrymæ, nec me poterā continere. Et hinc quidē vermē qui non moritur: & ignē qui non extinguitur pertimescens: hinc vero ad delectationes quæ sunt in dextera dei vsq̧ in finem anhelans: eratq̧ nox illa illuminatio mea in delitiis meis. Interdum quoq̧ fugiebat dolor & gemitus & erat mihi gaudium: & exultatio quasi in delitiis paradisi dei fuissem. Et quamuis propter hoc non desererem adinuentiones meas & viam durissimam per quam ambulare cōsueueram: tn̄ misericors & miserator dn̄s dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam: infrenabat os meum laude ne interirem: & fructus illius dulcis erat gutturi meo. Tandem digesto paulisper vino quo madebam: & videns quàm vilis fact⁹ essem: nimis iterans vias meas: trahēte me deo in vinculis charitatis compunctus sum corde & optaui probare portiora ne computrescerē vt iumētum in stercore meo. Cæterum vt charitas mea magis ac magis abundaret & ne ampli⁹ recederem à tergo domini: proposui reddere vota quæ distinxerant labia mea: sciens pro certo quod deo displiceat infidelis & stulta promissio.

¶Inducitur nouitius conqueri de duritia mentis q̃ patitur: & propterea ad pristinam religionem velle reuerti. Cap.3. Nouitius.

HVius rei grã exiui de terra & cognatione mea priore scilicet ordine meo, qui me per euangelium in Christo genuerat: & veni in hũc locũ horroris & vastæ solitudinis, ne viderem mala quæ fiunt sub sole, sed sedens solitarius & tacens leuarem me supra me. Credidi frustra errore deceptus, q̃d dñs plueret mihi panem de cœlo & cibaria mitteret ĩ abũdantia, vt sicut adipe & pinguedine deuotionis repleta anima mea, in via testimoniorum dei delectaret̃ sicut in oĩbus diuitijs. Si enim supeminens magnitudo virtutis dei qñq; inuenitur in terra suauiter viuentiũ: q̃tomagis apud eos q propter verba labioꝝ dei custodiunt vias duras dicentes ei, qm̃ propter te mortificamur tota die? Cum ergo consilio scientium leges & iura maioꝝ cœpissem in hac religione mortificare mẽbra mea quæ sunt super terram: in laborib⁹ plurimis & ieiunijs multis, in fame & siti, in frigore & nuditate: protin⁹ versa est in luctũ cithara mea, & clamaui vexat⁹ ã tribulatiõe maloꝝ & dolore. Seduxisti me dñe, & seduct⁹ sum, & cõfudisti me ab expectatiõe mea: qm̃ expectabã bona, & venerũt mihi mala. Et vbi ẽ calix inebrians & p̃clarus, in quo dudũ potũ dabas mihi in lachrymis, in mensura, ita vt consolationes tuæ lætificarent aĩam meam? Ecce induratum est cor meum sicut lapis & cœlum quod supra me est sit æneum: adeo vt nec ros nec pluuia veniant sup me, eo q̃d dñs declinauerit in ira ã seruo suo. Cur detestatus sum disciplinam, nec audiui vocem docentis, ne oĩno ptransirem de gente in gentem, & de regno eius ad populũ alterũ, cum nollet sup me mittere aliud pondus? Beatior forẽ, si sic pmansissem scd'm suũ consiliũ. Vereor autẽ ne dñs, cui⁹ iudicia abyssus multa, callide eduxerit me de Aegypto, vt in terra deserta & inuia & inaquosa non sit, q refrigeret linguam meã in hac tentationũ flãma

Merito

Merito verba mea dolore sunt plena, & bene irascor ego vsque ad mortem. Vsquequo domine clamabo & non exaudies, & auertes aurem tuam à singultu meo & clamoribus? Tu semper pluis super iustos & iniustos, vt potent onagri in siti sua: & nunc domine continens in ira tua misericordias tuas, vnde & ego sicut fœnum arui. Rorate cœli desuper, & nubes pluant imbrem, & qui terram arentem & australem dedit mihi iungat ei irriguam aquis: vt seminans in lachrymis, in exultatione metam. Ego ille quondam opulentus, ad nihilum redactus sum & nesciui: quandoquidem expectaui pacem, & non venit: & tempus deuotionis, & ecce tentatio. Et quis poterit stare? Nonne melius est reuerti in Aegyptum quàm mori in hac vasta solitudine, in qua errantes homines proficiunt in peius, & secundum duritiam suam & cor impœnitens thesaurizant sibi iram. An putatis, quod inaniter scriptura dicat: Non est bonum esse hominem solum. Et rursum: Væ soli, quia cum ceciderit non habet sublevantem. Si in ea vocatione in qua vocatus fueram, permansissem, habitassem vtique in pace super terram, & profectus meus manifestus esset omnibus, q ex bonis operibus me considerantes glorificarent deum in die visitationis. Vere addidit dominus dolorem dolori meo, & conscidit me vulnere super vulnus. Quia enim volui peregrinari vbicunque mihi vtile esse prospicerem, non solum nullum emolumentum habui quod ambulaui tristis coram domino, sed insuper nudus sum & indigeo victu quotidiano: cum non sit in domo mea panis neque vestimentum. Quis mihi det vt sim iuxta menses pristinos, quando secreto deus erat mecum in tabernaculo meo, quando plorans plorabam in nocte & dirigebatur oratio mea sicut incensum in conspectu dei. Itaque de cætero nemo mihi molestus sit dicens quod leuitate vsus sum, & quod cogito secundũ carnem cogito, si reuertar in domum meam vnde exiui, quia prorsus melius mihi erat tunc magis quã nunc.

An so-

An solitariorum deus tantum? Nonne & omniũ? Certe diues est in omnes qui inuocant illum: & nihil odit eorum quæ fecit cum sint miserationes eius super omnia opera eius & æqualiter sit ei cura de omnibus. Domini est terra & plenitudo eius. Ita vt neque Ierosolymis neq; in monte hoc tantummodo adoretur pater, sed in omni loco dñationis eius qui adhæret dño vnus spiritus est cum eo. Cæterum hæc corporalis exercitatio ad modicum vtilis est quamuis per eam nonnulli frustra arbitrentur obsequium se præstare deo. Pietas autem & deuotio ad omnia valet promissionem habens vitæ quæ nunc est et futuræ: nam in dextera eius longitudo vitæ. In sinistra autem illius diuitiæ & gloria. Porro si ieiunauero bis in sabbato, & non comedam carnem inæternũ, & studuero quasi circulum cõtorquere caput meum ac saccum ac cilicium sternere, nunquid qui scindere corda & non vestimenta præcepit q creauit oĩa ad percipiendum cũ gratiarũ actione fidelibus, nunqd vocabit hoc ieiunium acceptabile domino? Etiam si tradidero corpus meum ita vt ardeam: charitatem autem & deuotionem non habuero nihil mihi prodest, quia cor durum male habebit in nouissimo. Sed beati qui lugent, ascensiones in corde suo disponentes in valle lachrymarum quoniam dominus post lachrymationem & fletum exultationem infundet; abstergens omnem lachrymam ab oculis eorum.

¶ Reprehenditur nouitius qui peccatum suum excusans vult facere mala vt veniant bona: videlicet reuerti ad priorem ordinem suum vbi non recte viuebat vt habeat abundantiam lachrymarum: & ostenditur quomodo nonnunquam inanis sit lachrymarum frequentia. Cap. 4

HVcusq; mi frater illa tua perizomata se extendunt quæ ex foliis ficus tibi inaniter consuisti in similitudinem preuaricatoris Adæ: vtiq; ad excusandas excusationes in peccatis: vt non appareat confusio nuditatis tuæ. Adam vbi es? Noli abscondere

vt homo

vt homo peccatũ tuum: magis aũt da gloriã deo, confitens atq; indicans ei quid feceris: vt confessionem & decorem indutus amiciaris lumine sicut vestimento. O si scires donum dei cuius delitiæ sunt cũ filiis hoĩm qui sponte confitentur aduersum se iniustitiam suam domino. Cur ergo inuoluens sententias sermonibus imperitis occasionem quæris volens recedere ab amicis qui tam humane vulneribus tuis infuderunt oleũ & vinũ: vt si fieri potuisset oculos suos eruissent & dedissent tibi? Si laueris te nitro & multiplicaueris tibi herbam borich: & narraueris si quid habes vt iustificeris frustra componeris. Non secundum visionem oculorum iudicabit dominus. Ipse nouit abscondita cordis: & idcirco non opus est ei, vt testimonium perhibeat quis de homine. Et quomodo tu existimas, quia tu effugies iudicium dei, aut decipietur vt homo tuis fraudulentiis: quandoquidem conscientia tua super hoc diiudicatur ab omnibus, conuincit ab omnibus? Enimuero si perseueraueris cõfirmare sermonem & conuersus fueris in arcum prauum, eris subsannatio, & illusio his qui in circuitu tuo sunt, omnibus clamãtibus quod frons meretricis facta sit tibi nec deũ timet nec hominem reueretur. Vtinam saperes & intelligeres de quibus loqueris, & de quibus affirmas, per quæ in superbia & in abusione frustra niteris ostẽdere bonam vitam tuam. At cum esses paruulus, non mirum si sapiebas aut loquebaris, vt paruulus: siquidem paruuli diligũt infantiã, & ea q̃ sibi noxia sunt cupiũt. Nũc vo cũ exercitatos habeas sensꝰ ad discretionẽ boni & mali, insup sacras literas ab ĩfãtia didiceris: mirũ imo opꝰ risu dignũ ẽ, ꝙ malũ manuũ tuarũ dicis bonũ: ęstimãs inique quod deꝰ erit tibi similis, q̃ oẽm viam iniquam odio habuit. Vereor ne multę literæ ad insaniã te conuertant, & te seduxerit qui cõsiliarios adducit in stultum finem: quippe qui tam inaniter accipis testamentum dei per os tuum, adulterans verbum dei. Redi ergo, ô præuaricator, redi ad cor & audi doctorem

gentium

gentium in fide & veritate: hic dicet tibi, quid te oporteat facere. Puto enim, quod & ipse spiritum dei habeat, viam dei in veritate docens. Et nō sicut blasphemamur (inquit) & sicut aiunt quidā nos dicere: Faciamus mala, vt veniant bona: quorū damnatio iusta est. Nūquid & tu imitari vis linguam blasphemantium, vt dicas pax mihi erit, ambulabo in prauitate cordis mei: eo quod non sit melius quā comedere & bibere & ostēdere bona animæ suæ: quoniam hoc donum de manu dei est. Si eñ ea quæ destruxisti iterum reædificas, hac videlicet ratione: vt vbi abundabit delictum, supabundet & gratia: nonne & tu de illis es? Vere enim si tu qui nunc in croceis versaris, rursum amplecti vis stercora vt sint lachrymæ panes die ac nocte tibi: non egemus aliis testibus, sed os tuum te condemnabit, quia vis facere mala vt veniant bona. Ex quo ergo beatos dicimus arrogantes, & bene est omnibus qui præuaricantur & inique agūt, permaneamus in peccato vt gratia abundet. Ducamus in bonis dies nostros, & non prætereat nos flos temporis: quādoquidem iuxta sensum tuum, omnis qui malum facit, bonus est in conspectu dei, & tales ei placent: dummodo studeāt lachrymis rigare pedes ei⁹. Surge q dormis, surge frater, & illūinabit te Christus, inungens collyrio oculos tuos, vt videas quia persuasio hæc non est ex eo qui te vocauit. Caro & sanguis reuelauit hoc tibi illo mediante cuius inuidia mors intrauit in orbē terrarū, q nō venit nisi vt furetur & mactet & perdat. Esto, ad tuos ire cupis: desiderio tibi est domus prioris ordinis tui, vt dulcius sapias quæ sursum sunt, flens largiter corā dño. Si ergo, vt cōfidis, deduxerint oculi tui lachrymas p diē & noctem, ita vt facies tua intumescat á fletu, & gustaueris bonū dei verbum particeps effectus spiritus sancti: certus esto, quod pro his omnibus adducet te deus in iudiciū: qa cui multū donatū ē, multū q̄retur ab eo. Etenim si post acceptā notitiā ỹitatis, plapsus fueris, faciens ea quæ non conueniunt; iam scito prænoscens, quod pa

dies

diet ex adipe iniquitas tua. Poneſq; aduerſus deũ mala pro bonis, & odium pro dilectione ſua. Porro vnus ædificans & vnus deſtruens qd prodeſt illis niſi labor? Vis autem ſcire, ô homo inanis, quod fides ſine operibus etiam multum lachrymans otioſa eſt? Audi quid ſuper hoc expreſſum eſt ĩ ſcriptura veritatis, quæ ſicut non veretur magnitudinẽ cuiuſq̃: ita nec pauperis miſeretur in iudicio. Chirographum decreti quod ẽ contrarium tibi, illic reperies: vt ſit tibi cõtra te in teſtimonium: & vltra excuſationẽ nõ habeas de peccato tuo. Qui baptizatur à mortuo (inquit) & iterũ tangit mortuum: qd proficit lauatio eius? Sic homo qui ieiunat & deflet pro peccatis ſuis, & iterum eadem faciẽs, quid ꝓficit humiliando ſe? Orationem illius quis exaudiet? Hæc verba dei vera ſunt: quę ſi attenderent operientes altare domini lachrymis fletu & mugitu, non in ſe cõfiderent tanquam iuſti: ſed potius timerent, ne deteriꝰ aliquid eis cõtingeret. Qui enim ãuertit aurem ſuam ne audiat legem domini: orõ eius erit execrabilis, nec ponet lachrymas eius in conſpectu ſuo: quippe qui ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit q in eum flare dignatus eſt, vt fluerent aquæ.

¶Quomodo dona dei propter abuſum eorũ in pniciem hominis interdum vertuntur. Cap. 5.

AI hoc fortaſſis tumens cum iurgio dicis. NO. Quid blaſphemor pro eo, quod gratias ago ſuper datum optimum & donum perfectum q̃d deſcendit à patre luminum? Ecce ꝓmiſit qui nõ mentitur deꝰ, q̃d auferet cor lapideũ de carne nrã, & dabit nobis cor carneũ: vt conuertat̃ duritia captiuitatis noſtræ, ſicut torrens in auſtro. Quare ergo diuitias bonitatis dei contẽnis, dicẽs: q̃d modicã habet ỽtutẽ, cuius capiti dedit deꝰ aq̃ & oculis ſuis fontem lachrymarũ? M. Scio fili mi ſcio. Non abijcio gratiam dei, nec dico mẽſa dñi deſpecta eſt: cũ viſcera eius plena ſint adipe: & adeo panis eiꝰ cõfirmet cor hoĩs, vt oĩa q̃ deſiderãt̃ huic non valeant cõparari. NO. Quid ergo ampliꝰ eſt

deuoto

deuoto quàm duro? aut quæ vtilitas compunctionis? M. Multum per omnē modum, si tamen in mente habeat qualiter acceperit & audierit, vt cum dominus q dedit vnicuiq; secūdum propriam virtutem, venerit: probet quod gratia sua in eo vacua non fuit. Nā quid enim inueniet pœnitentiæ locum: quanquam cum lachrymis inquirat eum, si vultus ei⁹ fuerint in diuersa mutati, tanquam canis reuersus ad suum vomitū. Aut quid proficit lachrymis lauisse pedes suos, si iterum inquinauerit illos: vt rursum exultet in rebus pessimis, cum omnis talis exultatio maligna sit? Quàm verendum, ne dederit ei deus spiritum compunctionis, oculos vt non videat, dicaturq; de eo: curauimus Babylonem, & nō est sanata: quia scilicet ad tempus credidit, & in tempore tentationis recessit. Sane nemo se seducat dicens se esse aliquem magnum, cū acceperit à deo qui implet omne animal benedictione: vt sit initium aliquod creaturæ eius. Cum enim deus pater solē suū oriri faciat super bonos & malos: ita vt non sit qui se abscondat à calore eius, non in hoc cuiquam reposita est corona iustitiæ, quod aliquid boni cœpit ædificare nisi potuerit consumare. Itaq; non potest homo quicquam accipere, nisi fuerit ei datum de cœlo: sed oportet vt simus solicitudine non pigri, vt quodcūq; potest manus nostra instanter operemur: ne talētum datū à domino abscondamus in terra. Atq; vtinam sicut veraciter in voce exultatiōis & confessiōis dicimus deo, omnia opera nostra operatus es nobis: ita obediam⁹ ex corde in eam formam doctrinæ qua dicitur: Hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Vtinam non inueniatur nobis donum, quod ad vitā, hoc esse ad mortem: si (quod absit) postq̄ senserimus de domino in bonitate, & cibauerit nos ex adipe frumenti: non sicut deum glorificauerimus aut gratias egerimus: sed quasi confidētes, quod misericordia domini plena est terra, rursum ambulauerimus vias non bonas, & post peccata nostra. Panem quidē angelorum

mandu-

manducat homo: sed væ ei si panis illius in vtero eius vertatur in fel aspidum intrinsec⁹: sicut & illis, q auer si sunt cordib⁹ suis in Aegyptũ, q sp reuertebãtur dum ambularẽt, quorum cadauera prostrata sunt in deser to, in exemplum iusti iudicij dei. Non enim illis ꝓfuit manducasse panem de cœlo, omne delectamẽtum in se habentem: pro eo quod obliti sunt benefactorũ dei & mirabiliũ eius, q̃ ostendit eis: & tanq̃ animales spũ non habentes, sola quæ carnis sunt saperent. Hinc est quod post buccellam á domino Iudæ traditam introi uit in eum satanas: vt nouerint qui dereliquerunt do minum abalienati retrorsum, quod carnes sanctæ au ferunt á nemine malitias suas. Verum cum diu susti nuerit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, q benignus est super ingratos & malos: tandem vsq; ad nouissimum quadrantem repetet quod suum est cum vsura: nec relinquet in eis lapidem super lapidem: eo quod non cognouerint tempus visitationis suæ. Ter ra enim venientem super se bibẽs imbrem & generãs herbam optimam illis á quibus colitur, accipit bene dictionem á deo. Proferẽs autem spinas & tribulos re proba est, & maledicto proxima: cuius consumatio in combustionem. Quid enim debuit illis facere: & nõ fe cit: qui proprio filio non pepercit, sed pro eis tradidit illum: & tamen quasi de industria recesserũt ab eo, sciẽ tes voluntatem domini sui & non facientes, vt inueni atur iniquitas eorum ad odium. Vide ergo bonitatem & seueritatem dei: in eos quidem qui cum spiritu cœ perint, carne consumantur seueritatem: in te aũt boni tatem, si prout velle cœpisti ab anno priore, ita ex nũc facto perfeceris: vt oblitus quæ retro sunt, ad anterio ra fideliter te extendas. Alioquin & tu excideris omes q; iustitiæ tuæ non recordabuntur, eo quod caudam cum capite in sacrificio tuo non obtuleris, perseuerã do scilicet vsque in finem vt salu⁹ fieres. Et quidem sa tis iuste: quippe qui tantam neglexeris salutem. Vnde & diuitias quas deuorasti euomes, & de ventre tuo ex

trahet eas deus,& derelinqueris ficut vmbraculum in vinea:&ficut tugurium in cucumerario. Et videns qd fit inter seruientem domino & non seruientem ei, dices: Vere quia dominus non est mecum,inuenerunt me mala ista: quoniã melius fuisset viam veritatis nõ agnoscere,quàm post agnitam retroire.

¶Optat nouitius redire ad priorem religionẽ vbi versabatur inter multos vt sit multis in exemplũ: sed ostenditur per hoc se magnis & multis committere periculis. ¶Cap. 6.

QVid ergo dicemus ad hæc? Accedens ad seruitutem dei stabis ne in iustitia & timore præparans animam tuam ad tentationem, an permanebis in peccato, vt gratia abundet? NO. Non cogitaui hoc nec ascendit super cor meum (inquiens) vt qui mortuus sum peccato, adhuc viuam in illo:& relinquens iter rectum, ambulem per vias tenebrosas. Absit hoc à me, vt configuratus prioribus ignorantiæ desideriis, seruiam denuo operibus duris luti & lateris: sicut & gentes, quæ ignorant deum. Magis autem ambulans in via immaculata æmulabor charismata meliora, incedendo in omnibus mãdatis & iustificationibus domini sine querela. Cum enim reuersus fuero prosperè in domum patris mei, super custodiam meam stabo:& diligenter obseruabo me ab iniquitate mea, abiiciens opera tenebrarum & induens arma lucis. Nam secundum exemplar quod mihi in mõte hoc monstratum est, plura faciam:& erunt opera mea nouissima plura prioribus, ita vt omnis plebs videns det laudem deo. Vnde & fratres nostri à qbus desolatus fui ad tempus, ore & aspectu non corde, cũ viderint ꝙ is nunc euangelizat & obseruat regulam quam aliquando oppugnabat, in me clarificabũt deum, qui in omnibus præbuit me ipsum exemplum bonorũ operũ. Nonne melius est lucernam accensam ponere super candelabrum quàm sub modio, cũ sapientia abscondita & thesaurus inuisus nemini prosint?

Cæte

Cęterum qm̄ sunt qui confitētur se nosse deum, factis autem negant: & alligātes onera grauia imponunt in humeros hominū, digito autem suo nolunt ea mouere: dabo voci meæ vocē virtutis: sicut cœpit Iesus facere & docere: & sic prouocabo eos ad meliora & vicinora saluti, non verbo neq; ligua sed opere & veritate. M. Eia frater: nonne qui de vino Babylonis meretricis magnę inebriat omnes gentes, primū bonum vinū ponit: & cum inebriati fuerint, tunc id q̄d deterius est? Et nunc qdem ad te blande ingreditur, sed nouissime mordebit vt coluber. An ignoras ꝙ non sit similis ei in augurādi scientia: quippe q callidor est cęteris animantibus? vel credis ꝙ verba eius fidelissima & vera sint, cum in veritate non steterit: sed mendax sit & pater eius? Proponit tibi quæcunq; iusta, quæcūq; quæ sancta, quæcunq; amabilia: quæcunq; bonæ famæ, vt scilicet cum fueris huius boni concupiscentia abstractus & illectus: propinet tibi fel draconum & venenū aspidum insanabile. Molitur quippe princeps mundi huius illuc reuerti, vnde eiectus est foras, secū adiunctis septem aliis spiritibus nequioribus se: vt cū impleti fuerint extranei viribus tuis, abeas absq; vlla fortitudine ante faciem subsequentis, & tandem fiant nouissima tua peiora prioribus. O si reduceret te dominus classibus in Aegyptum, permittēs te tentari supra id q̄d potes, vt diceret inimicus tuus: præualui aduersus eum: quomodo dimicares per arma iustitiæ à dextris & a sinistris? Et quidem non est potestas super terram quæ tuo comparetur aduersario: qui multos vulneratos deiecit & fortissimi quiqueinterfecti sunt ab eo: vt merito quicunque audierit, tinniant ambæ aures eius. Tu autem non didicisti certare cum hostibus: nec habes consuetudinem præliandi: & insuper infirmata est in paupertate virtus tua, & elanguit cor tuum, nec remāsit in te spiritus. Si enim quispiam vel leuiter subsannauerit te subsannatiōe, ilico rapit cor tuum in ira, & disceptiōe sicut puluis, quē proiicit ven

tus à facie terræ. Quomodo ergo posses tibi complacere in infirmitatibus, in contumeliis, in persecutionib⁹ in angustiis pro Christo? Nō solum autem, sed à sagitta volante in die perfacile transfigeris. Halitus quoq; illius q prunas ardere facit, leuiter euertet sensum tuum: vt nō videas cœlum, sed oculos tuos statuas declinare in terram. Intellige quæ dico, dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum. Ecce enim repetis scientiam tuam à principio, & æmulator existens paternarum tuarum traditionum pergis ad tuos, obseruaturus de huiusmodi modicum ibi modicum ibi, mundādo (vt multum) quod deforis est calicis & parapsidis. Quam ergo verendū vt de cæteris scādalis (quæ iuxta iter scandalum posuerunt tibi) interim sileam, ne tā̄ rudis & corde pauido inž infamiā, & bonam famā excidas à ꝓpria firmitate? Prorsus timeo, ne dicentibus aliis de te: quia bonus est: aliis autem non, sed seducit turbas: quippe q oīa opera sua facit, vt videatur ab hominibus. Paueo (inq̄) ne inueniaris arūdo vēto agitata: tanq̄ vir duplex aīo, & inconstans in omnibus viis tuis. Etenim si ab homine claritatē acceperis, & caput tuum impinguauerit oleū peccatoris: ꝓtinus replebe ris consolatione, & superabundabis gaudio in oī tribulatione tua: quia diem hoīs non desiderare nōdum potes. Quod si forte ab hoībus blasphemetur bonū tuum: & loquuti fuerint aduersum te lingua dolosa: cōfestim turbabiť in ira oculus tuus: nam operiet confusio faciem tuā, & erubesces valde velociter. Et si parua sunt ista, addere tibi possem multo maiora: quia reuera sunt & alii funes quos extēderunt in laqueum, qui quærunt animam tuam vt auferant eam. Sed vt non loquatur os meum opera hoīm, nolo parietem fodere, sciens quod defecerunt scrutantes scrutinia. Cæteꝝ qualia introrsus depicta sint in pariete per circuitū domus vndiq; tu videris. Nā & fratres illi inter quos nūciare tibi viam nouam & viuentem disponis, q̄les sint in facto præsentes: vel quales aliquando fuerint, nihil

mea

mea intereſt. Seruum alienum iudicare nō debeo, ſuo domino ſtat aut cadit. Hoc ſcio, à principio ex ꝗ poſit⁹ eſt homo ſuper terram: quia qui cum ſapientibus gra- ditur, ſapiens erit: amicus autem ſtultorum efficietur ſimilis. Et iterum alia ſcriptura dicit: Cum ſancto ſan ctus eris, & cum peruerſo peruerteris. Si autē in abun- dantia virtutis tuæ ſaluari putas, dicens: NO. Cum his qui oderunt pacem ero pacificus, & habitans vbi ſedes eſt ſatanæ non communicabo operibus eius malignis quinimo in medio nationis prauæ & peruerſæ ero bo nus odor Chriſti deo, ſicut lilium inter ſpinas. M. Scie to ergo quod qui amat periculum in illo peribit. Pro- pter quod præcepit dominus apoſtol', vt interrogarēt quis eſſet dignus in ciuitate vt manerent apud eum, ſci ens: quod corrumpant bonos mores conſortia mala. Nunquid tu maior es patre noſtro Enoch, qui tranſla tus eſt ne malitia mutaret mētem ipſius. Itaq; ſi incre- duli & ſubuerſores fuerint tecum, fueriſq; frater dra- conum & ſocius ſtruthionū, primo quidē de die in diē iniquis operibus tuam animā cruciabunt, eo quod nō communices infructuoſis operibus tenebrarū ſed ma gis redarguas. Poſtea autem videns quod ſupra vi- res tuas eſt negotium: & coneris contra ictum fluuij vane & ſine cauſa fortitudinem tuam conſumēs, pau- latim corrumpentur ſenſus tui, & excident à ſimplici tate quæ eſt in Chriſto. Etenim ſpiritus qui promptus eſt trahetur à carne infirma, & continuo acquieſces carni & ſanguini, ita vt commixtus inter gētes diſcas opera eorum & ſeruias ſculptilibus eorum, & ſis ſine deo in hoc mundo.

¶Petit nouitius edoceri, quare deuotior deo in pri ori ordine fuerit, quàm nūc ſit, & de occulto ſuper hoc iudicio dei. ¶Cap. 7

Sed hic quoq; iuſtificationem tuam, quam cœpiſti tenere non deſinis, dicens. NO. Iuſtus quidem tu es ſi diſputem tecum, veruntamen ſuſtine me: ad huc enim loquar paululum & reſpirabo, ſi forte intel

ligat dominus super egenum & pauperem, & peruenit at ad victoriam iudicium meum. Quid itaq; causę est quod priora tempora meliora fuere quàm nunc sint: cum olim quidem dormiens silerem, & somno meo requiescerem sub vmbra illius quem desiderabam sedens: nunc vero solum mihi super est sepulchrum, q2 tribulatio & angustia inuenerunt me, labor & dolor & afflictio spiritus. Certe cū dudum aederem in tenebrosis & in vmbra mortis, vbi abundante iniquitate refrigescit charitas multorum, frequenter ꝑut supra scripsi, in breui concaluit cor meum intra me, & igne illo quem dominus venit mittere in terram, ardens erat cor meum, dum loqueretur mihi Iesus in via. At ex quo cœpi ambulare in medio lapidum ignitorum vt exēplo discerem disciplinam, & esset charitas mea sicut lapides ignis atq; flammarū, væ væ percussit me dominus egestate, febre & frigore, sed à facie frigoris huius quis sustinebit? Super hoc expauit cor meum, quia videtur diligere odientes se, & odio habere diligentes se. Putabam enim quôd cogitaret cogitationes pacis, & non afflictionis: & ecce scribit contra me amaritudines, & idcirco ingressus est ad me, vt rememorētur iniquitates meæ. Igitur si adhuc habes, quod ꝑ deo loquaris, & operatorem tuum vis probare iustum, indica mihi si habes intelligentiam, quanam ratione de pœnis innocentum rideat, contra folium quod vento rapitur ostendens potentiam suam? quia nec fortitudo lapidū fortitudo mea, nec caro mea ænea est.
M. Si essem propheta, o vir bone, aut filius prophetæ cui incerta & occulta sapientiæ suę manifestaret deus tanquam auriculario à secreto: certe non subterfugerem, quo minus omne consilium dei annunciarē tibi. Sermo autem quem queris grauis est. Nam puteus altus est, & in quo hauriam nō habeo: quia dominus celauit à me & non indicauit mihi. Seorsum autem amicis differuntur omnia: qui possunt omne ligatum dissoluere & in labijs suis pronunciare omnia iudicia oris

Oris dei. Itaque vbi clausi signatique sunt sermones: præceptum domini non habeo, consilium autem do. Et si quidem bene & vt saluti tuæ competit, hoc & ipse velim, cum is in cuius manu sumus nos & sermones nostri, id præstiterit. Sin autem, rogo te, habe me excusatum: qui & si factus sum insipiens, tu me coegisti. Nos quippe inuoluimur tenebris, & de proprio loquentes mẽdacium loquimur, cum nemo cognouerit sensum domini, nisi cui voluerit filius reuelare. Ego itaq; frater si multum haberem, abundanter tribuerem: quod autẽ habeo hoc tibi do, duo scilicet minuta more pauperis viduæ in tuum mittens gazophylacium. Non solum enim qui inebriat, ipse quoque inebriatur: sed & qui dederit calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam.

¶Comparatur profectus spiritualis luci, quę ab aurora fulgere incipit: & docetur, quód veritatem agnitam debet homo humiliter confiteri.

DIco ergo: Olim dum tenebræ essent super faciem abyssi, & iamiamq; vrgeret super te puteus os suum, nisi qui dominus adiuuit te, paulominus habitasset in inferno anima sua. Deus autem qui dixit de tenebris lumen splendescere, ostendit tibi lucem miserationum suarum, & de abyssis terræ iterum te reduxit, ne penitus periret qui abiectus fuerat. Hinc est, ꝙ cum in tenebris sederes, & lumẽ cœli non videres: dominus emisit lucem suam & veritatem suam, quasdam scilicet primitias spiritus, quibus intra te gemeres: quæ te deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum suum, & in tabernacula sua: vt interim haberes fructum tuum in sanctificationem, finem vero vitam ętérnam. Qđ si imperfectum tuum non vidissent oculi eius, nec compleuisset deus opus suum quod cœperat: quomodo ignis semp arderet in altari tuo, cum esset tibi vẽtus cõtrarius. Profecto palpasses sicut cæcus in meridie, in tenebris ambulans vsq; adhuc, cũ vtiq; hi q̃ q̃rũt extiguere scintillã tuã, parati essent ꝑducere

ventos de thesauris suis. Sed quia dei pfecta sunt opera, imperauit ventis & mari: donec à scintilla vna augeretur ignis, & semita tua quasi lux splendens procederet, & cresceret vsque ad perfectum diem. Verum quoniam omnia in pondere & mēsura & numero disponuntur a domino, nec est in homine via eius, vt dirigat gressus suos, qui proficisci non potest per desertum: donec nubes eleuetur à tabernaculo, adhuc modicum lumen in te est. Nam cum sis vir pauper & tenuis, nondum apprehendisti omnes diuitias plenitudinis intellectus, vt doctus fulgeas quasi splendor firmamenti deo pro te aliquid melius prouidente: ne forte si semper prosperum iter faceret tibi deus salutariū nostrorum, tu adhuc neophytus in superbiam elatus, in iudicium & laqueum incideres diaboli, submersus quasi plumbum in aquis vehementibus. Nondum ergo plenum tibi fulget illuminatio euangelij gloriæ Christi: sicut lucet sol in virtute sua: sed quia caligantur oculi tui & clare videre non potes ipsum interius, vt ortum surgentis auroræ. Paulatim vero aspirabit dies, & inclinabuntur vmbræ: vt qui nunc vides homines velut arbores ambulantes, postea clare videas omnia, & dicas: Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Erit autem tibi salus cum incaluerit sol, quoniam apparebit tibi dominus in ipso feruore diei: qui implebit splendoribus animam tuam: ita, vt plenus sis oculis ante & retro, & in circuitu & intus. At si quandoque in manibus absconderit lucem, posueritque tenebras latibulum suum, non turbetur cor tuum neque formidet: quamuis apertis oculis nihil videas, sciens quia cum sederis in tenebris dominus lux tua est. Ipse quippe creans tenebras & faciens malum præcipiet luci vt rursus adueniat, iterumque solem nube teget: sed cum præ fulgore in conspectu eius nubes transierit, ilico splendor eius vt lux erit. Quia enim alternis vti delectabile est, sapientia dei quasi ludens in orbe terrarum dicit: Modicum, & non videbitis me

tis me: & iterum modicum & videbitis me, quia scilicet hominem visitat diluculo, & subito probat illum. Sed noli fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, vt videatur tibi quasi ludens loqui, cum tamen stultum dei sapientius sit hominibus. Caue igitur cū deus tuus illuminauerit tenebras tuas, ne cum adulteris animabus portionem tuam ponas: quę ideo fuerūt rebelles lumini, quia diligendo gloriam hominū magis q̄ gloriam dei, discooperuerūt iuxta dominū suū suscipientes adulterꝝ. Cum ergo diligentius intuens clara luce deprehenderis, ꝙ sis Lazarus vlceribus plenus, non apprehendat te confusio adducēs peccatum, vt dicas deo: Recede à nobis, scientiam viarum tuarꝝ nolumus. Ore autem confessio fiat ad salutem, et veniens ad lucem manifesta opera tua: nam qui abscondit scelera sua non dirigetur. Confessio & magnificētia opus tuum, quod te oportet operari dum dies est, anteq̄ tenebrescant vidētes per foramina. Confessio, vt sis accusator tuīpsius in principio sermōis. Magnificentia vero, vt repleatur os tuum laude, glorificādo deum quantumcunq; potueris. Etenim soli deo honor & gloria: nos autem operiamur sicut diploide cōfusione nostra. Redde ergo q̄ sunt hominis homini, & quæ sunt dei deo: sciens ꝙ perditio tua ex te tantū, in deo auxilium tuum: & si quę placita sunt ei, facies semper: tunc totum corpus tuum lucidum erit, & proficies à claritate in claritatem, tanq̄ à domini spiritu: ita vt non occidat vltra sol tuus, & luna tua amplius non minuatur.

¶Comparatur profectus spiritualis mulieri pregnāti, quæ licet cum delectatione conceperit, tamen cum gemitu & dolore parit.

¶Caput Nonum.

Aliam quoq; animaduerte parabolam, & interpretationem: vt per patientiam & consolationem scripturaꝝ spem habeas, & salueris à pusillanimitate spiritus & tempestate. Mulier cum parit

tristitiam habet quamuis ex semine hominis cum delectamento somni conuenientis conceperit. Semẽ est verbum dei, à quo concipimus vt pariamus spiritum salutis. Cum ergo omnipotens sermo dei à regalibus sedibus ad hominem venerit, auditui suo dabit gaudiũ & lętitiam: sed & in ore eius erit tanquam mel dulce. At si deuoratus fuerit & comestus, protinus amarificari faciet ventrem suum, quippe inuestigãs omnia secreta ventris: vt non sit ibi vlla cogitatio inuisibilis in conspectu eius. Et præcauens in futurum, ne forte veniat diabolus: & ipsum tollat de corde hominis, & non referat fructum: arguit, obsecrat, increpat, vt non reuertatur ad deum vacuus: sed prosperetur in his ad quæ misit illum. Sciens autem maledictum esse qui gladium suum prohibet à sanguine, tanquam durus debellator omnia replet morte interficiendo carnalia desideria, quæ militant aduersus animã. Quod videns animalis homo non percipiens ea quæ sunt spiritus dei, ingemiscit in contritione lumborũ dicens Durus est hic sermo. Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere. Væ pregnantibus & nutrientibus in die ista, quia tribulationem carnis habebant huiusmodi. Dum loqueretur mihi sicut solet homo loq ad amicum suum, videbatur mihi fidelis sermo & omni acceptione dignus, eo q̃d essent dulcia faucibus meis eloquia eius super mel ori meo. Nunc vero mutatus est mihi in crudelem, & in duritia manus suæ aduersatur mihi, dicens: Post concupiscentias tuas non eas, quin potius abnega temetipsum, & tolle crucem tuam & sequere me. Quid vocas me domine domine, & nõ facis quæ dico: cum non auditores sed factores legis iusti sint apud deum, nec aliunde beati sint qui audiunt verbum dei nisi quia custodiunt illud. Si gaudio gaudes propter vocem sponsi, q non quærit nisi semen dei vt omnes sint gemellis fœtibus, & sterilis non sit in eis: cur suscepto semine non vis parere masculum, vt possis saluari per filiorum generationem: Ego aũt missus

sum

ſum ad te durus nuncius, quia ſi vis ad vitam ingredi oportet ſeruare mandata, & cõcordare cũ aduerſario tuo cito, dum es cum eo in via, quoniam ad eum veniẽt, & confundentur omnes qui repugnant ei. Hæc autem parabola tẽporis eſt inſtantis: ſi tamẽ audias quid ſpiritus dicat eccleſijs. Cernens enim dominus q generationem cęteris tribuit, q̄ vẽtrem ſine liberis & vbera arentia poſſideres, reſpexit auferre opprobrium tuum inter homines: ne appareres in conſpectu ſuo vacuus. Exijt itaq; ſeminare ſemen ſuum, vt ſterilis pareret plurimos: & fructum ſuum daret in tempore ſuo. Vnde in priori monaſterio quaſi furtiue ſuſcepit auris tua venas ſuſurrij dei, & anima tua liquefacta eſt vt dilectus locutus eſt. Gratias deo ſuper inenarrabili dono eius, quia ſemen cecidit in terram bonam, & ſuſcepiſti verbum cum omni auiditate, non vt verbũ hominum: ſed (ſicut eſt vere) verbũ dei. Nam ſicut imber deſcendit de cœlo, & inebriat terram, & infundit, & germinare eam facit: ſic & flumen dei, quod repletũ eſt aquis, pluuiam voluntariã ſegregauit ariditati tuę vt produceret terra tua herbam virentem lignũq; pomiferum, faciens fructum iuxta genus ſuum. Confeſtim autem in ſtillicidijs eius lætatus es germinans, vt inebriatus ab vbertate domus dei, iurares & ſtatueres cuſtodire iudicia iuſtitiæ eius. Et exiens de vana tua conuerſatione abijſti amarus in indignatiõe ſpiritus tui, & elongaſti fugiens & manens in ſolitudine, eo q̄ ſolitud. facultatẽ prębeat ſine impedimento deo obſeruãdi. Nunc igitur laboras in gemitu tuo facere dignos fructus pœnitẽtię, vt ꝓbes q̃ ſit volũtas dei bona & beneplacẽs & ꝑfecta, & ſemẽ q̃d miſit radicẽ deorſum faciat fructũ ſurſum. Quid ergo miꝝ ſi anima tua in vtero habẽs, clamat parturiẽs & cruciaẽ vt pariat: q̃ñ qdẽ venerũt filij vſq; ad partũ, & vires nõ habet parturiẽs. Nã & ſi velle adiacet ipſi, ꝑficere tñ bonũ nõ inuenit: cũ funicul⁹ triplex q difficile rumpiẽ, humiliauerit in cõpedibus pedes eius: cõcupiſcentia carnis, ſcilicet, com-

concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Plane vt ſciat diſtantiam ſeruitutis dei, & ſeruituris regni terrarum, vanitati ſubiecta erit etiam non volens, intantum vt cum mente ſeruierit legi dei, carne tamen ſeruiet legi peccati. Eua quippe iram domini portabit, quoniam peccauit ei, & iccirco multiplicantur ærūnæ eius, vt in dolore pariat: vt nouerit q̃ malum & amarum eſt, dereliquiſſe dominum deum ſuum, vt eſſet ſimilis altiſſimo, quaſi vna de filiabus Belial ſine iugo. Et nos omnes de plenitudine maledictionis eius accepimus: quoniam ſicut mater ſic filia eius, dicens: In ſempiternum ero domina, & ſub nullius redigar poteſtatem. Quamobrem torſiones & dolores tenebunt eam, & quaſi parturiēs dolebit, & comedet fructus viæ ſuæ, ſuiſq; conſiliis ſaturabitur, donec contentionem eius & ceruicem duriſſimam cōterat vexatio dans intellectum. At cum cognouerit plagam cordis ſui cum metu & reuerentia, deponet magnitudinem ſuā abſq; tribulatione dicens: Iuſtum eſt ſubditum eſſe deo, & mortalem non paria deo ſentire.

¶Quòd in ſpe futuræ ſuauitatis, debeat patiēter tolerare præſentem duritiam: & qualiter gratia deuotionis interdum propter occultum peccatum ſubtrahatur. ¶Caput 10.

Obſecro igitur te frater per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſufficiat diei malitia ſua, nec affligas cor tuum pro hac re, ne triſtitiam ſuper triſtitiam habeas: qa ſpiritus triſtis exiccat oſſa. Sume potius pſalterium iucundum cū cithara, vt ores æquo animo, & pſalles, vt non ſit dolor cōtinuus cordi tuo: ſed refocilleris, & leuius feras. Non ergo cōtriſteris ſicut cæteri qui ſpem non habent, quibus muſica in luctu videtur importuna narratio, ignorantes q̃ periculoſa ſit deſperatio. Tu autem forti animo eſto: nā in proximo eſt vt à deo cureris, & triſtitia tua vertetē in gaudium. Paries enim filium, & vocabis nomē eius Ieſum; quia qui fecerit volūtatem patris eius, ipſe illi

frater

frater & soror & mater est. Tu videns q ditauerit te
dominus dote bona, & feceris fructum natiuitatis, im
plebitur os tuum risu, & labia tua iubilo: ita vt iam nō
memineris pressuræ propter gaudium. Sed & multi in
natiuitate eius gaudebunt, qui videntes opera tua bo
na, glorificabunt patrem qui in cœlis est: & ex multa
rum personis facie, eius quæ in te futura est genera
tionis, per multos gratiæ agentur deo. Interim sane
omne quod tibi applicitum fuerit, accipe: & in dolore
sustine, & in humilitate tua patientiam habe: nam qui
corde bono & optimo audiētes verbum retinent, fru
ctum non afferunt nisi in patientia. Vnde etiam si ob
partus difficultatem periclitari cœperis, & videris do
lorem esse vehementem, nunq̃ tamen in infirmitate
tua despicias temetipsum: sed magis viriliter age, &
confortetur cor tuum, dicens: Etiam si me occiderit,
in ipso sperabo. Quis enim sperauit in eo, & confusus
est? Cumq; te consumptum putaueris, orieris vt luci
fer, & lætaberis pro dieb⁹ quibus te humiliauit, annis
quibus vidisti mala. Fortassis quippe iccirco finxit se
dominus longius ire, obturās aurem suam ad clamo
rem pauperis, vt probet vtrum diligas eū in toto cor
de tuo, an non: postulando scilicet gemitibus inenar
rabilibus reddi tibi lætitiam salutaris tui. Sane quoni
am spes quæ differtur affligit animam, adhuc contri
stat⁹ incedis dum affligit te inimicus: & si tristem, blā
ditijs delinire satagimus, renuit consolari anima tua
& dicis. NO. Nolite incumbere vt consolemini me, q
uiam consolatores onerosi omnes vos estis: & ecce ta
diu expectans expectaui dominum, nec intēdit mihi:
sed aggrauata est auris eius, vt nō audiat: & vos vt qd
sine causa vana loquimini dicentes: Expecta, reexpe
cta, quia veniens veniet, & non tardabit. M. O homo
tu quis es, qui respondes deo? Nunquid irritum facies
iudicium eius, & condemnabis illum, vt iustificeris.
Secundum hominem dico, absit. Iustus dominus in
omnibus vijs suis. Omnia quęcunq; fecit tibi, in vero
iudicio

iudicio fecit. Quia non est iniquus deus, qui infert irã Vere enim non condemnat deus aliquem frustra, sed castigat te in iudicio, ne tibi videaris innoxius. Contẽplare igitur, ne quid desit gratiæ dei, q̃a nihil fit in terra sine causa nec in vanum mandauit nubibus suis ne pluerent sup te imbrẽ. Non enim grande est deo vt cõsoletur te, sed fortassis opposuit sibi nubẽ, vt non trãseat oratio Vide ergo vias tuas in cõualle. Et non solũ in cõualle sed etiã ex q̃ ascendisti in montẽ dñi, vt stares in loco sctõ eius, a die primo q̃ posuisti cor tuũ ad intelligẽdum, vt affligeres te in conspectu domini tui De propiciatu peccatorum noli esse sine metu, q̃n potius verearis omnia opera tua, ne forte q̃ scrutatur Ierusalẽ in lucernis, & visitat super viros defixos in fecibus suis, videat cor tuũ nõ esse rectũ cũ eo. Delicta enĩ quis intelligit: aut quis potest dicere, mundum est cor meũ: cũ prauũ sit cor hominis & inscrutabile: adeo vt si simplex fuerit, hoc ipsum ignorabit anĩa sua: Timeamus ergo ne forte sit in aliq̃ nostrũ cor incredulitatis malũ discedẽdi a deo viuo, ne forte peccata nostra absconderint faciẽ eius à nobis. Est q̃ppe generatio quæ sibi videtur munda: & tamen non est lota a sordib⁹ suis: illi scз, innitũtur sup baculũ arũdineũ, dicẽtes gloria nostra hæc est: testimoniũ conscientiæ nostræ. Vereor ne alieni comederint robur suum ipsis ignorantibus, & appensum in statera inueniatur minus habẽs quia si nihil sibi conscij sunt, non tamen in hoc iustificati sunt: nõ enim q̃ seipsum cõmendat, ille ꝓbatus est sed quem deus commendat.

¶Quomodo anima suam vilitatem ignorans, petit sibi grandia: & qualiter super hac temeritate dure a sanctis repræhenditur.

¶Cap. II.

Est & aliud malum q̃d vidi sub sole, & q̃dem frequẽs apud homines: sapere scilicet plus q̃ oportet, & non ad sobrietatem, & scdm à deo datam fidei mensuram. Tu autem, ô homo dei, hæc fuge: q̃a quo-

iod altum est hominibus, abominabile est apud deũ
n. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus
eris: nec erigas oculos tuos ad opes, quas habere nõ
tes. Quid enim heri q̃triduanus & iam fœtens edu
us es de lacu miseriæ & de luto fecis, & hodie obliui
iem accipiens purgationis tuorum veterum delicto
m, petis à deo vt osculetur te osculo oris sui. Adhuc
no·lcaris in sanguine tuo, ita vt vadant & veniant
per te horribiles: & tu quæris tibi grandia. Nunquid
m separasti preciosum à vili, vt sis quasi os suum,
merito diffundatur gratia in labijs tuis. Caue ne in
nsilio eorum veniat anima tua, q posuerunt in cœ
n os suum omne sublime vidẽtes, qui cum viri pol
i labijs ipsi sint, putant se aliquid esse cum nihil sint
ianto tutius pones in puluere os tuum & vultu in
ram demisso adorabis eum, ex quo intraueris non
sans osculari pedes eius, vt ab inferioribus ad sepe
ra ascendas per medium. Hic stabis in sorte tua, &
confringes tumentes fluctus tuos, paulatim profi
ns atque succrescens: quia qui festinus est pedibus
endit: donec effundatur super te spiritus de excelso
licat tibi amice ascende superius. Quid te eleuat cor
im frustra cupiens vt fiant nõ nouissima sed initia
illis similia, qui sine macula sunt ante thronum
Anima illa cui dicitur: Tota pulchra es amica mea
nacula non est in te, de dilecto, cuius amore lan
t, ait: Quæsiui illum & non inueni, vocaui & non
ondit mihi. Et ne sic quidem hæsitat diffendentia,
confortata fide dat gloriam deo: & quærit faciem
semper, sciens quod non tardat dominus promis
i suum, quoniam inquirentes dominum non mi
ntur omni bono. Anima vero tua cui non est spe
neque decor, quippe quæ abominabilẽ fecerit de
em suum, ita vt sit facies eius sicut nigredo ollæ:
odo sustinet sustentationes dei? Nisi cũ pulsauerit
sti aperiat ei, in amaritudinibꝰ moratꝰ oculꝰ eius,

&

& protinus dentibus suis fremit & tabescit, aduersus deum contendens, ꝙ non ad omnia responderit ei. Huc accedit ꝙ oblita ornamenti sui, & fasciæ pectoralis suę, & ignorans ꝙ illicitum sit indutam sacco aulā regis intrare, velut præco clamat valenter ad portam domus domini sublimissimam: Aperite mihi portas iustitiæ, quia sto ad ostium & pulso, vt regem in decore suo videant oculi mei, & deosculer eum, & iam nemo me despiciat. Porro super muros Ierusalem erāt constituti custodes, ne intraret aliquid in eam coinquinatum & immundum. Qui æmulantes eam dei ęmulatione, cum vidissent eam à longe, loquebantur mutuo dicentes: Ecce sunamitis illa venit, sed quia vult transcendere terminos montis ad videndum dominum, bonum est respondere illi iuxta stultitiam suā ne sibi sapiens videatur. Arguatur & statuatur cōtra faciem suam, vt studeat ad agnitionem sui venire, & ad quod peruenit id sapiat, & in eadem permaneat regula. Quaquopter claudite ostium, & non sinatis illā intrare. Non enim est vestita veste nuptiali: sed nuda, & confusione plena ambulat in magnis & mirabilib᷒ super se. Vnus ergo ex eis quasi tuba exaltauit vocem suam, & clamauit quemadmodum cum leo rugit, vt territa purgaretur. O pręsumptio nequissima, vñ creata es? Sordida, nobilis, grandis interitu, adhuc fornicationes tuæ & desideria mala vigent, omnesq; iustitiæ tuæ panno comparantur menstruatæ: & salutare in osculo sancto cupis eum qui respicit terram, & facit eam tremere? Paupercula tempestate conuulsa, quid in sublime erigeris, quasi speciosis induta vestibus vt adeas cum fiducia ad thronum gloriæ eius, in quem desiderant angeli prospicere? Noli altum sapere, sed time & nunc acquiesce consiliis meis, & indicabo tibi quid sit bonum, & quid dominus requirat à te. Et si susceperit cor tuum sermones meos, perfectam rem faciet dominus tecum, replens in bonis desideriū tuum. Ego recto itinere te perducam in domum dñi

i, vt epuleris ab introitu gloriȩ eius, delitĳs affluens
innixa sup dilectũ tuum. Lauare igitur pri?, & vnge
, & induere cultiorib⁹ vestimẽtis: vt sis sctã corpore,
spiritu, præcipueq́; considera vultũ natiuitatis tuæ
speculo: vt scias quid desit tibi, quia visitans speciẽ
am non peccabis. Tunc concupiscet rex decorem tu
n, si tamen fiduciã non habeas in pulchritudine tua
portȩ aperientur coram te iugiter, ita vt ingrediaris
ere, & egrediaris & pascua inuenias. Omne autem
od ab ipso petieris, impetrabis: & amantissima do-
ini, quasi in thalamo tota die requiesces, nec quisq̃
euigilare prȩsumet, donec ipsa velis. Alioquin speci
us forma præ filĳs hominum, cum sit candor lucis
ernæ & speculum sine macula, non ponet leuam su
n sub capite tuo: nec dextera illius amplexabitur te
abueris maculam, aut rugam, aut aliquid eiusmo-
. Iustitiam dei non abscondi in corde meo, sed quæ
diui à domino deo exercituum, ãnuciaui tibi: vt sci
, quia in sermonibus meis non est vlla reprehẽsio. Si
querer tibi placentia, & vider ẽ tibi errores, & lacta
m te ducens per viam non bonam: lætitiam habe-
; super eloquia mea, sicut qui inuenit spolia multa.
go inimicus factus sum verum dicens tibi: quod si
n anunciarem tibi, sanguis tuus requireretur de
nu mea? Itaque noli mihi molesta esse, quia non
ssum surgere & aperire tibi, donec abstuleris rubi-
em de argento vt egrediatur vas purissimum. In q̃
culum ex vino purissimo & condito infundatur in
ians animam lassam. Nunc igitur frater si audisti
um buccinæ obserua te, nec concidat vultus tuus:
a visio dura nunciata est tibi, cũ non potuerit præ
re sermonem domini dei sui: vt vel boni quid, vel
li proferret ex ore suo. Acquiesce igitur ei, & habe-
acem: & p hanc habebis fructus optimos, licet egẽs
gustiatus, afflictus pauperem vitam geras vsque ad
finitum tempus à patre, qui pauperem facit & di-
Nempe omnia tempus habent, & idcirco vanum

 est

est tibi ante lucem surgere, qm̄ q̄ a deo sunt, ordinata sunt. Nunqd fons patēs in ablutionē peccatoris & mē struatæ irrigabit torrentem spinarum tuarum, nisi cū magna multitudine languidorū expectantium aquæ motum, prestolaueris vt mittatur tibi auxiliū de sctō. An putas, quod in vtres veteres vinum nouum infundat deus: aut tam facile expoliasse te credis veterē hominem cum actibus suis: vt renouetur sicut aquilæ iuuentus tua? At qui norunt, quam difficile possit æthiops mutare pellem suam, contendens intrare per angustam portam quæ ducit ad vitam, super hoc de corde suo proferunt eloquia: scientes non esse commune omnibus cum Maria ad montana cum festinatiōe cōscendere. Si ferrum inquiunt retusum vel hebetatum fuerit, multo labore exacuetur: quia sensus & cogitatio cordis humani prona sunt ad malum, & peruersi difficile corriguntur, vt pote carnales venundati sub peccato. Interroga generationem pristinam, & diligēter inuestiga patrum memoriam: & inuenies scriptū in commentarijs, quod filij Israel anno vno non potuerūt suos delere aduersarios: sed paulatim ante eos expulsi sunt a domino. Cum ergo quispiam abierit vagus in via cordis sui, & oblitus comedere panem suum gustauerit quod gustatum affert mortē: si oborta fame audiendi verbum dei ad illos reuertatur, qui in domo patris sui abundant panibus, vt possit mensæ domini particeps esse sicut fuerat mensæ dæmoniorū: nō durum nobis videatur, si confestim non probant fauces comedentis saporem: gustando & videndo quoniam suauis est dominus, quippe qui ex ea quam comedit vua acerba, stuporem dentium patiatur.

¶ Quòd anima non debet indignari, quamuis homines æque vel magis indigni admittantur: & proponitur exemplum de Chananæa.

IGitur charissime siquādo indicari tibi a sponso petieris, vbi pascat, vbi cubet in meridie: & ille prò eo quod superextendis te vltra mensuram, q̄ mensus

est

t tibi deus,corripuerit te in misericordia & increpa
erit,egredi te iubens &abire post vestigia gregum,ve
t comparans te iumentis insipientibus:noli abun-
antiori tristitia absorberi. Cum enim iratus fuerit,
isericordiæ recordabitur,nec te derelinquet vsque-
aque:tam&si ita loquitur. Magis autem humiliare
b potenti manu dei: & esto vir videns paupertatem
iam in virga indignationis eius: si forte cõuertatur
ignoscat deus,nec æstimes quod personarum accep
o sit apud deum:quia murmuras aduers⁹ patrem fa
ilias dicens.No. Quantos noui,qui erant natura fi-
irę plus quàm cæteri,q pcusserant fœdus cum mor
,&cum inferno fecerant pactum:sed cum defecit pa
s in cistarcijs,&attenuati sunt fame,ac q̃rerent ama
res suos nec inuenirẽt eos: erubuit incircũcisa mẽs
rum,& humiliati sunt in iniquitatibus suis. Licet
item velut ex necessitate bonum eorum fuerit non
oluntarium, & prouiderint sibi coacte non sponta-
ee:cum osculo tamen & anulo,symphonia & choro
patre cœlesti suscepti sunt. Et quasi iustorũ facta ha-
erent, repente creauit illis scientiam spiritus non re-
itans illis delicta ipsorũ: ita vt consumati in breui
plerent tpa multa. Ego aũt qui propria voluntate
btuli me discrimini,qui iucundus eram &dilectus in
otestate mea,miserabilior sum omnibus hominibus
im publicani & meretrices me precedãt in regno dei.
I.O homo,deus qui miseretur cuius vult,&quẽ vult
durat, non facit tibi iniuriam: qa licet ei quod vult
cere,porro vita in voluntate eius.Quid tumet spiri-
s tuus contra deum, si vbi delictum abundauit sup
oundet & gratia: & in cubilibus,in quibus habitant
racones,oritur viror calami & iunci: quamuis non
ciat taliter omni natiõi? Quis potest dicere deo,cur
a facis:aut quis prior dedit ei &retribuetur illi?Non
go sit oculus tuus nequam,quia bonus est dimitten
o peccata multa his qui dilexerunt multum, quibus
uere Christus est & mori lucrum, quibus pestremo

labores omnes pauci videntur prę amoris magnitudi, ne. Non audeas te inserere, aut cõparare quibusdam qui licet venerint de populo terribili diuulso & dilacerato, repẽte tñ adeo cõformes facti sunt imaginis filij dei: vt sicut ille est ita & ipsi sint in hoc mundo, dicentes: Nostra conuersatio in cœlis est. Prorsus inter te & ipsos chaos magnum firmatum est, grãdisq; tibi restat via: confortati sunt & non poteris ad eos. Igitur si cũ eis inuitatus fueris ad cœnam, non recumbas ne quidem in nouissimo loco: sed potius stans retro secus pedes eorum, dicas quod res bene acta est, si dignus fueris sub mensa eorum colligere ciboꝝ reliquias. Mulier illa chananea, cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias, exẽplum dedit nobis: vt quemadmodũ fecit, ita & nos faciamus. Clamat ad dominum a facie tribulantis, instat opportune importune, adorans & petens aliquid ab eo. Ille vero dissimulauit se audire & recessit longe, quasi despiciens in opportunitatibus in tribulatione. Cum nosset quomodo abominatum sit viro Iudæo, coniungi aut accedere ad alienigenam At illa obstinato animo decreuit secũ pergere, & post tergũ eius preces & supplicationes cum clamore valido & lachrymis offerebat, dicens. Ca. Viuit anima tua domine, quia non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Licet enim hoc cæles in corde tuo. scio tamen q̃d vniuersorum memineris, ita vt memor sis Raab, & Babylonis scientium te. Vsquequo domine, sanctus & verus q omnes homines vis saluos fieri, vocans nõ dilectã dilectam: Vsquequo erit tantummodo notus in Iudea deus: dilata locum tentorij tui, vt & gentes super misericordia honorent deum; sitq; admirabile nomẽ tuũ in vniuersa terra. Petitionem vnam paruulam deprecor a te, ne confundas faciem meam, & psalmum dicã tibi in gentibus, zelatus est autem dominus populum suum & ait: Quid mihi & tibi est mulier? Quid clamas ad me super contritione tua, quia nunc venisti ad me necessitate cõpulsa, q̃ olim ad simulacra muta prout ducę

ucebaris ibas:quasi non esset deus in Israel,vbi sunt
ij tui in quibus habebas fiduciam,cum quibus for-
icata est adolescentia tua:Ipsi liberent te in tempore
ngustiæ.Pater tuus Amorræ⁹ & mater tua Cethæa:
ion est tibi pars neque sors in sermone isto. Recede
lluc,& noli me tangere: quoniam insanabilis est do-
or tuus.Nos quippe natura Iudęi:&non ex gentibus
eccatores, non debemus sumere panem filiorum,&
nittere canibus.Cernens autem mulier,quod domi
ius paruulam eam dedisset in gentibus, & esset con-
emptibilis valde, non desperans semetipsam:sed spē
nultam habens effugiendi infirmitatē,descendit pri-
nū in inferiores partes terræ, sciens qa qui se humili
it,exaltabitur,& ait.Mu.Quid faciam,quia dominus
neus aufert a me miserationem?Iudæa esse nō valeo
:anis vocari erubesco. Scio quid faciam. Si voluero
contēdere cum eo,non potero respondere vnum pro
mille, quandoqdem foris canes & impudici & idolis
seruientes, &omnis qui amat & facit mendaciū.Cog-
noscam ergo veritatem, & veritas liberabit me: & cū
humiliata fuero vsquequaque, dicam ei; Complacui
in veritate tua.Quantumcunque enim multiplicaue
ro ad deum preces, loquens ei mollia:nisi vilior fiam
plusquam facta sum &sum humilis in oculis meis, di-
cetur mihi;Stulto labore consumeris,&pdis pulchros
sermones tuos:quia non flectitur deus verbis potenti
bus,& ad deprecandū cōpositis.Cui ergo cōpabo me:
vel cui assimilabo me,nisi catellis q edūt de micis,q ca
dunt de mēsa dñoꝝ suorum?vt quia nihilum & ina-
ne reputata sum ei, dignetur vocare ea quæ non sunt
tanquam ea quæ sunt. Potens est enim deus de lapide
hoc suscitare filiā Abrahæ. Hęc faciat mihi deus & hęc
addat,si tacuero & si dedero silentium ei,donec mise-
ricordiam consequar &gratiam inueniam in auxilio
opportuno.Et qm̄ melior est canis viu⁹leone mortuo
a mortuo enim velut qui non sit perit confessio,confi-
tebor domino nimis in ore meo,dimittens aduersum

me eloquium meum. Laborabo clamans donec raucæ factæ sint fauces meæ, vt vel propter improbitatem meam surgat & tribuat victui meo necessaria: præsertim cum non in iustificationibus meis, sed in miserationibus eius multis prosternam preces coram eo. M Cumq; vidisset dominus, quod eã superare non posset, fatigatus his clamoribus & his fletibus lassatus, cũ tanta ei deberet, omne debitum dimisit illi: & insup salus eius domui facta est, eo q̃d ipsa filia esset Abrahę Nam longanimiter ferens exaudita est pro sua patiẽtia, & quæ erat longe, facta est prope in sanguine Christi: quia non inuenit dominus tantam fidem in Israel. Hinc est quod fides eius annunciatur in vniuerso mũdo, & humilitas ipsius in omnem locum diuulgata est vt certissime sciat omnis domus Israel, quoniam sicut deus superbis resistit: ita humilibus dat gratiam: q nouerunt quod oportet semper orare & non deficere. Nũc itaq; frater cum hæc scripta sint ad correptionem nostram: vade & tu fac similiter: & noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Omni tempore benedic deo, nec fatigeris cũ ab eo argueris: quia quos amat arguit & castigat: ne insolescant per licentiam. Tantum patientiam habe in ipso, & omnia reddet tibi: & insuper augebit icremẽta frugũ iustitię tuę, intãtũ, vt priora tua parua fuerint, & nouissima multiplicentur nimis

¶Qñ suauitas deuotionis homini subtrahit, nõ debet aĩo concidere: cũ ignoret q̃d sibi magis expediat.

SAne si cupias ambulare de virtute in virtutem, vt adoptionẽ filiorum recipias: cui pro magno erat vt faceret te dominus, sicut vnum de mercennarĳs suis: accinge sicut vir lumbos tuos, & adhuc excellentiorẽ viam tibi demõstro. Si tunc viam mãdatoꝝ dei cucurreris, cum dilatauerit cor tuũ, confitearisq; illi cum benefecerit tibi, & tantũmodo eructent labia tua hymnũ cũ docuerit te iustificationes suas. Contra vero si in momẽto indignatiõis auerterit faciẽ suã parumper à te, cõfestim dormitet anima tua prę tædio,

& in

& in mœrore animi deficiatur spiritus, manus habēs dissolutas & genua debilia si (in q̄) fœda hæc transmutatio & vicissitudinis obūbratio audiatur in terminis tuis: cui dubiū est quin pessime cogites, vt pote quę tua sunt q̄rens, nō quę Iesu Christi? In hoc est charitas dei, nō q̄si dilexerimus eū, sed ille prior dilexit nos: ita vt cū adhuc inimici essemus, recōciliati fuerimus deo p sanguinē Christi: Quare igit̃ gratis accepta gratis dare formidas: q nisi cōuentione facta ex denario diurno in vinea domini renuis operari: cum non debeat esse vltra mercator in domo domini? O si cognouisses & tu quam bonum est offerre domino holocausta gratuita: non ex tristitia aut necessitate, sed mente propitissima atq; deuota, illiq; dicere: Voluntarie sacrificabo tibi. Felix qui siue præsens siue absens contenderit placere illi, non quia reddet deus mercedem laborū sanctorum suorum: sed quia dignus est accipere virtutem & honorem & benedictionem, quoniam bonus, q̄m in seculum misericordia eius. Quis in vobis est (ait dn̄s ad Iudęos) qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito? Nempe quorum sunt inquinatæ & mens & conscientia, sola diligunt munera & sequuntur retributiones: sicut & illi qui Christum quærebant, non q̄a signa viderant: sed quia ex panibus eius fuerant saturati. Hæccine reddis domino popule stulte & insipiens vt sit porrecta ad accipiendum manus tua, & ad dandum collecta, & sint sicut dies mercennarij dies tui. Et certe gratis iustificatus es per gratiam ipsius, qui præoccupat eos qui se concupiscunt vt illis se prior ostendat: vt qui voluerit accipiat aquam vitæ gratis, & absque argento & vlla commutatione vinum & lac. Si semper cupis prospere ingredi & valere, vt nō sit virga dei super te, vereor ne mercedes congregatas mittas in saccū ptusum, & in fine audias: Recepisti bona in vita tua. Quod si bona suscepisti de manu domini, mala q̄re non sustineas: maxime cū omnis disciplina fructum paratissimū exercitatis p eam reddat iustitię?

Quamobrem in die malorum, ne immemor sis bonorum: sed & tunc quã maxime labora, sicut bonus miles Christi Iesu, deprecans deum semper, cum multitudo viscerum ac miserationum suarum super te contineurit se, & siluerit qui loquebatur in te verba bona, verba consolatoria. Cumq́; fuerit anima tua deposita vehementer, non habens consolatorem, & ossa tua sicut cremium aruerint: noueris ꝙ ariditas hæc non est ad mortem, sed ꝓ gloria dei: vt sc3, cũ conuersa fuerit arida in stagnum, & sitiẽs in fontes aquaꝝ: cõfiteãtur domino misericordiæ eius, qui est mœrentium cõsolator. Et qm̃ non contristabit iustum quicquid ei acciderit, expedit vt sis in flagella paratus: & hæc sit tibi cõsolatio, vt affligens te dolore nõ parcat: qa qui parcit virgæ odit filium. O quam beatum te dicerent omnes generationes, vt quodammodo sine sumptu poneres euangelium: vt videlicet cũ oculi tui languerint præ inopia deuotionis, & exercendo & scòpando spiritũ tuum supra modum grauatus fueris supra virtutẽ, ita vt tædeat te etiam viuere: nihilominus cõfortatus in domino, & in potentia virtutis eius dicas: Hæc omnia venerunt super me nec oblitus sum tui, & non recessit retro cor meum, quia neque mors neq; vita à tua charitate me poterunt separare. Porro si incrassatus, impinguatus, dilatatus, cantaueris in vijs domini quoniam magna est gloria domini: quam mercedem habebis? Nonne & publicani hoc faciunt? Si autem is qui dedit carmina in nocte, in tribulatione dilatauerit tibi, vt & libẽter glorieris in ĩfirmitatibus tuis, & velut esuriens amarum pro dulci sumas: tunc accusator fratrũ qui ait, nunquid frustra timet Iob deum: videns q̃d ceciderit in foueam quam fecit, non tam facile stabit à dextris tuis, vt aduersetur tibi. An non erimus capientes eos qui nos ceperant, gladio eorum intrante in corda ipsorum? si abominationes Aegyptiorum immolauerimus deo nostro, omne gaudium existimantes cum in tentationes varias inciderimus; scientes q̃d

in

in hoc ipsum positi sumus. Tres viri illi qui in medio
ignis non sunt æstuati: qui non dilexerunt vsque ad
mortem animas suas, vt glorificarent & portarent de
um in corpore suo, quid fatentur ante reges & præsi
des ducti propter nomen suum? Ecce deus noster quē
colimus inquiunt, potest eripere nos de camino ignis
ardētis, & de manibus tuis, o rex, liberare. Quod si nō
fuerit, notum sit tibi rex, quod deos tuos nō colimus
Plane sibi ipsis facti erant tāquam vas perditum adeo
vt cum dominus tradidisset eos in manus dominorū
crudelium, quia oderant animam suam in hoc mun-
do, maiores diuitias æstimauerunt thesauro Babylo
niorum improperiū Christi. Eia frater si egressus sa-
tan à facie domini percuteret te vlcere pessimo, à plā
ta pedis vsque ad verticem, vel accepta sententia seca
ret te medium: quomodo audiretur in te gratiarum
actio & vox laudis: & permaneres in simplicitate tua?
Ecce si videris faciem patris tui non esse erga te sicut
heri & nudiustertius, & eum paulisper austerius tecum
agere, ac consuetum occursum ferocius exhibentem
protinus repletus amaritudine, & inebriatus absinthio
is. No. Dereliquit me dominus & dominus oblitus
est mei, & idcirco tædet animam meam vitæ meæ, qā
auertit faciem suam à me, & factus sum conturbatus
M. Modicę fidei quare dubitasti? Accede homo ad cor
altum vbi mirabilis in altis dominus, vt fide grandis
effectus quocunque te verteris superes: quoniam hęc est
victoria quæ vincit mundum fides nostra. Et si morti
ferum quid biberis non tibi nocebit, quinimo inun-
dationem maris quasi lac suges, & erit in pace amari-
tudo tua amarissima: ita vt si propter deum duros cor
poris sustinueris dolores, secundum animam propter
amorem suum libenter hæc patiaris. Verum donec ve
niat hæc fides, interim sub lege custodiris cōclusus in
eam fidem quę reuelanda est, ne circumferaris fluctu
ans omni vento doctrinę. Etenim anima tua paruula
& vltra non habens quā diu vocatur mollis & tenera,

nihil differt ab ancilla, cũ ſit omniũ domina. Si deus pater filias habuerit, vis vt oſtendat hilarem faciem ſuam ad eas: vt non apprehendant diſciplinam,& pereant de via iuſta: cum per triſtitiam vultus corrigatur animus delinquentis? ¶Itaque mi frater donec veniat qui mittendus eſt,ſtabilis eſto & immobilis, abũdans in opere domini ſemper,ſciens quod labor tuus & ſi minus ſuauis, non tamen eſt inanis in domino. Vnuſquiſq; enim non ſecundum ſuum ſaporem,ſed ſecũdum ſuum laborem mercedem accipiet. Sed eſto, aderit dominus deus noſter cunctis obſecrationibus tuis & iugiter dabit tibi petitiones cordis tui,ita vt ſpiritus eius ſuper mel dulcis continue lætificet iuuentutem tuam: quis cognouit ſenſum domini, affirmans quòd proueniat tibi in ſalutem hæc ſubminiſtratio ſpiritus Ieſu Chriſti, cum nullus hominum poſſit intellignre viam ſuam. Quid enim orem⁹ ſicut oportet neſcimus,præſertim cum proſperitas ſtultorum pdat illos:& contrà qui placuerunt deo, per multas tribulationes tranſiere fideles. Fortaſſis enim ſi mel inueni res,comederes ex eo plus quàm ſufficit tibi: & ſatiatus euomeres illud. Delectabile eſt enim oculis videre ſolem,ſed ſi intenderet homo in eum,qui lucem habitat inacceſſibilem, antequam illuminatos oculos cordis ſui habeat,caut⁹ ſit,ne oculus ei⁹ dexter tenebreſcens obſcuretur. Si enim ſubito circunfulſerit eũ lux de cœlo, verendum eſt, ne deficiat ferre nõ ſuſtinens propter excellentem gloriam: ac demum faciem eius operiat caligo,& nõ videat ſolẽ vſq; ad tempus. Vnde vt rationabile ſit obſequiũ noſtrũ,oportet in omni ſacrificio noſtro offerre ſal: qa non poteſt comedi inſulſum,qd non eſt ſale conditũ. Nam & hæreditas ad quã feſtinatur in principio,in nouiſſimis benedictiõe carebit: quæ autẽ paulatim colligitur manu,multiplicabit. Cæte℞ qm̃ diligentibus deũ oĩa cooperãtur in bonũ,& in hoc quoq; virtus in infirmitate perficitur ſi carne cõcupiſcente aduerſus ſpiritũ,nõ quæcũq; volumus

:umus,illa faciamus:ſed in ſudore vultus noſtri veſci
nur pane noſtro,& volẽti rapimus regnum dei.

Quod vtilius ſit acquirere arma bellica cõtra ten
:atiões diaboli: q̃ ſolam dulcedinẽ deuotiõis expetere
Caput.14.

EXiſtimo aũt hoc bonũ eſſe ꝓpter inſtãtẽ neceſſi
tatẽ, vt q̃a bellũ inſtat ex aduerſo,& poſt tergũ,
ſoliciti ſim⁹ īduere nos armatura dei,vt poſſim⁹
ſtare aduerſus inſidias diaboli: magis q̃ reclinatoriũ
aureũ appetere,vt demus palpebris noſtris dormitati
onẽ.Si enim q̃ſi mõ geniti infantes lac tantũ cõcupiſci
m⁹,deuitabim⁹ in agõe cõtendere,dicẽtes: Melior eſt
pugill⁹ cũ rege,q̃ vtraq; man⁹ cũ dolore & afflictione
animi.Cũq; abiecerim⁹ clypeũ fortiũ & arma bellica,
q̃ſi volẽtes vacare & videre q̃m ipſe eſt deus:ꝑfectò vi
dẽtes nos hoſtes deridebũt ſabbata noſtra, & nos tã q̃
pigros de boũ ſtercorib⁹ lapidabũt.& q̃dem ſatis iuſte.
Qui enim manũ ſuam miſit ad fortia, vbi bellũ aper
tum eſt magnum & euidens & aduerſarij multi, non
habet dormire iam & requieſcere: ſed nec ſolo lacte
illi opus eſt,ſed etiam ſolido cibo:vt cibatus pane vi
tæ & intellectus, ambulet in fortitudine cibi illi⁹ vſq;
ad montẽ dei:cadẽtibus à latere ſuo mille & decẽ mili
bus à dextris eius.Quaꝓpter intermittẽtes inchoati
onis Chriſti ſermonẽ,& ſi nõ ad pfectionẽ,ad aliqualẽ
vtcũq; ꝑfectũ feramur:non rurſum petẽtes,vt ad vbe
ra portemur,& ſup genua blandiatur nobis.Arbitror
q̃d in die ablactationis noſtræ fiet grande conuiuium
quãdo ſc3,q noueramus Chriſtũ ſcd̃m carnẽ, iam nõ
agnoſcemus,dicẽtes ei:Fuge dilecte mi,quia niſi abie
ris paracletus non veniet ad nos.In hoc itaq; petitio
nes noſtræ innoteſcant apud deum, vt doceat manus
noſtras ad prælium:ponens vt arcum æreum brachia
noſtra detq; nobis victoriã per Ieſum Chriſtum. Ha
bent quidem adoleſcentulæ quę diligunt nimis orna
mentum calciamentorum, & lunulas, & torques,&
monilia,& armillas,& gemmas in fronte pendentes,
&

& palliola,& linteamina,& acus,& specula:de quibus non est modo dicendum per singula. Verum cum hæc ad cultum & mundum muliebrem pertineant,ridiculum est videre hominem mollibus vestitum descendere ad singulare certamen contra fortem armatum custodientem atrium suum: qui quasi stipulam reputat malleum & deridet vibrantē hastam. Etenim fallax gratia & vana hæc pulchritudo, & si conferant ad iustificationes culturæ,& sanctum seculare:vt scilicet per ea honeste ambulemus ad eos qui foris sunt: non tamen sunt arma potentia ad destructionem munitionum, quæ possunt omnia tela nequissimi ignea extinguere.At fortis mulier illa,quæ accinxit fortitudiē lumbos suos, & roborauit brachium suum:sciens q̄d non est ei colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes tenebrarum,vigilat:& orat ne intret in tentationem.Et quoniam in certamine forte dedit illi dominus,vt vincat,induit se lorica iustitię in omnibus sumens scutum fidei,& gladium spiritus: quod est verbum dei: propter timores nocturnos. Armata est enim non clypei & hastæ munitione,sed sermonibus optimis,cum sermo dei sit viuus & efficax, & penetrabilior om̄i gladio ancipiti,cui nemo potest ex aduerso resistere.Nouit quippe,quod non coronabitur nisi legitime certauerit,& propter hoc fœmineæ cogitationi masculinum animum inferens, non facit animam suam preciosiorem quam se,dūmodo magnificettur Christus in corpore suo,siue per vitam, siue per mortem.

¶Tam sanctorum constantia quam prauorum & mundi amatorum pertinacia in exemplum fortitudinis adducuntur:agiturq; de iusta remuneratiōe victoris & victi. ¶Cap.15

TV itaq; frater attende ad petram: vnde excisus es,& noli negligere gratiam dei quæ est in te: q̄niam vt probatio fidei tuæ multo preciosior sit auro; tibi donatum est pro Christo non solum vt in

cum

eum credas, verum etiam vt pro illo patiaris. Curre
igitur propositum tibi certamen, in quo spectaculum
factus es mundo & angelis & hominibus: vt cum pro
batus fueris, accipias coronam vitę, quam daturus est
deus his qui fidem suam nūquā mutant ab eo. Quod
si in hoc certamine vulneratus fueris à sagittarijs, ita
vt plagis tibi impositis semiuiuus relinquaris: sane
non te frangat hæc res, etiam si grauissimis vulneri-
bus fueris saucius: quinimo donec super est halitus in
te, & spiritus dei in naribus tuis, caue ne aliquādo pec-
cato consentias: sed magis resiste diabolo, & fugiet à te
Dominus quippe erit tecum tanquam bellator fortis
nec dimittet te cum peccaueris, sanans omnes infirmi
tates tuas. Conteret enim satanā sub pedib⁹ tuis velo-
citer, adeo vt indutus virtute ex alto dicas: cum enim
infirmor, tunc potens sum. Confortare ergo & esto ro
bustus valde, & stude auxiliante eo qui dat lasso virtu
tem & præbet fortitudinem his qui corde perfecto cre
dunt in eum, cursum consummare & fidem seruare.
Et vt sumat cor tuum fiduciam propter vias domini,
exemplum accipe exitus mali & longanimitatis & la
boris & patientiæ prophetarum, qui loquuti sunt in
nomine domini. Oculi tui semper ad dominum aspi-
cientes in autorem fidei & consumatorem Iesum: qui
proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione cō
tempta. Intuere eos qui ibant gaudentes à conspectu
concilij, quoniam digni habiti fuerant pro nomine
Iesu contumeliam pati, dantes percutiētibus se maxil
lam, vt saturarentur opprobrijs. Ecce beatificamus
eos qui sustinuerunt, qui per fidem vicerunt regna: &
nunc sedent in throno Christi: & ipse vicit, & sedet
in throno patris sui. Ad hoc forte tacita cogitatione
respondaris. No. Quomodo possum cum equis cōten-
dere, qui cum pedibus currens laboraui? iustitiā isto-
rum sicut montes dei, non possum eos sequi quocun-
que ierint: qui in arduis posuerunt nidum suum atq;
inaccessis rupibus, vnde contemplantur escā. Illi non
modo

mō ꝑ viā cōpēdij currūt vt alios ꝓcedāt:sed etiā vt nu bes volāt: & tu dicis mihi, vade cū eis nihil hæsitās:cū claudꝰ sim,&debilis pedibꝰ.Sed;&fortitudo mea vt fa uilla stuppę,hi aūt repleti fortitudine spiritꝰ dñi,& iu ditio & virtute, ꝓcul odorant bellū nō reputāt tubæ sonare clangorem, vtraq; manu vtētes ꝓ dextera.M.
O hō obstructū ē os loquētiū iniq̄,vt non sit tibi vltra aperire os ꝑ cōfusiōe.Intuere &respice opꝓbriū tuū,q̄ modo deꝰ instauret testes suos extra te, nō q̄dē asinū q cognoscit ꝑsepe dñi sui, vel miluū q in cœlo tps suū agnouit.Contēplare diligēter multo intuitu eos q lę tātur,cū malefecerit:q̄to fortiores filijs lucis in gene ratiōe sua sint,vt sicut illi exhibēt mēbra sua seruire ī iq̄tati ad iniq̄tatē:sic &tu corpus & aīm tradere paratꝰ sis ꝓ pseuerātia.Nā illi tā fortes facti sunt in bello,vt nō solū alligari,sed & mori parati sint, ꝓ mūdo,q trāsit & cōcupiscētia eiꝰ,oēs tenētes gladios &ad bella do ctissimi.Cōtēnūt pauorē nec cedūt gladio, & ita supra virtutē volūtarij sunt:vt cū audierint buccinā exultēt audacter, sciētes q̄d formidolosꝰ &corde pauido cum ignominia remittēdus ē in domū suā.Et q̄uis spinis & maceria vias eoꝝ sepiat deus, ostēdēs eis tribulatiōes multas & malas,vt cōuertātur à via sua mala & viuāt frustra cōflare videtur cōflator.Sub sentibꝰ esse delitias cōputant,in carceribꝰ abūdātius,ī plagis supra modū,in mortibꝰ freq̄nter: vt vel ad horā fruantur bonis q̄ sunt,&in pūcto ad inferna descendūt.Etiā si subuerterit eos dñs sicut Sodomā & Gomorrā,& cōtuderitin pila q̄si ptisanas feriente pilo desup,donec rapiantur à rugientibꝰ ꝑparatis ad escā nō deserūt latā & spaciosā viā q̄ ducit ad pd tionē.Et illi q̄dē vt corruptibilē coronā accipiāt,ābulātes certe vias difficiles: tu aūt illā,q̄ ꝓmisit deus diligētibus se:si tñ vt illi ꝓ iniq̄tate,sic &tu ꝓ iustitia vsq; ad mortē certaueris.Cęterū si posueris maculā in gloria tua,vt q̄si colūba seducta nō habēs cor terga verteris hostibꝰ tuis, ꝑdico tibi hodie q̄d ōnino dispereas,cū vtiq; meliꝰ fuisset tibi mori

n bello q̃ videre mala, q̃ occurrēt tibi in extremo tē-
ore. Si enī audieris vocē alienoꝝ, q dicūt animę tuæ,
ncuruare vt transeam⁹: & in p̄senti qdē cōstuprabunt
ā vsq; ad verticē, & q̄si stercus in via ab ōnib⁹ p̄tereū-
ibus cōculcabitur. Porro ī futuro cōburēt eā igni īex
inguibili, cū ad terrā vltimā & in ꝓfundū laci cū ar-
nis suis descēderit, vbi subter se sternet tinea, & operī
nētū ei⁹ erūt vermes. Illic cruciabūtur igne & sulphu
e, q in magno viuētes in sciētiæ bello tot & tā magna
nala pacē appellāt. Ibi ā q̃ qs superat⁹ fuerit, huius &
eru⁹ erit, vsq; ad satietatē visiōis omi carni: vt portet
p ꝓbriū sempiternū q̄d nunq̃ delebitur, & fumus tor
nentorum ascendet in secula seculorum.

¶ Cū trāqllitas deuotiōis arridet, nulla debet eē hoī
ecuritas: & ideo admonet, vt stabilis in suo loco per-
naneat. ¶ Caput. 16

Ecce ꝓposui hodie corā te vitā & mortē, bonū &
malum: ne circūuenīaris à Satana, cum fortassis
ignores cogitatiōes eius. Est qppe vir bellator ab
dolescentia sua, & gētes interficere nō cessat: & cū pax
it, semp insidias suspicatur. Tu ergo si q̄do ille submi-
erit vocē suā ne crediderís ei, qm̄ sep̄tē neqtiæ in cor-
de ei⁹: nā naturalis malitia ei⁹ nō potest mutari ī ppe-
tuū, cū prorſ⁹ trāsierit in affectū cordis. Qn̄ enī cōmu-
nicabit lup⁹ cū agno, cū inimicitias posuerit de⁹ inter
hunc & illū, ita vt nulla sit conuētio Christi ad belial?
Igitur cū transieris p ignē & aq̄, & eduxerit te dn̄s in re
frigeriū, post tēpestatē tranqllū faciēs: caue ne dicas,
in abūdātia tua nō mouebor in ęternū: nec glorieris
accinct⁹ æq̄ vt discinct⁹, cū ignores qd superuentura pa
riat dies: interdū qppe vox dn̄i intercidet flāmā ignis,
& faciet mediū fornacis tāq̄ vērū roris flantē ponetq;
aspera in vias planas: vt sit iugū ei⁹ suaue, & onus eius
leue. Tūc cātabiles tibi erūt iustificatiōes diuinę in lo-
co peregrinatiōis tuę, & ita exultabis lætitia inenarra
bili & glorificata, vt pene obliuiōi tradite sint angustię
priores. Verūtn̄ i die bonoꝝ ne imēor sis maloꝝ, sciēs
quod

quod tẽtatio est vita hominis super terrã. Meminisse enim debes tenebrosi temporis, vt cum fecerit dominus cum tentatione prouentum vt possis sustinere, exultes ei cum tremore: ne forte risus dolore misceatur, & extrema gaudij luctus occupet. Vir ille qui quasi tumentes super se fluctus semper timuit deum, de filijs quos educauerat in disciplina & correptione domini gloriatur dicens: *Si quando ridebam ad eos, non credebant mihi.* Quis enim scire potest, vtrum amore an odio dignus sit, quamuis non inueniatur similis illi, qui cõseruet legẽ excelsi, cum inter sanctos eius nemo sit immutabilis. Nimirum ascendunt vsq; ad cœlos & descendunt vsq; ad abyssos, ita vt homo nesciat vnde veniat aut quo vadat, quia eleuatus, & quasi super ventum positus eliditur valide. Porro ad vtilitatem nostram facit hoc deus, vt non laqueum nobis iniiciat: sed vt viderimus qđ humiliatio nostra in medio nostri sit, qa pc̃tm̃ peccauit Ierusalẽ, ꝑpterea instabilis facta est: non dormiamus sicut & cęteri: sed vigilemus & sobrij simus, donec veniamus ad terram quam dominus deus noster daturus est nobis, in qua non dabit in æternum fluctuationem iusto: quippe cuius participatio in idipsum. Quod si hostes tui fugam arte simulantes audierint te dicentem: In pace in idipsum dormiam & requiescam; quasi dederit tibi dominus requiem per circuitum, & non sit Satan, neq; occursus malus: tunc maxime venient ad te tanquam fur, & calcaneum tuum obseruabunt. Cumq; dixeris pax & securitas, repente irruet ventus vehemens à regione deserti: & nisi instanter tenueris te in timore domini, cito subuertetur domus tua: & sic fiet ruina illius magna. Totus mundus in maligno positus est, & sub ipso sunt radij solis, illoque trahente in terram cauda sua tertiam partem stellarum, non restant nisi foris pugnæ, & intus timores: & ignoras, quod beatus sit homo qui semper est pauidus. Enimuero quam diu vna manus facit opus, & altera tenet gladiũ, cum timore, sci-

&

[tremore suam salutem operando, in mundo pres-
uram habebis non pacem: vt cum vndique concluse-
it mundus vias tuas lapidibus quadris, compellaris
ntrare ad nuptias, & suspirare ad pacem dei, quæ exu
erat omnem sensum. At cum perueneris in domum
on manu factã æternam in cœlis, sedebis in pulchri-
udine pacis, in tabernaculis fiduciȩ & requie opulẽta
biq; abundantia perfrueris timore malorum subla-
o: interim tene quod habes, vt nemo accipiat coro-
am tuam: confidens quia qui cœpit in te opus bonũ
pse perficiet vsque in diem Iesu Christi. Si autem spi-
itus potestatem habentis super te, rursum accesserit
ocum tuum ne dimiseris, vt nõ sis subtractionis fili-
s in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ.
euera enim qui tribulant te, exultabunt si motus fu
ris, dicentes: turbatus est & motus est sicut ebrius, vñ
expulsus est, nec potuit stare. Et quoniam populus
ui dilexit mouere pedes suos & non quieuit: domino
on placuit, obsecro te vt non des in commotionem
edem tuum: quia non in cõmotione dominus, cuius
imirum spiritus requiescit super humilem & quietũ

¶Admonetur nouitius, vt relicto studio literarum
cularium, & quæ humanis traditionibus innitun-
ur: soli sacrȩ scripturȩ suum accommodet ingenium
pote quæ magis deceat seruum dei, qui renuncians
cularibus negotijs soli deo libera mẽte militaturus
ligionem accessit. ¶Caput. 17.

De quibus autem scripsisti mihi, bonum est ho-
mini sursum nitenti hanc mulierem non tan
gere, scilicet sapientiam secularem. Inclinata
enim ad mortem via eius. Sed quia molliti sunt ser
ones eius super oleum, trahit post se multitudinem
piosam, à quibus deridetur iusti simplicitas. Nõne
ui videbantur esse sapientes in hoc seculo, stulti facti
nt: vt fierent sapientes, ac nouis supuenientibus ve-
ra projecerunt, ita vt qui fuerant curiosa sectati cõ-
urerent libros coram omnibus, nec vltra docerent

linguam suam loqui mendacium? Eia frater, vtinam sustineres modicum quid insipientiæ meæ, sed si cœpero tibi loqui, forsitan moleste accipies. Timeo enim, ne forte sine causa laborauerint in te, qui suadebant tibi vt permaneres in gratia dei, vt non de cętero tam q̄ filius Agar, exqreres prudentiā q̄ de terra est. Sufficiebat enim pterirū tempus ad voluntatē gentiū fuisse cōsumptū: nec ea q̄ quęstiones præstant magis q̄ ædificationem dei, q̄ est in fide, vlterius scrutari debueras. Quod si fecit deus hominem rectum, vt quid immisceet se quęstionibus infinitis, q̄ sunt inutiles & vanę, & generant lites: in qbus quanto plus q̄sierit homo, tanto minus inueniet. Puto nemo militans deo implicat se libenter huiuscemodi friuolis, pcipue q decreuit à facie manus dei solus sedere: cū sapientia huius mūdi stultitia sit apud deū. Qui aūt voluerit facere sibi nomē grāde, iuxta nomē magnorū q sunt in terra, vt nō deficiat laus sua de ore hominū, velut doctor paruulorū & verba legū ponderās: nemo reqrat noster es an aduersariorū, opera eñ q̄ ipse facit, hęc de illo testimoniū phibēt. Cæterū tu frater q elegisti abiectus esse in domo dei, vt obliuioni datus tanq̄ mortuus à corde hominū oīm fieres pipsema vsq; adhuc, qd adhuc tāq̄ viuēs de mūdo decernis, rursum quęrens magnificare fimbrias tuas & vocari ab hominib9 rabbi: qa distēdi vis in hanc occupationē pessimā, vt inuestiges sapienter de omnibus q̄ fiunt sub sole: quia vt dicis ignorās ignorabitur, plane nō mirū si omnē escā abominata est anima tua, fastidiēs manna absconditū, qppe q adhuc in solitudine rodis herbas & arborū cortices & radix iuniperorū cibus tu9 est. Quid dicā tibi? Laudo te? in hoc nō laudo. Cur audis leuiathan serpentē vectē & tortuosum, sicut mulier q̄ in præuaricationē seducta fuit, vt spreto ligno vitę comederet de ligno sciētię boni & mali. Miserabilis prorsus infirmitas. Iam hui9 rei causa interfici iussi sumus, & statutum est hominibus semel mori, ita vt macula huius sceleris permane-

t in nobis vſq; in præſentē diem,& iterū vadis illuc?
Nunquid æqua tibi videtur cogitatio tua,vt etiam pla-
a inimici percuſſus caſtigatione crudeli dulcius audi.
s fabulatores &exquiſitores prudentiæ & intelligen
iæ: quā ſapientiam quæ ex ore altiſſimi prodijt, quæ
vitam tribuit poſſeſſori?Interroga quemliber de viæ-
oribus, q peregrinus & aduena fit,ſicut & omnes pa-
res eius: ſi nō prohibeat,ne in pluribus quæſtionibus
s curioſus:ſed quę præcepit tibi dominus illa cogites,
ēmper:vt ſit lucerna pedibus tuis verbū ſuum,ad diri
endos eos in viam pacis.Hæc ſcientia non inflat,ſed
ædificat:&qui apponit eam,apponit dolorem,qa vni
uique reuelat pudenda eius in facie ſua:vt cernat quā
t miſer & miſerabilis, & pauper & cæcus & nudus.
Vnde ſi etiam fulſerint velut mundiſſimę manus tuæ
amen ſordibus intinget te: vt ſcilicet te videas infix-
m in limo profundi, & intus plenum omni ſpurci-
a & iniquitate.Et cum omnia quę pręcepta ſunt tibi
eceris,dices te ſeruum inutilem: ita vt quanto maior
ueris,tāto humilies te in omnibus.Cumq; reforma-
us in nouitate ſenſus tui, inter ſanctum & prophanū
abueris diſtantiam,vt intelligas:quia vere mendaci
m operatus eſt ſtilus mendax ſcribarum:verba autē
uæ locutus eſt dominus,ſpiritus & vita ſunt, dicens:
apientia hominum non eſt mecum, ſed noui ſancto
um ſciētiam : idcirco exiſtimo omnia detrimentum
ſſe propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti, cum
ani ſint omnes homines,in quibus non ſubeſt ſcien
ia dei. Verum ſi quis profunda fluuiorum ſcrutatus
uerit,vt abſcondita producat in lucem, in quibus cū
ōſummauerit homo tūc incipit:videat qm̄ caute am-
ulet,vt ſc3,nulla curioſitate videat q̄ ſunt in ſctuario
rius q̄ inuoluātur, alioq morieť,cū p fidē ambulet &
ō p ſpeciē: niſi forte rex aureā virgā ad eū tetenderit
o ſigno clemētię,vt vř ad horā ore ad os loqť ei & pa-
ā & nō p ænigmata & figuras ſecreta videat. Cū ergo
enerit ad aq̄s pfundi torrētis q trāſuadari nō poteſt

non abundet in sensu suo, vt velit esse sapientior Daniele, à quo omne secretum non est absconditum: sciens, quod scrutator maiestatis opprimetur à gloria. Omni quippe negotio tempus est & opportunitas: vñ sapientibus absconduntur quæ reuelantur paruulis: quia illis admissis, vt sedeant cum principibus & soliũ glorię teneant: hi cœperunt cum rubore nouissimum locum tenere. Si ergo pauperculus & contritus spiritu amplexatus fueris eum, qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ac mirabilia testimonia dei scrutata fuerit anima tua, cibabit te dominus volumine scripto intus & foris: & sic mortẽ non gustabis inæternum: sed deinceps viues in omni verbo, quod procedit de ore dei. Etenim habens in manibus tuis solatio libros sanctos, si ligaueris eos in corde tuo iugiter, reperies thesauros absconditos, & arcana secretorum, vt quæcumq; sunt abscondita & improuisa discas. Omnium enim artifex docebit te sapientia. Illuminatus quippe mirabiliter à montibus æternis super omnes docentes te intelliges, ita vt non sit nobis necesse quicquam loqui, quoniam tenebræ tuæ erunt sicut meridies. Nõ solum enim omnis sermo dei ignitus est clypeus sperantibus in se, sed etiam in potestate docet, nõ sicut scribæ & pharisæi, vtpote malleus conterẽs petrã. Certe inimici nostri sunt iudices, qui olim missi fuerant vt caperẽt Iesum in sermone, quem putabant in ventum verba proferre: sicut illi qui dicunt & non faciũt, sunt enim in aera loquentes. Qui cum audissent ignitum eloquium ipsius, vehementer repleti sunt stupore & extasi in verbis gratię quæ procedebant ex ore eius. Et tãquam madidi à vino à facie sanctorum verborum eius, non poterant contradicere spiritui q loquebatur: sed reuersi sunt glorificãtes & laudantes deũ in omnibus quę audierant: dicentes: Nunquam sic locutus est homo, vt hic homo loquitur.

¶De dignitate sacræ scripturæ: & quantum alijs scientijs comparata, præniteat. ¶Caput. 18.

OMnis quidem sapientia a domino deo est, nã scientiarum dominus est:sed sicut alia est claritas solis,alia lunæ,& alia claritas stellarum sic est differentia scripturarum. Quid enim paleis ad triticum,dicit dominus: aut quæ comparatio scripturæ continentis præcepta & doctrinas hominum secũdum elementa mundi, ad illam quam nobis enarrauit vnigenitus,qui est in sinu patris:quæ lucet sicut lucerna in caliginoso loco,cum sit inextinguibile lumẽ illius,quia verba vitæ æternæ habet. Illam enim constituerunt homĩes infirmitatem habentes,qui nonnũquam indoctas fabulas assequuti sequũtur spiritum suum,&nihil vident,quia omnis homo mendax.Hæc aũt quia de cœlo venit, super omnes est, estq; illi fons proprius cui nõ communicat alienus,quæ nunquam humana voluntate allata est, sed sancto spiritu inspirati loquuti sunt eam sancti dei homines.Illa tantum modo videt in facie nec intuetur cor, cum solus deus nouerit cor omnium filiorum hominum: hæc vero ptingit vsq; ad diuisionẽ animæ ac spiritus, compagũ quoq; & medullarum, discernens cogitatiões & intẽtiones cordis.Illa de mundo loquitur &mundus ea m audit, de quo vana loquitur vnusquisq; ad proximũ suum:&tamen difficile æstimat quæ in terra sunt,&q̃ in prospectu sunt inuenit cum labore.Hęc autẽ & si fia re videtur sup terram,tamen cacumen eius tangit cœlum: vnde non solum signa facit & monstrat antequã fiant & euentus temporum & seculorum,sed & scrutatur omnia etiam profunda dei.Illa in verbis potentibus &ad deprecandum cõpositis,in sublimitate quoq; sermonis & in doctis humanæ sapientiæ verbis totum spiritum suum profert. Hęc vero &si imperita sit sermone, sed nõ scientia, quoniam qui tantum verba sectatur,nihil habebit. Non est regnum dei in sermone,sed in virtute.Illa nihil habet in domo sua nisi parum olei,quo vngatur,vnde in facie glorietur,&non in corde: cum interius sit terra inanis & vacua.Huius

autem & deforis est facies decora & eloquiũ dulce, q̃a nõ est talis super terram in aspectu, in pulchritudine & in sensu verborum. Cæterum omnis gloria eius ab intus, vbi sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ ei⁹ absconditi: vt ditet diligentes se, & thesauros eorum repleat super milia auri & argenti: illa coaceruat sibi discipulos prurientes auribus, ad nihil aliud vacantes nisi aut dicere, aut audire aliquid noui, quorũ oculus non satiatur visu nec auris auditu. Huius autem sectatores deuitant prophanas vocum nouitates contenti scire mandatum vetus quod audierunt ab initio, vt se inuicem diligant, sciẽtes procul dubio, quod plenitudo legis & scientiæ est dilectio, cuius luminosa vnctio docet de omnibus. Illa auditores suos conuertit in vaniloquium, volentes esse legis doctores, q̃ sæpius irritum faciunt mandatum dei propter traditiones suas, ex quibus oriũtur iræ, rixæ, sectæ, dissentiones, inuidiæ: quę ad nihil vtiles sunt, nisi ad subuersionem audientium. Hæc vero de sursum descendens pacifica & pudica præcipit sectari pacem, sine qua nemo videbit deum: & quoniam factus est in pace locus eius, docet seruum domini non litigare, sed mansuetum esse ad omnes. Illa de bonis terræ tractare solita est, & de humo eloquium suum mussitat: nam & si quandoq; quasi magna cogitans attonitos habet oculos, ilico tamen iterum inclinans se digito scribit in terra. Hæc vero de reb⁹ magnis loquutura est, nec omnino lux vult⁹ eius cadit in terram: cum in altissimis habitet, & thronus eius in columna nubis. Illa dũ antiq̃tur & senescit, prope interitũ est frequenter dicens: Manda remãda. Quia cũ assidue nouis epistolis veteres literæ corrigãtur, necessario renouat de die in diẽ & q̃si hodie ẽ, & cras in clibanum mittitur. Hęc aũt lex domini immaculata permanens in seculum seculi: præceptum posuit & non pręteribit: ipsa enim heri & hodie, ipsa & in secula. Quæ cum vna sit omnia potest & in se permanens omnia innouat: adeo vt facilius

sit cœlum & terram trãsire, quàm de ea apicem vnum cadere: nam potestas eius potestas æterna, quæ non corrumpetur. Porro leges populorum vanę sunt, verbum autem dei nostri manet in ęternum. Si igitur lex illa quæ scripta est spiritu dei viui, quæ vere trahitur de occultis, in quam propter suam munditiam nihil inquinatum incurrit, ad illam comparetur, quam cõdidit homo similis nobis passibilis, qui ignorat & errat circundatus infirmitate: nonne repletus spiritu iudicij, & spiritu ardoris, dices quod tantum præcedit sapientia stultitiam quantum differt lux à tenebris? cum stultus factus sit omnis homo à scientia sua. Aduertis ne frater, quemadmodum omnis scriptura diuinitus inspirata superborum & sublimium colla propria calcat virtute, eorum scilicet qui sapientes sunt in oculis suis, dicẽtes: Nunquid & nos cæci sumus? O quã potenter sternit sibi aurum quasi lutum, in captiuitatem redigẽs omnem intellectum in obsequium Christi: vt omne os obstruatur, & subditus fiat mundus illi quoniam nullus ei similis in legislatoribus. Si qui in ea non manserint mittentur foras & arescent, expulsiq; in terra salsuginis & inhabitabili, mercedem erroris sui quam oportuit, in semetipsis protinus recipient: vt à veritate quidem auditum auertant, ad fabulas autem conuertantur: quæ nunq̃ alent eos in fame

¶Admonetur nouitius rursum vt soli⁹ sacræ scripturę studijs incumbat: licet à cæcis mundi huius amatoribus contemnatur. ¶Cap. 19.

DE diuina aũt scriptura noli mirari frater, si odit eã mũd⁹ q cæcus à natiuitate, ponit amarũ in dulce & dulce in amarũ: qppe q spm̃ veritatis nõ potest accipere, qa nõ vidit eũ neq; scit eũ. Etenim sermo dñi est p̃ciosus, & diligẽda sunt mãdata ei⁹ sup aurũ & topaziõ, cũ nihil dulci⁹ sit q̃ p̃manere in mãdatis illi⁹ & insup in custodiendis illis retributio multa. Verũtamẽ aĩma satiata calcabit fauũ. Nã de secta hac notũ est nobis, q̃ vbiq; ei contradicitur: qm̃ nõ recipit

ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris q̃ verſantur in corde eius. Vbi enim monet declinare à malo & facere bonum: palam ſcilicet loquens & prouerbium nullum dicens, nõ prophetat eis bonum ſed malum omni tempore, ita vt incircuncisi cordibus & auribus dicant ei: Recede à nobis. ſcientiam viarum tuarum nolumus: Cæterum vbi fuerit tenebroſa aqua in nubib⁹ aereis, & viſio omnium ſicut verba libri ſignati, in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, illic maxime cõtemnitur hæc lampas apud cogitationes diuitũ, fit deniq; opprobriũ abundantibus & deſpectio ſuperbis. Cum enim is cuius excelſi ſunt oculi & palpebræ in altum porrectæ, ſpiritualiter examinatus non potuerit intelligere, qa ſtultitia illi videtur niſi aperiat illi dominus ſenſum, vt intelligat ſcripturas, facile addit ſuper peccata ſua blaſphemias: vt dicat de ſermone dei: Dęmonium habet & inſanit, quid eum auditis? O ſtulti & tardi corde ad credendum, adhuc & vos ſine intellectu eſtis: ita vt inflati ſenſu carnis veſtræ extollatis vos aduerſus ſciẽtiã dei, quod vobis nõ cedet in ꝓſperum. In dextera quidem illius ignea lex eſt, ad dãdam ſcientiam ſalutis plebi eius, vt eis notum faciat ſacramentum voluntatis ſuæ. Sed qa tenebræ operiunt terram & caligo populos, opertum quippe eſt euangelium his qui pereunt, non poteſtis reuelata facie ſpeculari, quã valde admirabilis ſit Dei ſcriptura, & facies eius plena gratiarum abſq; eo quod intrinſecus latet. At hi ſolum in quorum oculis eſt ſtupor, quoniam mirãtur de pulchritudine eius nimis edendo eam adhuc eſurient, qu[illegible] eſurientes ſemper impleuit bonis, alens eos cibo inuiſibili & potu, qui ab homĩbus videri nõ poteſt: vt guſtent & videant, quoniam bona eſt negociatio eorum. Porro qui dilexerunt tenebras magis q̃ lucem, & contemnẽtes edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo dei, aiunt: Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo: non mirum ſi in mentem eorum veniũt cucumeres & pepones, porri, cepe & alia ſecularis

ſcientię

ſcientiæ: qm̃ dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Quamobrem cõſilium meum tibi placeat, vt deferẽs panem artum &aquam breuem, comedas piguem panem qui præbet delitias regibus, & bibas vinum quod miſcuit tibi clara, & quę nunquam marceſcit, ſapientia: vt vel ſic delectetur in craſſitudine anima tua. Siq̃ ergo conſolatio in Chriſto, ſiqua ſocietas ſpiritus, obſecro per viſcera miſericordiæ dei noſtri, vt non recedat volumen legis dei de ore tuo: & meditare in eo diebus ac noctib⁹, & in amore illius delectare iugiter: ancillã vero eijce & filium eius. Eſt quippe ferus homo & manus eius cõtra omnes, & ſapiens apud ſemetipſum quaſi formam ſcientiæ & pietatis habẽs in lege, omni tempore iurgia ſeminat. Hæres autẽ in domo patris noſtri eſſe non poteſt, tum quia de adultera matre natus eſt, tum quia multos turbauit pacem habentes, cũ in pace vocauerit nos deus, qui diſſipat gẽtes quæ bella volunt. Memento dierũ antiquorum, qualiter ſc3, mater eius videns ſe concepiſſe, deſpexit dominam ſuam, & caue ne tribuas inſipiẽti honorem. Egrediatur ancilla de cubili tuo, & extranea de thalamo tuo: quia ſi vtcunq; tolerabiliter per tria moueatur terra, quartum tamen ſuſtinere non poteſt, vt ſit ancilla hęres dominæ ſuæ. Qui placet deo effugiet eam, qui autem peccator eſt capietur ab ea, & qua captiuus tenebitur ad ipſius volũtatem. Quare ergo ſeduceris fili mi ab aliena, & foueris in ſinu alterius, vt velis ſemper diſcere & nunq̃ ad ſcientiam veritatis peruenire? Mulier quædam ſtulta & clamoſa plenaque illecebris ſedet ſuper ſellã in excelſo vrbis loco ad capiẽdas animas volantes dicens: q̃d ſi quis multitudinem ſcientiæ ſcire deſiderat, ipſa nouit verſutias ſermonum, & diſpoſitiones argumentorum. Filij aũt hominum graui corde diligentes vanitatem & quærentes mendacium, qui ſapiẽtes ſunt vt faciant mala, huius mulieris ſpeciem admirati reꝓbi facti ſunt. Felix q lauabit man⁹ ſuas in ſanguine peccatoris, vt peſtilẽte flagellato ſapientior fiat.

Quod si claudicare volueris in duas partes & ingredi terram duabus vijs, timens quidem dominum & nihilominus tuis idolis seruiens: scito ꝙ angustatũ est stratũ, ita vt alter decidat: & pallium breue vtrũq; operire non potest. Non enim potes manũ tuã mittere in ambob⁹, cũ omnino non sit societas luci ad tenebras, q̃a prudentia carnis mors est, prudẽtia aũt spiritus vita & pax. Dic ergo sapientiæ soror mea es, & prudentiam voca amicã tuam: vt custodiat te à muliere extranea q̃ verba sua dulcĩa facit. Amator efficiaris formæ illi⁹ & vbera eius inebrient te omni tempore, q̃a meliora sunt vbera eius vino fragrãtia vnguẽtis optimis. Quę sunt p allegoriã dicta. Hęc enim sunt duo testamẽta, q̃ q̃diu paruulus es & expers sermonis iustitiæ, stillabũt tibi dulcedinẽ & fluent lac & mel. Sed cũ auulsus fueris à lacte & factus vir euacuaueris quæ sunt paruuli, sustollent te super altitudines terræ & cibabunt te hæreditate Iacob patris tui, vbi comedunt amici & inebriantur charissimi. Eleuatis enim animalib⁹ à terra eleuabuntur pariter & rotæ sequentes ea. Est autem hæc parabola: Animalia sunt quibus parauit in dulcedine sua deus pabulum, quod oculus non vidit nec in cor hominis ascendit. Proinde rotæ eius ignis accẽsus quęrentes ire & discurrere per omnem terram, vt sermo domini currat & clarificetur. Siquidem velociter currit sermo eius, qui ignis consumens est. Itaque homo supra pectus suum gradiens terramq; comedens, qui nondũ est transfusus de vase in vas, sed gustus eius in eo permanet, si legerit eloq̃a dñi eloq̃a casta, q̃d dicet? Plane cum librũ signatum sigillis septem aperire non poterit nec intendere in faciem suam propter gloriã vultus eius, in canticum oris sui vertet illum quasi de terra sit & de terra loquatur: præsertim cum hæ literæ graues sint & sermo contemptibils. Quod si dominus de stercore eleuet pauperem, qui sola quæ carnis sunt sapit, & dederit ei pennas sicut columbæ vt cupiat dissolui & esse cum Christo: nonne apparebit ei quam

stulte

ftulte egerit & ignorauerit multa nimis? Mox enim vt vix paruam ſtillam audierit ſermonis eius, mirabitur & dilatabitur cor eius, & ſupra quam credi poteſt admirans, dicet: O alta perfunditas quis inueniet eam? Abſcondita eſt ab oculis omniũ viuentiũ, non enim videbit illam homo & viuet. Non credebam narrantib⁹ mihi donec probaui, quod exceptis diis quorum non eſt conuerſatio cum hominibus, nemo poſſit cõprehendere quæ ſit latitudo, longitudo, ſublimitas, & profundum ſcripturæ ſacræ: quia ſapientiæ eius non eſt numerus. His amplius frater mi ne requiras, nam faciendi plures libros nullus eſt finis: Si quis aliter docet & non aquieſcit ſanis ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinę ſuperbus & nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones & pugnas verborum: noueris q̃d talis homo non erit particeps ſapientiæ, & idcirco ſæpi aures tuas ſpinis, & dic. No. Nunquid finem habebunt verba vẽtoſa, q̃ narrant mihi iniqui fabulationes, vt renuens torrente diuiæ voluptatis potari, iter pergã in via Aegyptĩ & bibam aq̃ turbidam? Declinate à me maligni & ſcrutabor mãdata dei mei. Nam à modo ſtultas & ſine diſciplina quæſtiões deuitare prorſus intendo M. Voluntas aũt cordis tui & obſecratio ad deũ ꝓ illis fiat in ſalutẽ, vt reuelatis oculis conſiderent mirabilia de lege ſua, & iam non ambulent in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habẽtes intellectum. Sic enim appropinquantes pedibus eius, accipient de doctrina illius, & ſcient, q̃d venerit hora vt iã non in ꝓuerbĳs loq̃tur eis, ſed diſtincte & apte ad intelligendũ, quãdoq̃dẽ tenebræ tranſierunt & veꝝ lumen iã lucet. Cũq; is q̃ aperit & nemo claudit, introduxerit cæcos in viam q̃ neſciunt, vt in paſcuis vberrimis paſcat eos, facile cognoſcent eum in fractione panis, dicentes: Bonum eſt nos hic eſſe. Ex hinc in lege eius meditabũtur die ac nocte, cum omni auiditate, quotidie ſcrutantes ſcripturas: vbi eſt ſapientia, vbi virtus, vbi lumen oculoꝝ & pax.

Salu

Sulutat te multum in domino. G. chariſſimus conſeruus & frater noſter: qui licet Marthæ fungens officio turbetur erga plurima, ſemper tamē tui memoriam facit in orationibus ſuis: vt fiduciam & gloriam ſpei vſque in finem firmam retineas. Salutant te. P. & . E. & omnes qui mecum ſunt fratres. Dominus Ieſus Chriſtus cum ſpiritu tuo. Amen.

¶Finitur epiſtola. Sequuntur argumēta decem & nouem capitulorum eiuſdem.

¶In Primo cap.

¶Increpatur nouitius quidam, q cum in quadam laxiore religione ordinem Chartuſienſiū feruens intraſſet, iam tepens cœpit ad priorem velle reuerti.

¶In Secundo.

¶Habetur, qualiter ſpirit⁹ erroris dicto nouitio ad memoriam reducit quædam dona, & præcipue donū lachrymarum: quod in priori ordine ſibi videbatur accepiſſe, & nunc conquerebatur amiſiſſe.

¶In Tertio.

¶Inducitur nouitius conqueri de duritia mentis q patitur, & ꝓpterea ad priſtinā religionē velle reuerti

¶In Quarto.

¶Repræhenditur nouitius. q peccatū ſuū excuſans vult facere mala, vt veniāt bona, vcȝ, reuerti ad priorē ordinē vbi non recte viuebat: vt habeat abundantiam lachrymarum, quæ tamen nōnunquā inanis eſt.

¶In Quinto.

¶Docetur quomodo dona dei propter abuſum eorum in perniciem hominis interdum vertuntur.

¶In Sexto.

¶Optat nouitius redire ad priorem religionē, vbi verſabatur inter multos, vt ſit multis in exemplum: ſed oſtenditur per hoc ſe multis & magnis committere periculis.

¶In Septimo.

¶Petit edoceri quare deuotior deo in priori ordine fuerit, & de occulto ſuper hoc iudicio dei.

¶In

¶In Octano.

¶Comparatur profectus spiritualis luci,quę ab aurora fulgere incipit: & docetur quod veritatem agnitam debet homo humiliter confiteri.

¶In Nono.

¶Comparatur profectus spiritualis mulieri pregnanti,quæ licet cum delectatione conceperit,tamē cū gemitu &dolore parit.

¶In Decimo.

¶Ostenditur,quod quilibet in spe futuræ suauitatis debeat patienter tolerare præsentem duritiam:& qualiter gratia deuotionis interdum propter occultū peccatum subtrahatur.

¶In Vndecimo.

¶Ostenditur,q̃modo anima suam vilitatem ignorans,petit sibi grandia:&qualiter super hac temeritate duriter á sanctis repræhenditur.

¶In Duodecimo.

¶Ostenditur,quod anima non debeat indignari q̄uis homines æque aut magis indigni admittantur: & proponitur exemplum de muliere Chananea.

¶In Decimotertio.

¶Ostenditur,quod quādo suauitas deuotionis homini subtrahitur, non debet animo concidere ; cum ignoret quod sibi magis expediat.

¶In Decimoquarto.

¶Ostenditur, quod vtilius est acquirere arma bellica contra tentationes Diaboli,quam solam dulcedinem deuotionis expetere.

¶In Decimoquinto.

¶Tam sanctorum constantia quàm prauorum & mūdi amatoꝝ pertinacia in exēplū fortitudinis adducunt: agiturq; de iusta remuneratiōe victoris & victi.

¶In Decimosexto.

¶Ostenditur, quod cum tranquillitas deuotionis arridet,nulla debet esse homini securitas: & ideo admonetur vt stabilis in suo loco permaneat.

¶In

¶In Decimoseptimo.

¶Admonetur nouitius, vt relicto studio literarum secularium, & quę humanis traditionibus innituntur, soli sacræ scripturę suum accommodet ingenium: vtpote quæ magis deceat seruum dei, qui renuncians secularibus negotijs soli deo libera mente militaturus religionem accessit.

¶In Decimo octauo.

¶Agitur de dignitate sacræ scripturæ, & ostenditur quantum alijs scientijs præniteat.

¶In Decimonono & vltimo Capitulo.

¶Admonetur rursum nouitius vt sacræ scripturæ studijs incumbat: licet à cæcis mundi huius amatoribus contemnatur.

D. DIONYSII CART. DE PROFESSIONE MOnastica tractat⁹, omib⁹ vtriusq; sexus religiosis pquã vtilis, ac summe necessarius.

EXcellentiorem viam vobis demonstro: Si linguis hominum loquar &angelorũ, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans aut cymbalum tinniens. Verba sunt Apostoli ad Corinthios. Et est sensus: Quamuis loquerer linguis gentium omnium (sicut Apostolis fuit collatum donum linguarum, quo omniũ hominum vtebantur loquelis) loquerer etiã linguis spiritualibus angelorum: si charitatem dei & proximorum non haberem, inanem strepitum verborũ emitterem. Charitas namq; est spiritualis vita creaturæ rationalis. Ideo si careat charitate, mortua est corã deo, nec aliquid meritorie cogitare, appetere, loq, aut agere potest, quàm diu priuata est charitate: nec aliqd aliud donum, seu charisma spiritus sancti vel opus bonũ ex genere, potest ei ad salutem proficere. Ideo necessitatem, dignitatem, & excellentiam charitatis, volens insinuare Apostolus addit: Et si habuero prophetiam &nouerim mysteria omnia, &omnẽ scientiã: & si habuero oẽm (id est, perfectam atq; certissimam) fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero: nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas. Et si tradidero corpus meum ita vt ardeam, id est, tormẽtis &incendijs corpus meũ exponã, ꝓ defensione æquitatis aut fidei: charitatẽ aũt non habuero, nihil mihi ꝓdest. Ex qbus verbis ꝓbat̃ q̃d nullũ opus misericordię, imo nec mori &comburi ꝓ fide, placet deo, sine charitatis virtute. Imo si aliqs sine charitate moreret̃ ꝓ fidei atq; iustitię conseruatiõe & defensiõe ex seruili timore, æternaliter damnaret̃,

Ecce quã necessaria, quàm salubris & preclara est charitas sancta: sine qua, nec miracula, nec prophetia, nec liberalitas maxima, nec diuinorum notitia secretorũ neque martyrium complacent deo. Ideo ne quis inaniter sibimet blandiatur, & fallat seipsum, putando & psuadẽdo sibimetipsi, quod habeat charitatem: idcirco Apostolus docuit, qualis sit charitas, de qua tractat, & quæ sint opera eius, dicens: Charitas, patiẽs est, benigna est. Charitas non emulatur. i. non inuidet prosperitati alterius, non agit perperam. i. peruerse impediẽdo profectũ, salutem, aut commoditatẽ alterius. Non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt. Non irritatur. i. nõ prouocatur ad iram ex verbis aut signis alterius, nec ex iniurijs sibi illatis. Non cogitat malum. i. non proponit alicui facere nocumentũ, nõ gaudet sup iniquitate. i. de ruina & culpa proximi nõ lætatur: congaudet autem veritati. Alia quoque multa charitati ascribit: Omnia (inquiens) suffert, omnia sustinet: quia aduersa fortiter tolerat, & aliorum defectus ac onera æquanimiter & compassiue supportat. Sicut hortatur Apostolus: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Itaq; qui istas charitatis proprietates & actiones inuenit in se, pie confidere potest, humiliterq; sperare, quod habeat charitatem. Porro qui impatiens est, & zelum habet amarum nec proximis suis indulget ex corde, atq; faciliter irritatur, indignatur, & appetit vltionem: ex præinductis Apostoli verbis discat, q̃ longe à vera ac saluberrima charitate existat. Conformiter, qui contra proximũ suum extollitur aut cupit præesse, seu ꝓpria cõmoda q̃rit, magis quam dei honorem, & proximorum salutẽ: non est filius charitatis, sed seruus illius, qui est rex super omnes filios superbiæ. Hęc de charitate pręmisi ac breuiter tetigi, quia ad eam, & eius perfectionem, ordinatur omnis professio religiosorum. De qua ꝓfessione, sicut rogatus sum, aliquid scribere nunc intendo & specialiter de professione venerabilium & deuotarum

1. Cori. 13

Eodem

Galatas. 6

Iacobi. 3

Iob. 41.

rum regularissarum; quæ clausa sunt, qualiter ipsa ꝓfessio sit intelligenda: & quãdo ac qualiter trãsgressio eorum quę in professione continẽtur, sit mortale aut veniale peccatum. Quæ & omnibus vtriusque sexus religiosis applicari possunt.

¶Quod vniuersi ordines à sanctis patribus instituti, & omnia euangelica Christi consilia, principaliter ordinantur ad charitatis perfectionẽ. ¶Art. .1.

Finis pręcepti est charitas, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Hæc sunt verba Apostoli, quorum sensus est, quod syncera, & feruens dilectio, q̃ deus proximusq; diligitur, est finalis perfectio oĩm præceptorum noui ac veteris testamẽti. Secundum q̃d Christus testatur dicendo: In his duobus charitatis præceptis, tota lex pendet & prophetæ. Hinc rursus ait Apostolus: Plenitudo legis est dilectio. Charitas namq; est virtus dignissima, cæterarum virtutum regina, imperatrix, motrix, forma, vita, & finis: quia ꝑ charitatem maxime ac propinquissime coniũgimur, conformamur, adhæremusq; deo: atq; per voluntatis conformitatem & mẽtis consensum, vnum cum deo efficimur, prout asserit Paulus: Qui adhæret deo, vnus spiritus est cum illo. Hinc cæteræ virtutes & actiones earum ad charitatẽ & eius profectũ & perfectionẽ, potissime ordinantur. Charitas quoq; mouet & excitat hominẽ, ad actus & exercitia cæterarum virtutũ, hoc est, ad patientiã, mansuetudinẽ, humilitatẽ, sobrietatẽ, cõstãtiam, pietatẽ, iustitiam. Cum etenim charitas conformet voluntatem hominis volũtati creatoris, instigat eum & prouocat ad volendum & agendum ea quę placẽt deo: atque ad respuendum & vitandum ea, quæ displicent ei. Hinc denique non solum cuncta præcepta, sed vniuersa quoque Euangelica Christi consilia, ordinantur ad charitatis perfectionẽ. Sunt autem duodecim consilia Christi in Euangelio scripta: quæ dicũtur consilia, quoniam quamuis prima facie non teneamur ad ea, tamẽ per eorum impletionem pertingit

1.Timo.1

Matth.22

Roma.13

1.Corin.6

homo expeditius atque celerius ad charitatis & cæterarum virtutum perfectionem, beatitudinemque æternam. Remouent namque & auferunt impedimenta spiritalis profectus. Cumque sint tria præcipua spiritalis profectus ac perfectiõis impedimenta, quorum primũ est, diuitiarum & propriarum rerum possessio, secundum vero est carnalis voluptas, & sensualis affectio, tertiũ aũt est propriæ voluntatis libertas: dominus noster Iesus Christus virtus & sapientia dei patris, contra hæc tria impedimẽta, contulit principalia tria consilia. Primũ est, derelictio omnium terrenarum diuitiarum, propriarumque rerum. Vnde dixit Saluator: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quę habes, & da pauperibus & sequere me. In hoc consilio fundatur votum paupertatis. Secundum consilium est, derelictio vxoris, & parentum, ac omnium cognatorum, Vnde loquutus est Christus: Qui non odit patrem suum, & matrem & vxorem, & fratres, & sorores: non potest meus esse discipulus. Hi etenim odiendi sunt, non quo ad eorum naturam aut personam: sed inquantum à spirituali profectu impediunt. Seu vt sanctus ait Gregorius, inquantum in dei itinere nobis obsistunt. Et in hoc consilio fundatur votum perpetuæ castitatis. Tertium consilium est abnegatio propriæ volũtatis, de quo loquutus est dominus Iesus: Qui vult venire post me, abneget semetipsum: & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. In quo consilio fundatur obedientiæ votum. Ista sunt tria principalia vota, omni religioni monasticæ substantialia: quæ sancti patres, religionum & ordinum instructores, ordinauerunt à cunctis religiosis vtriusque sexus esse solenniter promittenda, ad hoc vt per eorum adimpletionem, ad charitatis diuinæ & fraternæ perfectionem velocius & expeditius queant pertingere. Ideo certum est, quod religiosæ personæ quæ in charitatis synceritate ac profectu non crescũt præfata vota inaniter promiserunt. Porro in charitate nõ crescit nec proficit nisi qui in vera humilitate, patiẽtia, mansuetudine, obedientia crescit: quia, vt dictum est,

1. Cori. 1
Matth. 19.
Lucæ. 9
Grego.
Matth. 16
Lucæ. 9

charitas patiens est, benigna est, non irritatur, non inflatur, non quærit quæ sua sunt. Superbia quoque, impatientia, iracundia, inobedientia, charitatem expellunt ac destruūt: sicut & cætera peccata mortalia: Omnis ergo religiosa persona penset quotidie diligenter, imo omi die frequenter, hæc tria vota prætacta: & cur ea ꝓmiserit recogitet, vt pote, quatenus ꝑ eorū impletionē crescat in charitate: sicq; indefesse conetur sua vota implere, atq; per hæc in charitate proficere ac ꝑfici. Et quotiescunq; venerit ei aliquis motus charitati cōtrarius, vt pote, aliqs motus odij, aut rācoris, aliq̄ indignatio, amaritudo, elatio, ira, impatiētia, auersio, prætratio, aduersus proximum suum: protinus recordetur suæ professionis, & cur ita professa est, dicens in corde suo: Cur venisti? quid ꝓmisisti? propter qd vota illa fecisti? Et sic oēm vitiosum statim abijciat motū.

1.Cori.13

¶Quod sancti patres in regulis suis primo & maxime, ad charitatem, pacem, & concordiam, exhortati sunt vniuersas ordinū suoꝝ personas. ¶Art. .2.

OBsecro vos, vt digne ambuletis vocatiōe, qua vocati estis: cum omni humilitate, & mansuetudine: cū patiētia support ātes inuicē in charitate, soliciti seruare vnitatē spūs in vinculo pacis: ad Ephe. Sācti patres ordinū fundatores, sciētes, q̄d religiosæ ꝑsonæ in primis teneātur ad Euāgelica Christi ꝑcepta, ꝑsertim ad duo charitatis mādata dignissima (sine quoꝝ obseruatiōe, nil prosunt obseruātiæ regulares, aut vota monastica) circa regulaꝝ suarum exordia feruētissime ac diligentissime docuerunt, hortati sunt, & iusserūt: vt cūctæ ordinū suoꝝ ꝑsonæ ī primis studeāt irreꝑhēsibiliter adīplere duo charitatis ꝑcepta & pacē internā cū deo, atq; cōcordiā cū proximis suis habere. Nā pax & cōcordia ex charitate nascūt. Hic gloriosus Hiero. ait in primo capi. regulæ suæ: Quis modus viuendi, primo arripiendus sit sororibus in monasterio cōstitutis, Christus instruit, dicēs: Si vis ad vitā intrare, serua mādata. Et quę sint illa, docuit dicēs:

Ephe.4

Hiero.

Matth.19

Matth. 22 Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo, & proximum tuũ sicut teipsum. Pensate solicite, quod sine ad-
Marci. 12. impletione præceptorũ istorum, nemo ingreditur ad
Luc. 10 viuendũ deo. Idcirco Apostolus non gloriatur in lin-
1. Cori. 13 guis angelorum & hominum, non in cognitione mysteriorum dei, non in spiritu prophetiæ: sed in charitate. Hæc sola facit hominem deo viuentem. Hæc religiosos, hæc monachos facit ac moniales. Sine charitate monasteria sunt tartara, & habitantes in eis, sunt dæmones. Porro cum charitate monasteria sunt paradisus in terris, & commorantes in ipsis sunt angeli. Ideo dilectissimæ filiæ, quamuis longa ieiunia macerẽt corpora vestra, licet abiecta & vilis vestis deformet, & longa officia persoluantur: si intus desit charitas, nondũ peruentum est ad infimũ gradum religionis. Bonũ & iu-

Psal. 132 cundum est fratres & sorores habitare in vnũ, hoc est
Ephe. 4 in vno vinculo dilectionis. & charitatis affectu: qui sibi inuicem in tentationẽ auxiliantur, & charitatis ac pietatis obseqa sibi mutuo amministrãt. Ideo vobis cor-

Actu. 4. poraliter adunatis sit cor vnum, & anima vna. Nulla vita (procerto) deterior est, quàm simul degere corpore & non mente. Et vere infelices sunt, quibus non in est vna, sed diuersa volũtas. Sit itaq; vobis semp vnus affectus, vna fraternitas, vna voluntas, vna proportio morum, vna iucunditas, vna tristitia: ne q̊d placet vni in domino, displiceat alteri: neq; vnde vnus lętatur, alter tristetur. Et sic habere poteritis religionis proposítum, & virtutem, si vnanimes in domo domini habitetis. Hæc vere vita dei, non diaboli: vere monasteriũ, nõ infernus: vere vita religiosa, nõ diabolica. Ex istis beati Hieronymi verbis ostenditur, q̊d religiosæ personę impatientes, contentiosæ, discordes, & proximis suis non ignoscentes, non religiosam sed diabolicã ducunt vitam, nec dignæ sunt sponsę Christi vocari. Sed vt sanctus asserit Augustinus, adulterę sunt diaboli, cũ quo spiritaliter fornicantur, per impiæ volũtatis conformitatẽ, ac prauę mẽtis cõsensum: sicq; ab adultero

suo

suo diabolo concipiunt dolorem i. cogitationem iniquam, intentionem obliquam, affectionem damnabilem, propositum vitiosum: quæ omnia dolor vocantur, quia deflenda sunt, & ad æternam pœnã ac infernalem trahunt mœrorem. Concipiunt ergo dolorem & pariunt iniquitatem. i. opus iniustum. Imo sicut in præinductis verbis testatur Hiero. Tales religiosi sunt dæmones, quorum tentatiões ac vitia imitantur. Aduerte hoc o religiose, & noli per rancorem, discordiã, auersionem, aut similes diabolicas suggestiones, tuos labores perdere vniuersos, & non solum æterna felicitate priuari: sed etiam infernalem damnationem misserrime adipisci. Insuper sicut Hieronymus, ita & Augustinus regulam suam incœpit ab exhortatiõe & iussione charitatis ac pacis, dicens: Ante oĩa diligatur deus, deinde proximus: qa ista præcepta sunt nobis principaliter data. Hæc igitur sunt, quæ præcipimus, vt seruetis. Primum propter quod congregati estis in vnum vt vnanimes habitetis in domo, & sit vobis aĩa vna & cor vnum in deo: hoc est animæ vestrę & corda vestra sint per charitatem, pacem atque concordiam adinuicem semper vnita: nequaquam à se inuicem, per inuidiam, dissentionem, turbulentiamq; diuisa. Sic & sanctus Basilius suam regulam inchoauit, ab expositiõe præceptorum charitatis dei & proximorum. Sanctus quoq; Benedictus assignans in regula sua bonorũ operum instrumenta, incepit a charitate dicendo: In primis debemus dominum deum diligere toto corde, tota anima, & tota virtute: deinde proximos tanquam nosipsos. Itaq; tot beatissimorũ patrum doctrinis exemplis, & præceptis instructi, charitatem, pacem, concordiam, totis præcordijs amplectamur: rancorẽ, turbationem, discordiam, tãquam diabolica mala, infernaliaq; tormẽta vitemus. Nam & vngenitus filius dei in Euangelio ait: Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Ideo infelices ac miseri sunt discordes ac turbatores, qa filij diaboli reputantur. Atq; vt sanctus vir

Psal. 7 · Matth. 22 · Psal. 67 · Actu. 4. · Deut. 6. · Mar. 12. · Mat. 5.

Climacus docet: Sicut vnus lupus turbat totam ouiũ congregationem: sic vna peruersa persona, totũ conuentum turbat frequenter. Erubescat ergo, pœniteat, seq; emendet, qui talis est. Alioquin minus damnabile ei esset, mansisse in seculo, q̃ se ita habere in claustro.

¶De forma professiõis regularissarum, & qualiter sit intelligenda. ¶Art. .3.

Psal.75 Ouete & reddite dño deo vestro. Nulli Christiano licet dubitare, quin multo melius, salubrius, pfectius, ac deo placentius sit, facere opera bona ex voto, quã sine voto. Alioqn sancti patres nõ ordinassent vt religiosæ psonæ faciãt professionẽ solennẽ. Et vt sctũs ait Ancel. Qui bona agit ex voto, & qui professionẽ facit in claustro, offert arborẽ cũ fructibus deo. Hinc asserit sctũs Thomas: Quanto actus bonus pcedit ex pluribus excellentioribusq; virtutibus: tãto est dignior, maiorisq; meriti apud deum. Vouere autem deo est actus virtutis, q̃ latria appellatur q̃ inter virtutes morales est dignissima: cum sit virtus deo cultũ ceremoniamq; impendens. Ideo facere opera bona non solum ex pcepto diuino & inferiori virtute morali, sed etiã ex voto solenni, est acceptissimũ deo omnipotenti. Deniq; q̃uis hic specialiter tractẽ de professione regularissa͡rũ, quia ad hæc scribenda rogatus, & motus. a quadã venerabili regularissa, accedente ad hoc pia instãtia cuiusdã excellentis deuotæ atq; illustris personæ, cuius est paruitati meæ precipere: tamen ex declaratione pfessionis præfatæ, intendo cæterorũ quoq; religiosorũ pfessiones exponere. Itaque forma professionis regularissæ p̃tactę & consororũ ipsius, est ista: Ego. N. soror pmitto stabilitatẽ & conuersionẽ morum meorũ, ppetuã continentiã, carentiã pprij, obedientiã scđm regulã beati August. sub ppetua clausura. In hac professione continẽtur sex puncta: q̃rũ primum est stabilitas, per q̃ principaliter ac directe intelligitur perseuerãtia, q̃ est virtus, per q̃ homo firmiter pponit pmanere in actibus bonis, vsq; in finẽ,

Ancel.

Thō.

&

& in eisdē finaliter pseuerat. De qua ait Saluator: Qui perseuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit. Ad q̄ horta tur Aposto. dicens: Stabiles permanete, & immobiles, abundātes in opere domini semp. Secundū est cōuersio moꝝ. i. reformatio interioꝝ affectionū, actionūq; hominis, hoc est, refrenatio passionū, expurgatio intellectus à cogitationibus prauis. Et mūdatio voluntatis à desiderijs atq; amoribus & delectationibus vitiosis, coertio linguæ à verbis illicitis, & alioꝝ mēbroꝝ ab operibus malis, euitatio negligētiæ & torporis, atq; omissionis culpabilis, exterioꝝ interiorumq; sensuum repressio atq; custodia, ac morigeratio in exteriori apparatu & in incessu & actu: hæc omnia ad cōuersionē pertinent morum. Tertiū est perpetua continentia. i. inuiolata castitas vsq; ad mortē, scd̄m quod castitas est virtus moralis, cōcupiscentiā carnis refrenans, à consensu illicito, & actu obscœno. Quartū est carentia proprij. i. voluntaria paupertas, q̄ est virtus cupiditatē refrenās, per q̄ virtutē religiosa psona ꝓpter deum sponte contēnit habere & possidere aliquid propriū. Quintū est obediētia, quę est virtus per quam propria voluntas & mēs sponte subijcitur deo, & eius vicario aut vicariæ, vt pote spirituali patri aūt matri, scd̄m tenorē regulæ, q̄ religiosa persona ꝓfitetur seu vouet. Sextū est clausura perpetua. i. nunquā exire de claustro, & libēter manere in eo, vsq; ad mortem ꝓpter deum: nisi forte propter necessariā causam, de superioris licentia exire contingeret, ad aliquantulum tempus. Hæc est breuis declaratio professionis præfatæ. Circa q̄ venerabilis regularissa petijt sibi exponi, quādo & qualiter persona professionis istius, peccaret mortaliter, aut venialiter, circa aut cōtra hanc ipsam ꝓfessionē. Et hoc præcipuā habet difficultatem circa secundum punctum, in hac professiōe contentū: quod est conuersio morum. Cum enim cōuersio moꝝ omnia iā prætacta includat, & præsertim requirat reformationem affectionum, refrenationemq; passionum:

Matth. 24

1. Cori. 15

videtur religiosa persona frangere suum votũ (quod est valde graue & mortale peccatum) quotiescũq; alicui passioni, aut inordinatæ affectiõi succũbit: hoc est quandocunq; ad iram, ĩpatientiam, aut similem passionem, mouetur ac labitur, aut inordinatis affectionibus superatur. Quod esset valde periculosum & graue Nũc ergo ꝑ ordinẽ de his sex punctis plenius clariusq; deo auxiliante, tractabitur. Et quando circa ea peccatur mortaliter aut venialiter, ostendetur.

¶Qualiter religiosa persona ex sua professione teneatur ad stabilitatem, & quando circa hanc mortaliter aut venialiter peccet. ¶Art. .4.

1.Cori. 15 STabiles estote & immobiles abundantes in opere domini semper: scientes, quod labor vester nõ est inanis in domino, ad Corin. Verbũ dei, & adimpletio eius, virtus & gratia & obedientia sancta, stabiliunt & confortant mentem in deo: ita vt nec prosperis nec aduersis deiiciatur, nec tentationibus, neq; passionibus superetur. Sicq; stabilitas ad omnem pertinet Christianũ. Hinc ait Saluator: Omnis qui audit verba mea, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram: descendit pluuia, venerunt flumina, flauerunt venti, & irruerũt in domum illam: & nõ cecidit. Fundata enim erat supra petram. Itaq; structura virtutum fandanda est supra petram. i. stabile fundamentum: per quod potest intelligi firma fides, aut profunda humilitas, seu timor dei aut forte propositũ ꝑseuerãdi in vita virtuosa vsq; in finem: sine quo bono proposito, nullum opus bonum acceptum est deo, Sicq; specialiter religiosi, etiam voto solenni obligãt se ad huiuscemodi stabilitatẽ, & eã in forma suæ professionis exprimunt primo loco, q̃tenus vniuersa suę monasticę cõuersatiõis exercitia fundent & collocent supra eam, tanquam super solidam atq; immobilem petram, ita vt malint mori, imo mille mortes pati, quã ab assumpta religione, & deo oblata professiõe recedere. Sic ergo stabilitatis ꝓmissio in

Mat. 7.

pro

professiōe multorum religiosorum, vtpote Bendictinorum,&Carthusiensiū,ac regularissarū, saltem quarū dam,recte præmittitur,quia est tanquam solida petra supra quam tota fabrica &exercitatio sanctæ religionis construitur ac fundatur. Deniq; opus bonum specialem solet habere difficultatem ex temporis diuturnitate. Nam vt cōmuniter dicitur: Facile est inchoare, sed diu vsq; in finē vitę,in actibus virtuosis ac arduis permanere,est difficile. Idcirco ne hac difficultate vincamur,&ne ex humana instabilitate,fragilitate,& infirmitate, à bonis incœptis ante terminum vitæ deficiamus,indigemus speciali virtute, quæ stabilitas seu perseuerantia,nuncupatur:per quam ex intentione verę salutis,firmiter proponimus permanere vsq; in finē vitæ præsentis in actibus virtuosis. Hinc religiosi ad stabilitatem & perseuerantiam istam voto se obligāt, & nō solū ad tale propositū perseuerandi finaliter,sed itē ad executionē & finalē cōsumationē eiusdē propositi. Ideo quicqd huic stabilitati directe cōtrariaē,hoc professioni monasticæ contrarium perhibetur. Et est non solū mortale peccatum, sed etiam peccatum mortale valde enorme in religioso, videlicet violatio voti,q̄ grauius crimen consistit,quā periurium, vt sanctus Thomas declarat. Porro stabilitati huic duo directe ac specialiter contrariātur: Primum est, propositum seu desiderium deliberatiuum non manendi in religiōe assumpta. Secundum est, non manere in ea vsq; ad finem. Ideo quotiescunq; religiosa persona proponit, aut deliberato animo cupit ordinem suum exire atque relinquere: toties peccat valde mortaliter,& contra suam agit professionem. Similiter peccat mortaliter, si ordinem suum exierit. Veruntamen istud intelligendum est, nisi cum licentia petita vellet intrare ordinem arctiorem &altiorem, in loco vbi obseruantia regularis vigeret. Aut certe ordinem inferiorem &leuiorē, in quo obseruantia viget, si in ordine suo aut claustro nō vigeat, nec in ordine suo possit acquirere

locum in q̃ obseruantia viget: q̃ tamen in casu superioris iudicium est requirendum. Aut si rigorem ordinis sui ferre nõ possit. Et hoc tamẽ in casu dispensatio est necessaria. Insup qm̃ religiosus ꝓfitetur stabilitatem ꝓut est ṽtus, vtpote, ꝑseuerare in ordine ꝓpter deum, & finem beatum: idcirco si religiosus corrueret ad tãtã tentatiõem, aut cordis tepiditatẽ, q̃d ordinẽ suum exiret, nisi ex humana cõfusiõe aut temporali incõmodo omitteret: hoc q̃que esset mortale peccatũ, & cõtra votũ: nõ tamẽ tã graue, neq; tã periculosum, sicut absolute velle exire, aut realiter ab ipsa religione recedere imo saltẽ ex tali causa ĩ religiõe manere, & retrahi ab egressu, posset esse occasio redeũdi ad cor, ac pœnitẽdi: Certũ est etiã, q̃d realiter à religiõe discedere, sit vitiosius magisq; scãdalosum, q̃ velle exire. Itẽq; omnino apostatare à religione, vitiosius ac scãdalosius est, q̃ laxiorẽ, & inferiorẽ ordinẽ introire. Si aũt qs ex irratiõabili cã, hoc est, absq; necessitate, aut vera vtilitate, intret ordinẽ aut cõuentũ laxiorẽ: nõ excusatur corã deo de instabilitatis peccato, q̃uis cũ dispẽsatiõe hoc agat, qm̃ talis dispẽsatio, est dissipatio iuris, scd̃m sctũm Bernardũ aliosq; doctores. Præterea sicut circa præcepta dei, q̃nque peccatur venialiter, qñ videlicet nõ penitus violantur, sed tamen nõ satis plene implẽtur, nec eorum transgressiõi perfecte resistitur, sed aliqualiter cõsentitur, & modicum quid agitur cõtra ea, q̃d tamen charitati dei atque iustitiæ nõ repugnat totaliter aut cõplete: sic circa votũ stabilitatis huius potest cõtingere veniale peccatum, si religiosa persona, ex fragilitate humana, aut suggestiõe maligna, aliqliter inclinetur ad ea, quæ iuxta iam dicta, cõtrariantur virtuti ac voto perseuerantiæ: nõ tamen plene cõsentiat, sed intuitu & amore dei, ex deliberatiõe & superiore ratiõe resistat. Periculosum tamen esset, in tali cõflictu debiliter reluctari: imo mox, fortiterq; abijcienda est talis tentatio. Postremo ex inductis nunc patet, qualiter intelligendũ sit, q̃d sanctus ait Bernardus.

Promissiõi stabilitatis, tria cõtrariãtur. Remissus de- scẽs⁹, cõtẽtiosus discess⁹, & vagus seu curiosus discurs⁹ Remissus descẽsus ẽ ex negligẽtia & torpore, paulatim à pristino feruore deficere, & ad deteriora corruere: sicut quibusdam scribit Apost. Cum spiritu cœperitis nunc carne cõsummamini. Vnde in Apoca. dñs ait ad quendã: Habeo aduersum te, q̃d charitatem tuam primam reliquisti. Contentiosus discessus est, apostatare ab ordine, vel laxiorem conuentum seu ordinem, ex irrationabili causa intrare. Curiosus & vagus discursus, est ex leuitate, & cã insufficiẽte, de loco ad locũ, de claustro ad claustrũ, de cõgregatiõe ad cõgregatiõem trãsire: atq; hinc inde p aliquot dies morari, & pigritię ac carnalitati vacare. Hinc sctũs Benedict⁹ in regula sua ponit quatuor genera monachorum, quorum primi vocantur Cœnobitæ qui in claustro & congregatione viuunt sub regula & obedientia patris. Secundi vocantur Anachoritæ, qui omnino solitarij sunt, & vitam angelicam ducunt in terra. Tertij dicti sunt Sarabaitæ, qui coram hominibus magnam deuotiõem finxerũt, sed in suis latibulis gulæ & omni torpori vocabant. Quarti Gyrouagi sunt vocati, quia hinc inde discurrunt, vt tactum est: quos sanctus Benedictus ait Sarabitis esse peiores. Ex his religiosa persona consideret, qualiter circa votum stabilitatis, debeat se habere, studeatq; de die in diẽ magis hilariter in regulari obseruãtia permanere, & in loco & habitu suo, atque proposito permanere.

Bernar.

Gala. 3

Apoca. 2

Bened.

¶De his, quæ stabilitatem nutriunt & confortant ¶Art. .5.

Optimũ est gratia stabiliri cor. Ad Hebrę. Homo ex sua natura fragilis est, atque instabilis: idcirco p gratiã & virtutes ac dona spiritussancti indiget roborari, iuuari, ac stabiliri, in bonis. Deniq; sicut passiões & vitia, fatuitas, & insipiẽtia, efficiũt hominẽ, vagũ, dissolutũ, instabilẽ: Sic gratia & ṽtutes, prudẽtia, & sapiẽtia, faciũt eũ stabilẽ, vniformẽ, cõstãtẽ &, pb8

Hebræ. 13

Vnde

Eccle.27 Vnde in Ecclesiastico legitur: Homo sanctus in sapientia manet vt sol: stultus autē mutatur vt luna. In Iob
Iob 11. quoque scriptum est: Si iniquitatem, quæ est in manibus .i. operibus tuis abstuleris, stabilis eris, & non commoueberis. Itaq; q cupit in vera stabilitate proficere, conetur cor suum à passionibus, & peccatis purgare: in gratia & virtutibus crescere, in prudētia ac vera sapientia quotidianum adipisci profectum: & non sequi impetum passionis, sed rectum iudicium rationis, ac deum semper habere prę oculis. Secundo, ad stabilitatem multum specialiter confert charitas dei. Etenim vbi amor, ibi oculus: & quod quis feruentius diligit, in illo magis quiescit. Idcirco quo religiosa persona plus proficit in diuino amore, tanto robustius deo virtutibusq; inhæret, & in perseuerandi proposito radicatur. Tertio stabilitatem hanc nutrit diligens consideratio æternalium tormentorum, quæ instabilibus atq; apostatis infliguntur. Consideratio quoque districtionis metuendissimi iudicij dei, qui infideles, carnales, instabiles, & peruersos religiosos, durissime iudicat, damnat ac punit. Quarto stabilitatem istam confortat & alit attenta consideratio futuræ, æternæ, & maxima fe licitatis ac gloriæ, fidelibus, virtuosis, ac stabilibus religiosis, præparatæ ac dandæ. Etenim cōsideratio remunerationis minuit vim laboris, ac incitat & confortat animum laborantis. Et vtique tanta est pulchritudo lucis æternæ, tanta est beatitudo & merces paradisi cœlestis, tanta dignitas beatificæ visionis supergloriosissimæ trinitatis, q̄d licet non essemus eas habituri, nisi per horulam vnam, dignum esset mille annis pro eis vsq; ad sanguinem laborare. Quinto, ad proficiēdum in mentis firmitate ac stabilitate atq; custodia cordis, maxime confert & adiuuat, quod homo faciat sibi cōsuetudinem cogitandi diuinæ maiestatis præsentiam in omni loco, actu, & tempore: & cum sancto Helia iugiter dicat in corde suo: Viuit dominus, in cuius con-
3 Reg. 17.
3. Reg. 18 spectu sto hodie. Sic enim erubescet, se negligenter ac

vili-

visiter coram deo habere, & diuini rigorẽ iudicij formidabit. Cumq́; senserit se mente distractum à deo, ꝓtinus reuocabit cor suum ad dei considerationem, dicẽdo: Viuit dominus, in cuius conspectu sto hodie. Sicq́; cum sancto Dauid dicere poterit: Oculi mei semp ad dominum. Sexto ad stabilitatem inducit consideratio propriæ professionis, & rite pensare, quàm ineffabiliter, enorme atque damnabile sit, professionẽ hanc violare: & quam inhonestum ac offensiuum sit hoc coram omnibus angelis dei & sanctis ac bonis hominibus. Septimo, ad stabilitatẽ inducit, seipsum strenue exercitare in actibus bonis, & omnem ociositatem pigritiamq́; vitare, ac semp agere aliqd boni. Ex multis etenim actibus bonis, generatur habitus virtuosus, cõsuetudoq́; bona: quæ est velut altera natura, quia per eam prompte ac delectabiliter operamur, ea quæ deo sunt placita. Octauo, stabilitatem hanc nutrit assidua oratio, qua omnipotẽtẽ feruide deprecamur, vt in vera stabilitate nos roboret semp ac seruet. Vt ergo, ó religiosa persona, in sancta stabilitate ꝓficias & ꝑsistas, stude in diuino amore ꝓficere, in creatore tuo incõparabiliter bono, pulchro, dulcissimo libentius q̃ in creaturis quiescere. Nouissima tua solicite præmeditari non cesses, districtionem intuere diuini iudicij, damnationem religiosi instabilis, gloriosissima sempiternaque præmia religiosi perseuerantis: diuini quoq́; vultus præsentiam indesinenter attende, accidiam fuge, omne tempus tibi concessum, fructuose expẽde: nec desinas dei auxiliũ implorare. Postremo hæc omnia agere tanto plus necessarium est monialibus, q̃to fœminę naturaliter magis instabiles esse solẽt. De laudibus autem & effectibus perseuerantiæ hoc sufficiat tangere, quod ipsa est virtutum omnium complemẽtum, decor & gloria. Quæ sola coronari meretur, sine qua nulla virtus, nullum meritum, æternam felicitatem sortitur. Sine qua, nec orans in suis petitionibus exauditur. Quia, vt ait Saluator, oportet semper

4. Reg. 4.
Psal. 24
Lucæ. 18

orare

2.Theff.3 orare &non deficere. Hinc hortaſ Apoſt. Benefaciẽtes
Heb.12 nolite deficere, tẽpore eñ ſuo metemus, nõ deficientes
Apoc.3 Itẽq;: In diſciplina pſeuerate. Dñs q̃que in Apoc. Eſto
Grego. (inqt) fidelis vſq; ad mortẽ: & dabo tibi coronã vitæ. Idcirco ait Grego. Incaſſum bonũ agitur, ſi ante vitæ terminum deſeratur.

¶Quid ſit cõuerſio mo℞, & q̃liter impleatur: & qñ ac q̃modo religioſa pſona circa hanc mortaliter, aut venialiter peccet. ¶Art. 6.

Ephe.4 EXpoliate vos veterẽ hoẽm cũ actibus ſuis, & induite nouum, qui ſecundũ deum creatus eſt, in
Col.3. virtute & ſanctitate veritatis. Inter ſacrificia ve-
Exo.32 teris teſtamenti vnum fuit digniſſimum, quod holocauſtum vocatur: quod ad diuinæ maieſtatis reuerentiam totaliter cõburebatur. Per q̃d religioſæ præfigurabãtur pſonæ, quæ ex charitatis feruore debent ſeipſas totaliter deo offerre, ac eius obſequijs mancipare. Idcirco mo℞ ſuo℞ cõuerſiõem deo pmittunt, vt ſi in ſeculo erant ſuperbi, iracũdi, impatiẽtes, pigri, guloſi immundi, inanes, inſtabiles, inuidi, loquaces, auari, cõtentioſi, aut obloquẽtes: iam de cætero in clauſtro digne conẽtur & efficaciter ſtudeãt, eſſe humiles mãſueti patientes, feruidi, ſobrij, cõtinentes, timorati, ſtabiles chatitatiui, ſilentes, pauperes, pacifici, & bene de pximis ſuis loquentes. Et q ante temerarie iudicabant, pximoſque ſpernebant, atq; ex leuibus cauſis ac ſignis ſuſpicabantur mala de alijs, & verba & facta proximo℞ interpretabantur in peius: iam de cętero ab omni incauto, temerario, vſurpato pximorum iudicio prorſus abſtineant: diſcutiant que, iudicent, ac dijudicent ſemetipſos: nec mala faciliter de alijs ſuſpicẽtur imo ṽba & facta ipſo℞ interpretentur in melius. Itaque ad mo℞ cõuerſionẽ ptinet, ſingulas vires animæ reformare, in ṽbis & actibus ordinatũ cõſiſtere, interiores exterioreſq; ſenſus reprimere: q̃tenus ſicut religioſus totũ q̃d eſt & habet, in anima & corpore, à deo accepit: ſic totũ hoc ad dei cultũ, amorem, & honorem

con-

conuertat: nec aliquid sui relinquat sibi: sed q̄ feruēs & sollicitus fuit aut esse potuit in seculo ad complacendū hominibus, atq; ad obtinendū ꝓpriā laudē, honorem delectatiōem & cōmodū: tam (imo & multo plus) sollicitus sit & feruens in claustro, ad cōplacendū altissimo ad vilipendendū ac castigandū seipsum, ad ꝓmouendum creatoris honorem, laudē, & gloriā. Et sicut in seculo alios multipliciter scandalizare nō timuit: sic de cętero summe deuitet, ne aliquē scandalizet, sed vbis, & actibus vniuersos ædificare conetur. Stude ergo & satage o religiosa ꝑsona, intellectū tuū & rationē, ab omni errore & falsitate, ab ōni cogitatiōe inani & praua, ab ōni distractiōe (ꝓsertim tēpore oratiōis ac diuini officij) expurgare & custodire: sanctis & salubribus meditationibus, contēplationibus diuinoꝝ, cōsideratiōe defectuū ꝓprioꝝ, cōmemoratiōe dominicæ passiōis, recordationibus beneficioꝝ promissionūque dei mētem tuam stude implere, ornare, & exercere. Cogita semper ōnipotentis præsentiā & aspectū. Indesinenter attende, quid deus reqrat à te, & q̄liter satis facere queas tuæ ꝓfessiōi. Quotidiana tua peccata q̄tidie pensa, defle, emenda: Sicque tibi ipsi in tantū displiceas & vilescas, vt omni cōfusiōe & pœna, omni correptiōe & correctione, te repures dignū: nec alios asperneris aut vilipendas, neq; alicui indigneris, irascaris, aut detrahas, q̄uis videatur offendere te. Si ista peregeris, intellectū tuū & rationē reformabis, custodies, & ornabis. Voluntatē q̄que tuā ab omni malicia, inuidia, amaritudine fellea, crudelitate, pertinatia, duritia, elatiōe ambitiōe, cupiditate, ac priuato amore emūda, atque ꝓserua. Et eandē om̄i virtuositate, interna ac spiritali suauitate, feruore, pietate diuini, ac fraterni amoris, dirigibilitate, humilitate, adiple ac perfice: vt nemini seruesirā, nulli signa auersiōis ostēdas: imo cūctis charitatē, beneuolētiāq; demōstres, verbo, signo, & opere potissime his, q tibi grauiores esse videntur: q̄tenus nequaq̄ vincaris à malo, sed vincas in bono malū.

Sicque totum cor tuum in affectum totius bonitatis, ac virtuositatis synceriſſime trāsformetur, ita vt vix queas malum cogitare de proximo tuo: nullique noceas, ſed cunctis prodeſſe coneris. Inſuper memoriam tuam, ab inutilium & noxiorum recordatione refrenes, iniuriarum tibi forſan factarum, confeſtim obliuiſcaris, atq; in rebus ſalubribus ac diuinis totam tuam defigas memoriam. Interiores quoq; ſenſus tuos à vanis & ſtultis phantaſijs, ab immundis & indecentibus imaginationibus, ſemp purges, & cuſtodire nō ceſſes. Et quoties ſentis, tibi intus occurrere vana & vitioſa, toties te inde ſtatim auertas, atque ad dominicæ paſſionis memoriam: & ad cætera ſalutaria iam præfata, cogitationem & affectionem tui cordis conuertas. Præterea ab omni immoderantia & impetu paſſionū (quæ ſunt motus & affectiōes ſenſitiui appetitus) te abſtinere oportet: vt de rebus ſenſibilibus, exterioribus non appetas, nec contriſteris, nec delecteris, nec timeas, niſi ſecundum deum, vel, ordinate ac iuſte. Sicque circa cibum & potum, circa veſtes, & alia vtenſilia quibus vteris & indiges, non afficiaris, niſi inquantū tibi vtilia aut neceſſaria ſunt ad bene viuendum, ad ſpiritualem profectum, & ad animæ tuæ ſalutem. Sicq; omnem ſuperfluitatem, curioſitatem & ſenſualem delectationem, omnino diuites. Amplius, exteriores ſenſus tuos te oportet compeſcere, ne mors culpæ ingrediatur animam tuam per corporis tui feneſtras: Hoc eſt, per viſum incuſtoditum, per audientiam illicitorū verborū, per indecentem contactum, per delectationē guſt⁹, odoratus aut tactus: ſed & linguam potiſſime te refrenare oportet, ab omni fractione ſilentij, à maledicta detractione, à diabolica ſeminatione diſcordiæ à ſerpentina ſuſurratione, à damnabili murmuratione, à contentiōe peſtifera, à loquacitate vitioſa ac fatua: ſicque ſola neceſſaria, ædificatoria, vtilia loq apto loco & tempore, cum vera diſcretione, & recta intētione. Poſtremo totū corpus tuum, & oīa mēbra eius, diu-

Ierem. 9.

diuino obsequio exhibe semper,alacriter præpara in omni vigilia &labore,in abstinentia,ieiunio,discipli na &castigatione,in incessu modesto,& apparatu ma turo. Ecce in his reformatio morum consistit,quæ & hoc requirit,vt quanto quis magis excessit in aliq̃ pas sione &culpa, tanto deinceps plus studeat se exercere in virtute,passioni &culpæ illi contraria.Præterea cō uersio ista morum multa includit,&est quid vnum ag gregatiue, sicut exercitus:non vnum simpliciter sicut vnus homo. Ideo si religiosa persona cōmittat aliq̃d moribus bonis contrarium, seu conuersioni morum oppositum,intus in aīa , vel in verbis aut factis,nō ex contemptu suæ religionis aut prof.ssiōis,neq; ex per tinacia cordis:sed potius ex ignorantia aut infirmita te vel fragilitate humana, seu ex vehementia tentatio nis: hoc non videtur mox esse contra votum suæ pro fessionis, quo ad morum conuersionem se obligauit: quamuis aliunde possit esse peccatū mortale. Vt si sit contra præceptum dei,siue ecclesię: sicut dum excedit per gulam,accidiam,iram,aut similem passionē. Nec talis particularis excessus contrariatur toti morū con uersioni,sed parti ipsius.Votum quoque conuersionis morum,cum sit affirmatiuum,obligat semper,sed nō ad semper.Idcirco si religiosa persona fiat multum re missa,negligens &tepida ita q̃ de spiritali profectu nō curet, nec in vno, neque in alio conetur se reforma re,abnegare ac vincere:sed in claustro gerat cor secu lare,& quantū potuerit,habeat se mundane,externas &carnales consolatiunculas,loquacitates,dissolutio nes quærendo &acceptando,nec corā deo solicite con uersando:Hoc directe repugnat suæ professioni,ac ꝓ missę morum conuersioni:Conformiter professioni contrariatur,si ex contemptu & pertinacia peccet,aut immansiuā,inflexibilē,seu incorrigibilē exhibeat se. Tenetur namque ad perfectionem quotidie tendere. Hinc in libro de præceptis & dispensatiōe sctūs scribit Bernardus; Sane interest q̃ causa,q̃ affectu,q̃ intentiōe,

quo præcipiente, in quoue præcepto, aliquid fiat. Ex quibus verbis elicitur, q̃liter trangressio aggrauetur aut alleuietur. Specialiter quoq; vitanda est religiosis consuetudo agẽdi aliquid contra regulam aut moꝝ conuersionẽ: Quia irrefrenata cõsuetudo peccãdi, includit cõtemptũ, nec simul stare vidẽtur, cõuersio moꝝ & cõsuetudo ei cõtraria. Aduertendũ est etiã diligenter, q̃d iteꝝ ait Bea. pater Bernardus: Diuidẽda est, inquiẽs, in duo vniuersa hæc obseruãtia regularis. Videlicet, in p̃cepta, & remedia. Præceptis instruimur contra peccata, remedijs restituitur & reparatur post peccatũ innocẽtia. Sic ergo ꝓfessio nostra cõplectitur duo ista, vt dũ ꝓfessus in aliquo regulariũ mandatoꝝ excesserit, si ad remediũ æq; regulare cõfugerit & si cõuincatur transgressor mandati: non tamẽ præuaricator pacti. i. ꝓmissi. Ideo illũ solũ senserim fregisse votũ, & violasse ꝓpositũ, qui contemnit p̃ceptũ atq; remediũ, hoc est pœnã, & satisfactionẽ ab ordine institutã. Hoc aduertant ac timeãt q suas culpas nõ recognoscũt humiliter, nec correptiõem & castigatiõem suscipiũt patienter: sed se impudenter excusant, ac præsidenti faciliter indignantur, & dure loquuntur: quibus grauissima instat dãnatio, nisi à tantis p̃uersitatibus resipiscãt seq; cõdigne emendent, humilient, defleãt, & accusent.

¶Quam periculosum sit religiosis, non ꝓficere in interioꝝ reformatiõe & purificatiõe. ¶Art. .7.

Col. 3. INduite vos sicut electi dei, viscera misericordiæ, benignitatẽ, humilitatẽ, modestiã, patientiã: supportãtes inuicẽ, & donãtes vobismetipsis, si q̃s aduersus aliquẽ habet querelã. Quemadmodũ Christus in Euãgelio ꝓtestatur: Cui plus datũ est, plus req̃retur ab eo. Luc. 12 Idcirco q̃ religiosus plura & aptiora habet media ꝓficiendi in omni gratia & virtute, q̃ etiã plura atq; maiora omnipotẽti ꝓmisit, & ad sublimiora sua ꝓfessione se obligauit: eo corã iudice summo culpabilior ac damnabilior inuenitur nisi scd̃m exigentiã suæ vocationis, & iuxta suæ ꝓfessiõis tenorẽ ꝓfecerit in interioꝝ

orum suorum reformatiõe, in passionũ & vitiorum extirpatiõe, in puritate interna, in omni virtute & gratia. Certũ est aũt, exteriores obseruãtias regulares, abstinẽtias, ieiunia, disciplinas, silẽtium, duriciã strati, abiectionẽ vestitus, separationẽ à mũdo & clausurã, ad interiorum reformationẽ, ornatũ, & perfectionẽ principaliter ordinari. Vbi ergo manebunt vbi latebũt, quo fugiẽt, q diu aut multis ãnis fuerũt in ordine: & tamẽ adhuc tã passiõati sunt, tã proni ad irã, impatiẽtiã, pteruiã, accidiã, ac proprij sensus immãsionem, sicut dum ordinem primo introierunt aut magis? Nunquid tales suis satisfaciunt votis? Non vtique. Imo peruersi & stulti sunt, ac similes illis, qui nauem habẽt, aut scalam: nec tamen eis vtuntur, nauigãdo aut ascendendo Hinc in homilijs suis loquitur Eusebius Emissenus: Videte vocationem vestrã charissimi. Venire ad claustrum aut eremum, summæ perfectionis exordiũ est: sed non perfecte in eremo viuere, summa dãnatio est Quid prodest si locus claustralis & qetus, corporaliter teneatur: & quietudo in corde versetur? Quid (inquã) prodest, si in habitatiõe silentiũ sit, & in habitãtibus sit vitiorum tumultus, & colluctatio passionum: si exteriora nostra serenitas teneat, & interiora tempestas? Nõ enim ad istum cõuenimus locum, vt honoremur & nobis deseruiatur: vt rebus omnibus abũdemus, & corporali quiete fruamur. Non ad securitatem, sed ad pugnã huc venimus, vt cõtra vitia pliemur, vt linguæ gladios retũdamus. i. verba pungitiua, cõtentiosa, maligna, detractoria euitemus: vt nõ solum inuicem nõ inferamus iniurias, sed nec sentiamus illatas. Specialius vero ad nostram spectat pfessionem, nihil in hac vita consolationis terrenæ requirere, nec velle recipere bona in vita præsenti: sed honores fugere, abiectione & subiectiõe gaudere, pauptatem amare: nec solũ facultates, sed ipsas quoq; cupiditates, & oẽs inordinatas affectiões e cordib9 extirpare, & solis necessarijs cõtẽtari. Nisi em amor habẽdi fundit9 eradicet ex corde

Eusebius.

locum in quo obseruantia viget: quo tamen in casu superioris iudicium est requirendum. Aut si rigorem ordinis sui ferre nō possit. Et hoc tamē in casu dispensatio est necessaria. Insup qm̄ religiosus ꝓfitetur stabilitatem ꝓut est ꝟtus, vtpote, ꝑseuerare in ordine ꝓpter deum, & finem beatum: idcirco si religiosus corrueret ad tātā tentatiōem, aut cordis tepiditatē, quod ordinē suum exiret, nisi ex humana cōfusiōe aut temporali incōmodo omitteret: hoc quoque esset mortale peccatū, & cōtra votū: nō tamē tā graue, neq; tā periculosum, sicut absolute velle exire, aut realiter ab ipsa religione recedere imo saltē ex tali causa ī religiōe manere, & retrahi ab egressu, posset esse occasio redeūdi ad cor, ac pœnitēdi: Certū est etiā, quod realiter à religiōe discedere, sit vitiosius magisq; scādalosum, quā velle exire. Itēq; omnino apostatare à religione, vitiosius ac scādalosius est, quā laxiorē, & inferiorē ordinē introire. Si aūt qs ex irratiōabili cā, hoc est, absq; necessitate, aut vera vtilitate, intret ordinē aut cōuentū laxiorē: nō excusatur corā deo de instabilitatis peccato, quāuis cū dispēsatiōe hoc agat, qm̄ talis dispēsatio, est dissipatio iuris, scdm sctūm Bernardū aliosq; doctores. Præterea sicut circa præcepta dei, qn̄que peccatur venialiter, qn̄ videlicet nō penitus violantur, sed tamen nō satis plene implētur, nec eorum transgressiōi perfecte resistitur, sed aliqualiter cōsentitur, & modicum quid agitur cōtra ea, quod tamen charitati dei atque iustitiæ nō repugnat totaliter aut cōplete: sic circa votū stabilitatis huius potest cōtingere veniale peccatum, si religiosa persona, ex fragilitate humana, aut suggestiōe maligna, aliqliter inclinetur ad ea, quæ iuxta iam dicta, cōtrariantur virtuti ac voto perseuerantiæ: nō tamen plene cōsentiat, sed intuitu & amore dei, ex deliberatiōe & superiore ratiōe resistat. Periculosum tamen esset, in tali cōflictu debiliter reluctari: imo mox, fortiterq; abijcienda est talis tentatio. Postremo ex inductis nunc patet, qualiter intelligendū sit, quod sanctus ait Bernardus.

Promissiõi stabilitatis, tria cõtrariãtur. Remissus de- Bernar. scẽs⁹, cõtẽtiosus discess⁹, & vagus seu curiosus discurs⁹ Remissus descẽsus ẽ ex negligẽtia & torpore, paulatim à pristino feruore deficere, & ad deteriora corruere: sicut quibusdam scribit Apost. Cum spiritu cœperitis Gala. 3 nunc carne cõsummamini. Vnde in Apoca. dñs ait ad Apoca. 2 quendã: Habeo aduersum te, q̃d charitatem tuam primam reliquisti. Contentiosus discessus est, apostatare ab ordine, vel laxiorem conuentum seu ordinem, ex irrationabili causa intrare. Curiosus & vagus discursus, est ex leuitate, & cã insufficiẽte, de loco ad locũ, de claustro ad claustrũ, de cõgregatiõe ad cõgregatiõem trãsire: atq; hinc inde p aliquot dies morari, & pigritię ac carnalitati vacare. Hinc sctũs Benedict⁹ in regula sua ponit quatuor genera monachorum, quorum Bened. primi vocantur Cœnobitæ qui in claustro & congregatione viuunt sub regula & obedientia patris. Secundi vocantur Anachoritæ, qui omnino solitarij sunt, & vitam angelicam ducunt in terra. Tertij dictu sunt Sarabaitæ, qui coram hominibus magnam deuotiõem finxerũt, sed in suis latibulis gulæ & omni torpori vocabant. Quarti Gyrouagi sunt vocati, quia hinc inde discurrunt, vt tactum est: quos sanctus Benedictus ait Sarabitis esse peiores. Ex his religiosa persona consideret, qualiter circa votum stabilitatis, debeat se habere, studeatq; de die in diẽ magis hilariter in regulari obseruãtia permanere, & in loco & habitu suo, atque proposito permanere.

¶De his, quæ stabilitatem nutriunt & confortant ¶Art. .5.

OPtimũ est gratia stabiliri cor. Ad Hebrę. Homo Hebræ. 13 ex sua natura fragilis est, atque instabilis: idcirco p gratiã & virtutes ac dona spiritussancti indiget roborari, iuuari, ac stabiliri, in bonis. Deniq; sicut passiões & vitia, fatuitas, & insipiẽtia, efficiũt hominẽ, vagũ, dissolutũ, instabilẽ: Sic gratia & ỹtutes, prudẽtia, & sapiẽtia, faciũt eũ stabilẽ, vniformẽ, cõstãtẽ & pbũ

Vnde

visiter coram deo habere,& diuini rigorē iudicij formidabit. Cumq; senserit se mente distractum à deo, ꝓtinus reuocabit cor suum ad dei considerationem, dicēdo: Viuit dominus, in cuius conspectu sto hodie. Sicq; cum sancto Dauid dicere poterit: Oculi mei semp ad dominum. Sexto ad stabilitatem inducit considera tio propriæ professionis, & rite pensare, quàm ineffabiliter, enorme atque damnabile sit, professionē hanc violare: & quam inhonestum ac offensiuum sit hoc coram omnibus angelis dei & sanctis ac bonis hominibus. Septimo, ad stabilitatē inducit, seipsum strenue exercitare in actibus bonis, & omnem ociositatem pigritiamq; vitare, ac semp agere aliqd boni. Ex multis etenim actibus bonis, generatur habitus virtuosus, cōsuetudoq; bona: quæ est velut altera natura, quia per eam prompte ac delectabiliter operamur, ea quæ deo sunt placita. Octauo, stabilitatem hanc nutrit assidua oratio, qua omnipotētē feruide deprecamur, vt in vera stabilitate nos roboret semp ac seruet. Vt ergo, ô religiosa persona, in sancta stabilitate ꝓficias & ꝑsistas, stude in diuino amore ꝓficere, in creatore tuo incomparabiliter bono, pulchro, dulcissimo libentius q̃ in creaturis quiescere. Nouissima tua solicite præmeditari non cesses, districtionem intuere diuini iudicij, damnationem religiosi instabilis, gloriosissima sempiternaque præmia religiosi perseuerantis: diuini quoq; vultus præsentiam indesinenter attende, accidiam fuge, omne tempus tibi concessum, fructuose expēde: nec desinas dei auxiliū implorare Postremo hæc omnia agere tanto plus necessarium est monialibus, q̃to fœminę naturaliter magis instabiles esse solēt. De laudibus autem & effectibus perseuerantiæ hoc sufficiat tangere, quod ipsa est virtutum omnium complemētum, decor & gloria. Quæ sola coronari meretur, sine qua nulla virtus, nullum meritum, æternam felicitatem sortitur. Sine qua, nec orans in suis petitionibus exauditur. Quia, vt ait Saluator, oportet semper

4.Reg.4.
Psal.24
Lucæ.18

orare

2.Thess.3 orare & non deficere. Hinc hortat Apost. Benefaciētes nolite deficere, tēpore em̄ suo metemus, nō deficientes. Heb.12 Itē'q;: In disciplina pseuerate. Dn̄s q̄que in Apoc. Esto Apoc.3 (inqt) fidelis vsq; ad mortē: & dabo tibi coronā vitæ. Grego. Idcirco ait Grego. Incassum bonū agitur, si ante vitæ terminum deseratur.

¶Quid sit cōuersio mo℞, & q̄liter impleatur: & qn̄ ac q̄modo religiosa psona circa hanc mortaliter, aut venialiter peccet. ¶Art. .6.

Ephe.4 Expoliate vos veterē hoēm cū actibus suis, & induite nouum, qui secundū deum creatus est, in Col.3. virtute & sanctitate veritatis. Inter sacrificia veteris testamenti vnum fuit dignissimum, quod holo- Exo.32 caustum vocatur: quod ad diuinæ maiestatis reuerentiam totaliter cōburebatur. Per q̄d religiosæ præfigurabātur psonæ, quæ ex charitatis feruore debent seipsas totaliter deo offerre, ac eius obsequiis mancipare. Idcirco mo℞ suo℞ cōuersiōem deo pmittunt, vt si in seculo erant superbi, iracūdi, impatiētes, pigri, gulosi immundi, inanes, instabiles, inuidi, loquaces, auari, cōtentiosi, aut obloquētes: iam de cætero in claustro digne conētur & efficaciter studeāt, esse humiles māsueti patientes, feruidi, sobrii, cōtinentes, timorati, stabiles chatitatiui, silentes, pauperes, pacifici, & bene de pximis suis loquentes. Et q ante temerarie iudicabant, pximosque spernebant, atq; ex leuibus causis ac signis suspicabantur mala de aliis, & verba & facta proximo℞ interpretabantur in peius: iam de cętero ab omni incauto, temerario, vsurpato pximorum iudicio prorsus abstineant: discutiant que, iudicent, ac diiudicent semetipsos: nec mala faciliter de aliis suspicētur imo ỽba & facta ipso℞ interpretentur in melius. Itaque ad mo℞ cōuersionē ptinet, singulas vires animæ reformare, in ỽbis & actibus ordinatū cōsistere, interiores exterioresq; sensus reprimere: q̄tenus sicut religiosus totū q̄d est & habet, in anima & corpore, à deo accepit: sic totū hoc ad dei cultū, amorem, & honorem

con-

conuertat: nec aliquid sui relinquat sibi: sed q̃ ferues & solicitus fuit aut esse potuit in seculo ad complacendū hominibus, atq; ad obtinendū ꝓpriā laudē, honorem delectatiōem & cōmodū: tam (imo & multo plus) solicitus sit & feruens in claustro, ad cōplacendū altissimo ad vilipendendū ac castigandū seipsum, ad ꝓmouendum creatoris honorem, laudē, & gloriā. Et sicut in seculo alios multipliciter scandalizare nō timuit: sic de cętero summe deuitet, ne aliquē scandalizet, sed vbis, & actibus vniuersos ædificare conetur. Stude ergo & satage o religiosa ꝑsona, intellectū tuū & rationē, ab omni errore & falsitate, ab ōni cogitatiōe inani & praua, ab ōni distractiōe (p̄sertim tēpore oratiōis ac diuini officii) expurgare & custodire: sanctis & salubribus meditationibus, contēplationibus diuinoꝝ, cōsideratiōe defectuū ꝓprioꝝ, cōmemoratiōe dominicæ passiōis, recordationibus beneficioꝝ promissionūque dei mētem tuam stude implere, ornare, & exercere. Cogita semper ōnipotentis præsentiā & aspectū. Indesinenter attende, quid deus reqrat à te, & q̃liter satis facere queas tuæ ꝓfessiōi. Quotidiana tua peccata q̊tidie pensa, defle, emenda: Sicque tibi ipsi in tantū displiceas & vilescas, vt omni cōfusiōe & pœna, omni correptiōe & correctione, te reputes dignū: nec alios asperneris aut vilipendas, neq; alicui indigneris, irascaris, aut detrahas, q̃uis videatur offendere te. Si ista peregeris, intellectū tuū & rationē reformabis, custodies, & ornabis. Voluntatē q̊que tuā ab omni malicia, inuidia, amaritudine fellea, crudelitate, pertinatia, duritia, elatiōe ambitiōe, cupiditate, ac priuato amore emūda, atque p̄serua. Et eandē oīni virtuositate, interna ac spiritali suauitate, feruore, pietate diuini, ac fraterni amoris, dirigibilitate, humilitate, adiple ac perfice: vt nemini ferue sirā, nulli signa auersiōis ostēdas: imo cūctis charitatē, beneuolētiāq; demōstres, verbo, signo, & opere potissime his, q tibi grauiores esse videntur: q̃tenus nequaq̃ vincaris à malo, sed vincas in bono malū.

Sic

Sicque totum cor tuum in affectum totius bonitatis, ac virtuositatis syncerissime trāsformetur, ita vt vix queas malum cogitare de proximo tuo: nullique noceas, sed cunctis prodesse coneris. Insuper memoriam tuam, ab inutilium & noxiorum recordatione refrenes, iniuriarum tibi forsan factarum, confestim obliuiscaris, atq; in rebus salubribus ac diuinis totam tuam defigas memoriam. Interiores quoq; sensus tuos à vanis & stultis phantasiis, ab immundis & indecentibus imaginationibus, semp purges, & custodire nō cesses. Et quoties sentis, tibi intus occurrere vana & vitiosa, toties te inde statim auertas, atque ad dominicæ passionis memoriam: & ad cætera salutaria iam præfata, cogitationem & affectionem tui cordis conuertas. Præterea ab omni immoderantia & impetu passionū (quæ sunt motus & affectiōes sensitiui appetitus) te abstinere oportet: vt de rebus sensibilibus, exterioribus non appetas, nec contristeris, nec delecteris, nec timeas, nisi secundum deum, vc3, ordinate ac iuste. Sicque circa cibum & potum, circa vestes, & alia vtensilia quibus vteris & indiges, non afficiaris, nisi inquantū tibi vtilia aut necessaria sunt ad bene viuendum, ad spiritualem profectum, & ad animæ tuæ salutem. Sicq; omnem superfluitatem, curiositatem & sensualem delectationem, omnino diuites. Amplius, exteriores sensus tuos te oportet compescere, ne mors culpæ ingrediatur animam tuam per corporis tui fenestras: Hoc est, per visum incustoditum, per audientiam illicitorū verborū, per indecentem contactum, per delectationē gust⁹, odoratus aut tactus: sed & linguam potissime te refrenare oportet, ab omni fractione silentij, à maledicta detractione, à diabolica seminatione discordiæ à serpentina susurratione, à damnabili murmuratione, à contentiōe pestifera, à loquacitate vitiosa ac fatua: sicque sola necessaria, ædificatoria, vtilia loq apto loco & tempore, cum vera discretione, & recta intētione. Postremo totū corpus tuum, & oīa mēbra eius, diu-

Ierem. 9.

diuino obſequio exhibe ſemper,alacriter præpara in omni vigilia & labore,in abſtinentia,ieiunio,diſciplina & caſtigatione,in inceſſu modeſto,& apparatu maturo. Ecce in his reformatio morum conſiſtit,quæ & hoc requirit,vt quanto quis magis exceſſit in aliq̃ paſſione & culpa, tanto deinceps plus ſtudeat ſe exercere in virtute,paſſioni & culpæ illi contraria.Præterea cõuerſio iſta morum multa includit,& eſt quid vnum aggregatiue, ſicut exercitus;non vnum ſimpliciter ſicut vnus homo. Ideo ſi religioſa perſona cõmittat aliqd moribus bonis contrarium, ſeu conuerſioni morum oppoſitum,intus in aĩa, vel in verbis aut factis,nõ ex contemptu ſuæ religionis aut profeſſiõis,neq; ex pertinacia cordis:ſed potius ex ignorantia aut infirmitate vel fragilitate humana, ſeu ex vehementia tentationis: hoc non videtur mox eſſe contra votum ſuæ profeſſionis, quo ad morum conuerſionem ſe obligauit: quamuis aliunde poſſit eſſe peccatũ mortale. Vt ſi ſit contra præceptum dei,ſiue eccleſię: ſicut dum excedit per gulam,accidiam,iram,aut ſimilem paſſionẽ. Nec talis particularis exceſſus contrariatur toti morũ conuerſioni,ſed parti ipſius. Votum quoque conuerſionis morum,cum ſit affirmatiuum,obligat ſemper,ſed nõ ad ſemper. Idcirco ſi religioſa perſona fiat multum remiſſa,negligens & tepida ita q̃ de ſpiritali profectu nõ curet, nec in vno, neque in alio conetur ſe reformare,abnegare ac vincere:ſed in clauſtro gerat cor ſeculare,& quantũ potuerit,habeat ſe mundane,externas & carnales conſolatiunculas,loquacitates,diſſolutiones quærendo & acceptando,nec corã deo ſolicite conuerſando:Hoc directe repugnat ſuæ profeſſioni,ac ꝓmiſſę morum conuerſioni:Conformiter profeſſionĩ contrariatur,ſi ex contemptu & pertinacia peccet,aut ĩmanſiuã,inflexibilẽ,ſeu in corrigibilẽ exhibeat ſe. Tenetur namque ad perfectionem quotidie tendere. Hinc in libro de præceptis & diſpenſatiõe ſctũs ſcribit Bernardus; Sane intereſt q̃ cauſa,q̃ affectu,q̃ intentiõe,

quo præcipiente, in quoue præcepto, aliquid fiat. Ex quibus verbis elicitur, q̄liter trangressio aggrauetur aut alleuietur. Specialiter quoq; vitanda est religioso consuetudo agēdi aliquid contra regulam aut moꝝ conuersionē: Quia irrefrenata cōsuetudo peccādi, includit cōtemptū, nec simul stare vidētur, cōuersio moꝝ & cōsuetudo ei cōtraria. Aduertendū est etiā diligenter, q̄d iteꝝ ait Bea. pater Bernardus: Diuidēda est, inquiēs, in duo vniuersa hæc obseruātia regularis. Videlicet, in p̄cepta, & remedia. Præceptis instruimur contra peccata, remedijs restituitur & reparat̄ post peccatū innocētia. Sic ergo ꝓfessio nostra cōplectitur duo ista, vt dū ꝓfessus in aliquo regulariū mandatoꝝ excesserit, si ad remediū eq; regulare cōfugerit & si cōuincatur transgressor mandati: non tamē præuaricator pacti. i. ꝓmissi. Ideo illū solū senserim fregisse votū, & violasse ꝓpositū, qui contemnit p̄ceptū atq; remediū, hoc est pœnā, & satisfactionē ab ordine institutā. Hoc aduertant ac timeāt q suas culpas nō recognoscūt humiliter, nec correptiōem & castigatiōem suscipiūt patienter: sed se impudenter excusant, ac præsidenti faciliter indignantur, & dure loquuntur: quibus grauissima instat dānatio, nisi à tantis puersitatibus resipiscāt seq; cōdigne emendent, humilient, defleāt, & accusent.

¶ Quam periculosum sit religiosis, non ꝓficere in interioꝝ reformatiōe & purificatiōe. ¶ Art. .7.

Col. 3. INduite vos sicut electi dei, viscera misericordiæ, benignitatē, humilitatē, modestiā, patientiā: supportātes inuicē, & donātes vobismetipsis, si qs aduers9 aliquē habet querelā. Quemadmodū Christus in Euā

Luc. 12 gelio ꝓtestatur: Cui plus datū est, plus reqretur ab eo. Idcirco q̄ religiosus plura & aptiora habet media ꝓficiendi in omni gratia & virtute, q̄ etiā plura atq; maiora omnipotēti ꝓmisit, & ad sublimiora sua ꝓfessione se obligauit: eo corā iudice summo culpabilior ac damnabilior inuenitur nisi scd̄m exigentiā suæ vocationis, & iuxta suæ ꝓfessiōis tenorē ꝓfecerit in interioꝝ

orum suorum reformatiõe, in passionũ & vitiorum extirpatiõe, in puritate interna, in omni virtute & gratia. Certũ est aũt, exteriores obseruãtias regulares, abstinẽtias, ieiunia, disciplinas, silẽtium, duriciã strati, abiectionẽ vestitus, separationẽ à mũdo & clausurã, ad interiorum reformationẽ, ornatũ, & perfectionẽ principaliter ordinari. Vbi ergo manebunt vbi latebũt, quo fugiẽt, q diu aut multis ãnis fuerũt in ordine: & tamẽ adhuc tã passiõati sunt, tã proni ad irã, impatiẽtiã, ꝓteruiã, accidiã, ac proprij sensus immãsionem, sicut dum ordinem primo introierunt aut magis? Nunquid tales suis satisfaciunt votis? Non vtique. Imo peruersi & stulti sunt, ac similes illis, qui nauem habẽt, aut scalam: nec tamen eis vtuntur, nauigãdo aut ascendendo Hinc in homilijs suis loquitur Eusebius Emissenus: Videte vocationem vestrã charissimi. Venire ad claustrum aut eremum, summæ perfectionis exordiũ est: sed non perfecte in eremo viuere, summa dãnatio est Quid prodest si locus claustralis & qetus, corporaliter teneatur: & quietudo in corde versetur? Quid (inquã) prodest, si in habitatiõe silentiũ sit, & in habitãtibus sit vitiorum tumultus, & colluctatio passionum: si exteriora nostra serenitas teneat, & interiora tempestas? Nõ enim ad istum cõuenimus locum, vt honoremur & nobis deseruiatur: vt rebus omnibus abũdemus, & corporali quiete fruamur. Non ad securitatem, sed ad pugnã huc venimus, vt cõtra vitia ꝓliemur, vt linguæ gladios retũdamus. i. verba pungitiua, cõtentiosa, maligna, detractoria euitemus: vt nõ solum inuicem nõ inferamus iniurias, sed nec sentiamus illatas. Specialius vero ad nostram spectat ꝓfessionem, nihil in hac vita consolationis terrenæ requirere, nec velle recipere bona in vita præsenti: sed honores fugere, abiectione & subiectiõe gaudere, pauptatem amare: nec solũ facultates, sed ipsas quoq; cupiditates, & oẽs inordinatas affectiões e cordib⁹ extirpare, & solis necessarijs cõtẽtari. Nisi eñ amor habẽdi fundit⁹ eradicet ex corde

Eusebius.

ardētior est in paruis,&plus torquet in minimis. Sciamus itaq; nihil nobis prodesse, si corpora nostra ieiuniis, atque vigiliis affligamus,& mentem nostram nō emundemus. Quid prodest afflictio corporalis, si mentem malitiis & nequitiis, ac linguam obtrectatiōibus aut mendaciis polluamus? Nonne omnes labores nostri in nihilum rediguntur? Nonne opus nostrum velut fumus & vmbra euanescit? O quam magni & diuturni labores subito pereunt, dum bona quæ fecimus custodire negligimus. Quapropter si exterior noster homo religiosis laboribus exercetur, & interior homo à passionibus nō curetur: sic est ac si quis domum faciat à foris pulchram, intus vero serpentibus & scorpionibus plenam. Quid prodest, quod affligis corpus tuum, quando nihil ꝓficit cor tuum? Ieiunare,& vigilare,& mores non emēdare, sic est, ac si qs extra & ꝓpe vineam extirpet & colat, ipsamq; vineam desertam & incultam relinquat, vt spinas ac tribulos germinet. O nimis dura & deflenda cōditio, die ac nocte laborare,& fructum laboris non obtinere. Quid corporalia exercitia prosunt ei, quem malitia deprauat, quē iracundię furor exagitat, quem superbia omni gratia dei expoliat, quem vitiosis verbis maculat lingua, quē ꝑturbant atque excæcant passiones & vitia, quem proteruia vincit: quem rancor exulcerat, cui pertinatia ac vindictæ desiderium dominātur? Quid tibi ꝓdest habitatiōis claustralis secretū aut clausura, qñ tyrannico dominatu ī te regnat malicia, supeqtat ira: qñ maiorē metū tibi incutit humanus oculus, q̃ diuinus, dū tu q extra mūdū esse te credis, ꝑ varias passiōes, vanitates ac vitia, mūdū in te tenes inclusum: ita q̃d q putas te ꝑ cib⁹ tuis ac meritis mūdo posse succurrere, indigeas intercessiōibus mūdi? Certū est penit⁹, qđ nisi religiosa ꝑsona discat seipsam q̃tidie frāgere, passiōes ꝓprias extirpare, suamque vocationem attendere: multo deterior fit in claustro, quam erat aut esse valebat in seculo. Vnde videmus quasdam religiosas personas, esse

1. Corin. 1

in

inconuertibiliores, inflexibiliores, ac duriores, mūdanis hominibus. Studeat ergo religiosus, q̄tidie humilior, timoratior, & custoditior fieri, atque in reformatione interna perfectior inueniri.

¶De proprietatibus personarum fœminei sexus. ¶Art. .8.

AN non cognoscitis vosmetipsos, nisi forsan reprobi sitis. Ad hoc quod religiosa persona studeat reformare seipsam, necesse est, vt dispositionem suam cognoscat .i. proprietates & inclinationes suas naturales, aut consuetudinales, quatenus in quibus defectuosior culpabiliorque consistit, ac pronior ad peccandum, in illis fortius instet ad reformandum & emēdandum se. Nam iuxta diuersitatem complexionū, diuersæ sunt inclinatiōes & pronitates ad mala. Sanguinei namque communiter ꝓniores sunt ad delectationes, cholerici ad iram, phlegmatici ad pigriciā melancholici ad tristitiam atque inuidiam. Vnde vir sanctus Leo papa testatur: Dæmones quoque hominū tentatores singulorum discutiunt mores, scrutantur affectus, ventilant curas: & ibi quærunt artes nocendi vbi viderint quempiam amplius occupari. Verūtamē sunt quædam ꝓprietates, in quibus fœminæ communiter conueniunt. Etenim fœminæ secundum communem cursum imperfectiores & defectuosiores sunt viris. Nihilominus quædam fœminæ sunt multum viriles, constantes atque prudētes: partim ex naturali sua dispositiōe, partim ex gratia studioque virtutum. Itaque sicut Aristoteles & alij docent, mulieres ex sua dispositiōe naturali, communiter sunt verecundæ ac timidæ, & hoc est bonum. Quia ex naturali verecūdia ac timore, retrahuntur & abstinēt à multis excessibus Quædam tamen sunt inuerecundæ, & male audaces quæ solēt multa & magna peccata incidere, & difficulter corrigibiles eē. Insup mulieres communiter sunt ex naturali dispositione pusillanimes & cupidæ honoris, & non bene sciunt secreta celare. Idcirco cōsulitur

2. Cori. 13

Leo papa

viris vt secreta sua nō reuelēt vxoribus suis: Dū eīm cōueniūt, solent sibi inuicem reuelare secreta maritoꝝ suoꝝ. Fœminæ quoque communiter sunt molles corde & multum compassiuæ ac ꝓnæ ad fletum: & ista sunt bona. Communiter quoque nō sunt ita superbæ & duræ vt viri: idcirco ad deuotiōem solent esse magis disposi-

Grego.

tæ, quā sunt viri. Vnde in antiphona dixit Gregorius: Intercede ꝓ deuoto fœmineo sexu. Præterea communiter sunt debiliores in ratiōe, q̄ viri: & nisi p gratiam ac virtutes iuuentur, multum sequuntur suas passiōes & inclinationes. Ex q̄ vltra cōsequitur ꝙ non bene neque faciliter sciunt se frangere, nisi gratia auxiliante. Et quales sunt, tales sunt valde: qa si ex naturali dispositione sunt piæ compassiuæ atq; flexibiles, tunc sunt nimis piæ & compassiuæ ac flexibiles. Si autem ex naturali dispositiōe sint duræ, ꝓteruæ, ac pertinaces, iracundæ & cōtentiosæ: tunc sunt valde duræ, proteruæ immāsiuæ, iracundæ, litigiosæ, peruersæ, turbulentæ

Eccle. 25

Ideo in Ecclesi. scriptū est: Non est caput nequius sup caput colubri, & nō est ira sup iram mulieris. Cōmorari leōi & dracōi placebit magis, q̄ habitare cū muliere neq̄. Omnis plaga, tristitia cordis, & oīs nequitia, neqtia mulieris. Hinc Salomon dixit: Tecta iugiter pstillātia, & mulier mala comparātur. Et sicut in libris sapiētialibus, mulier bona excellēter laudatur: ita in libris illis mulier mala vehemētissime vitupatur. Insup mulieres ex naturali dispositiōe communiter sunt instabiles mēte, & ꝓnæ ad fabulādum: atq; ad ea q̄ ipsis ꝓhibentur, magis affici solent. Sicq; suæ reformatiōi & bonæ informatiōi, multæ eaꝝ difficillime acqescūt Hæc de naturalibus ꝓprietatibus fœminarum breuiter tāgo, nō qd omnes sint tales: Sed qa communiter tales sunt. Et q̄uis ex naturali dispositiōe tales existāt tamē auxilio gratiæ dei, studioq; virtutū, possunt esse valde virtuosæ ac sapiētes: sicut & multæ earum sunt. Attamē q̄dam eaꝝ etiā in medio deuotaꝝ & sanctaꝝ congregatiōum, nō satis efficaciter ꝓ sui emendatiōe

Prou. 19.

labo-

laborant: sed in prætactis proprietatibus prauis ac pessimis perseuerant, ac instar luparum atque vrsarum consorores suas deuotas ac pias inquietant, & grauant: imo & superioribus suis rebelles sunt. Hæc dico in generali, quatenus vnaquæque diligenter seipsam consideret, veraciterque agnoscat, humiliet, & emendet. Hinc gloriosus expertissimusque HIERONYMVS in regula sua, quam monialibus deuotis & sanctis scripsit, interdum alloquitur eas durissime, & prætactas earum proprietates defectuosas acriter tangit, atque vituperat, dicens: Debilis est nimium sexus, quem geritis, & fragilis ac mobilis, si suo relinquatur arbitrio. Et si virtuosus sit animus, tamen nisi regatur ac dirigatur continue, cito deijcitur a sancto proposito, sicut in Eua hoc patuit. Profecto nihil virtutum in vobis foret durabile, si vosipsæ tantum de vobisipsis curam ac regimen haberetis. Proh dolor infelix conditio sexus vestri. Sanctior mulier vltra quam dici liceat, si viro adhæreat: quantumcunque spirituali instinctu, inclinatur tandem ad nephas, si in viro virtus deficiat. Hinc rursus sanctus affirmat HIERONYMVS. Infortunatissimum genus mulierum, hamo capiuntur vt pisces. Ad macellum conducuntur, vt bestiæ. Proteruæ nimium fœminæ, fictitia cupiunt, subornata verba deposcunt, exquirunt mendacia, fabulas non fastidiunt. Hæc & consimilia multa beatus tangit Hieronymus, quatenus moniales suam imperfectionem aduertant, atque in quibus se emendare ac refrenare indigent ac tenentur, prudenter perpendant: seque in prædictis vincere semper nitantur.

Hiero.

Gene. 3

Hiero.

¶Quod vnaquæque religiosa persona, tanto sollicitior ac feruentior esse debet, vt cohabitantes sibi ædificet, & nullatenus scandalizet: quanto maior est congregatio in qua manet.

¶Arti. 9.

Matth.18

QVi scandalizauerit vnum ex his pusillis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspēdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in pfundum maris. Væ homini per quem scandalū venit. Hæc sunt verba dei & Saluatoris ac iudicis nostri Iesu Christi. In quibus vbis horribiliter valde loquitur cōtra eos, qui non metuūt suos proximos scandalizare hoc est, verbo aut facto minus recto occasiōem peccābi præstare. Porro pusilli vocantur, homines bonæ voluntatis, sed impfecti atque ad peccandum procliues; qui tamen peccare solent potius ex ignorantia vel infirmitate.i. vehementia passionis: quam ex proposito, ac certa malitia. Perfecti autem non scandalizantur faciliter, sed peccantibus & scandalizantibus compatiuntur, & orant pro ipsis, eosque increpant & informant. Pusillorum vero scandalizatio est maxime prçcauēda, cum sit contra dei honorem, & proximorum salutem: ac duplex sit scandalizantis trangressio atq; pditio. Deniq; si ita damnabile, periculosum & enorme est, vnū scādalizare pusillum, vt ex ptactis Christi verbis ostensum est: quæ mens concipere, quæ lingua possit exprimere, quā vitiosum sit, totā communitatem aut multos pusillos scandalizare, inquietare, turbare: & eos qui iusti ac perfecti sunt, prauitate propria contristare: cum per Ezechie. prophetam dominus inter grauissima Iudæoų peccata computet, quod iusto s contristauerunt: Mœrere (inquiens) fecistis cor iusti, quem ego non contristaui. Audi o religiose, quid præcipuus religiosorum doctor sanctus dicat Bernardus: An non grauiorem persecutionem videtur tibi Christus pati ab eo qui suggestione maligna, exemplo perniciosō, scādali occasione, auertit ab eo animas quas sanguine suo redemit: quàm à Iudæo, qui sanguinem ipsum fudit. Certe religiosus, qui hoc verbum non expauescit, spiritaliter viuere non videtur. Nā vt rursus fatetur Bernardus: Saluatori animarum, non potest grauior persecutio fieri: quàm vt animæ auertantur

Eze.13.

ab

ab eo, aut à spiritali impediantur profectu. Preterea sicut Sanctus asserit Augustinus, qui in cõspectu aliorũ male agit, quantum in ipso est, eos spiritaliter perimit à quibus cõspicitur. Imo, vt beatus Gregorius ꝓtestatur, qui coram aliis scandala seminat, tot & tantis condemnationibus dignus est, à quot & quantis videtur. Tenetur ergo religiosus, proximis suis exemplaris cõsistere, sicut iussit Saluator, dicendo: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videãt opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Hoc autẽ impletur, quando apparet misericordia in effectu, benignitas in vultu, humilitas in habitu, modestia in cohabitatione, patientia in tribulatione. Quantis enim exempla veræ humilitatis, charitatis, & aliarum virtutum præbueris: pro tantis & cum tantis æterna p̃mia possidebis. Ideo ait Bernardus: Nullum cõsiliũ melius arbitror, quam vt exemplo tuo doceas ꝓximum quæ oporteat, & quæ non oporteat fieri: ꝓuocans eum ad meliora, nõ verbo tãtum, sed opere & veritate. Nempe vt asserit Leo papa: Validiora sunt exempla .i. exemplaria seu ædificatoria opera, quam verba. Et plenius est opere docere, quàm voce. Hinc innotescit, q͂d religiosus tanto maiorem gloriam promeretur, quãto inter plures exemplariter conuersatur. Tanto q̃ꝙ grauiorem damnationem incurrit, quanto inter plures peruerse & scandalose se hàbet. Idcirco qui in medio congregatiõis versatur, cum summa solicitudine studeat exemplaris esse, in verbis & factis: & tanquam angelus pacis satagat de domo dei scãdala tollere. De hac materia, notabiliter loquitur in suis sermonibus Eusebius Emissenus: Si bene perspicimus, non solum solitudo ista .i. locus monasterii, constringit & obligat nos ad cõuersandum perfecte: sed cõgregatiõis etiam multitudo. Nam sicut preciosum atque pręcipuum est in medio multoꝝ bene agere, plurimos ad ꝓfectum exemplo boni operis excitare: ita periculosum & perniciosum est, negligentius tepidiusq; agendo, multoꝝ

Augusti.

Grego.

Matth.5.

Bernar.

Leo papa.

Matth.13

Eusebius.

deuotionē impedire. multorū animas deprauare. Hoc aūt cur dico? Quia (q̄d peius est) facilius inuenimus, q̄ ea q̄ deteriora sunt, q̄ qui meliora sectentur. Itaq; qui inter multos vitam agere statuerūt, cum grādi fructu sunt diligentes, aut cū grādi periculo negligētes. Vnde felix est illa anima, q̄ dum bene in cōgregatiōe versatur, multorū gaudiū est: & plurimi ex ea ędificātur, aut illustrātur. Itaq; si in cōgregatiōe posit⁹ religiosus, obedietiam tenuit, si patiētem humilemq; se præbuit, quā tos ædificauit, tātos & fœnerauit: & quātum bonū ex se proximis commēdauit, tātum in sua lucra conuertit. Si vero per inobediētiam vel superbiam, alios ad peccandum induxit: quātos destruxit, de tātis periculum damnatiōis incurrit: & peccatū q̄d ab eo semel processit, ad ipsum multipliciter redundauit. Quamobrē sicut ille valde admirādus est atq; laudādus, cuius cursus multorū profectus est: ita ille merito lugendus est cuius vita multorū ruina est. Itaq; in medio multorū positi, ea quæ ad ædificationē pertinent agere studeamus, ne vitia nostra aliorū virtutibus noceant, ne aliorum feruorem tepor noster debilitet, ne aliorū patientiam nostra iracundia violet, ne aliorum humilitatem superbia nostra deprauet, ne aliorū ardētes lampades extinguamus, si nostras illuminare negligimus

Matth. 25 Et quidem stultæ illæ virgines, q̄tumlibet stultæ, non tamē lampades alienas extinguere, sed suas illuminare cupiebant. Ad istarum ergo virginum similitudinē si alicui nostrum deest pinguissima gratiā humilitatis si fidei ignis, si flamma feruoris, si oleum charitatis, si lumē discretionis: veniat ad eos, quos in his bonis magis abūdare pspexerit, & gratiā proximi sui in se, nō auferēdo, sed imitando, transfundat: & bona possessiōis alienæ sine dāno, imo cum lucro possessoris, inuadat. Benedicta deo illa anima, cuius humilitas, alterius cōfundit superbiam, cuius patiētia proximi extinguit iracūdiam, cuius obediētia pigritiā alterius tacite increpat, cuius feruor inertiam alieni teporis exuscitat, qui

oculum cordis proximi sui turbatum ꝑ ira, verbo cõsolationis & ædificationis illuminat. Melior est hic, q̃ qui proximum suum ab aliq̃ contristatum aut tentatum, multiloquio suo adiuuat ad ruinam. Itaq; caueat vnusquisq;, ne sit alteri occasio perditiõis, aut detrimenti sed profectus, ac maioris salutis.

¶De ꝑpetua continẽtia, q̃ est tertiũ pũctũ in præfata professione contẽtum. ¶Art. .10.

O Quàm pulchra est casta generatio cum claritate. Vitia carnis, delectationesque tactus, mentem hominis vehementissime cæcant, hominem quoque vilificãt, ac bestĳs reddunt consimilem: Ideo religiosi castitatẽ ꝑpetuã sponso ꝓmittũt cœlesti. Est aũt castitas ista virtus moralis, concupiscẽtias & voluptates carnis refrenãs, ac auferẽs. Ideo quicq̃d huic castitati cõtrariatur monasticę ꝓfessioni repugnat, & mortale peccatũ est: imo & fractio voti in religiosa ꝑsona. Porro castitati huic cõtrariat̃, nõ solũ cõmixtio viri & fœminę, sed etiã cõsensus in delectationẽ. Toties ergo violat religiosus suã ꝓfessionẽ, q̃ties plene cõsentit in delectationẽ obscenã, aut in opus venereũ: & maxime si (q̃d absit) ad cõmixtionẽ ruat carnalẽ. Promisit em̃ castitatẽ, q̃ virtus est, q̃ non solũ cauet ab opere: sed ipsam q̃q; cõcupiscentiã reprimit, & vitiosam delectationẽ contemnit. Tu ergo o monialis cõsecrata, & oblata altissimo, despõsata vnigenito dei, coniũcta ꝑ fidẽ & charitatẽ ꝓfessionẽq; monasticã spõso cœlesti, dignitatẽ tuã grata ac humili mẽte aduerte. Noli vilificare teipam. Nequaq̃ alienũ appetas, aut aspicias amatorẽ. Oculos cordis fige ĩ spõso supno. Oculo corporali nõ optes aspicere, q nõ licet tibi appetere. Si fœda aliq̃ imagĩatio, cogitatio ve ĩmũda, occurrerit tibi: mox atq; celerrime auerte te ĩde, & ad cœlestis spõsi cõtẽplationẽ te erige. Passionẽ ipsi⁹ diligẽtissime cũ ꝓcordiali dilectiõe & cõpassiõe, stabilit̃ intuere. Nouissima tua attẽde, deũ ĩuoca, lauda, ãplectere. Nullũ locũ, nullã morã, tribue ĩ te cogitatiõi ĩmũdę, ĩclinatiõi viliss.

Sapi. 3.

Noli

Noli viri cogitare aut amare, vt viri sed vt hominem. Obliuiscere sexum: Familiaritatem cum viro, secreta colloquia, periculosum amorem sensualem, prorsus deuita. Nihil periculosius mulieri, quam vir, & viro q̃ mulier. Denique castitatem cõseruant refrenatio sensuum exteriorum, occupatio bona, studium scripturarum, sobrietas, asperitas lecti ac vestiũ, oratio, dominicæ passionis memoria, consideratio districtiõis diuini iudicij, & infernalium tormẽtorum grauissimorum, quæ incontinentibus sunt parata, euitatio occasionum & opportunitatũ peccandi: vt pote loci & temporis, ac personæ, raritasq; sermonis. Hinc intra clausuram, & ad facialem intuitum monialium, viri non admittantur, nec ad colloquium, nisi per fenestram velo obtectã: pro vt in regula sua sctũs scribit Hierõy in qua de ista materia, cõscripsit multa salubria. Præterea castitati ac virginitati humilitas firma semper addenda est, timor & verecundia. Nec enim castitas sine his placet. O quãta est dignitas virginis monialis, quę casta est mente & corpore, humilis & pudica: timorata ac taciturna, in sancta dilectione sponsi cœlestis fixa & feruida, atque custodiæ sui cordis indefinenter intẽta Ideo ait scriptura: Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata ac tacita.

Hiero.

Eccle. 26

¶De voluntaria paupertate, quam profitentur religiosi. ¶Art. .11.

Matth. 8

Lucæ. 9

VVlpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius aũt hominis non habet, vbi caput suum reclinet. Hæc verba loquutus est de seipso, sponsus cœlestis dominus Iesus Christus. Qui cum diues esset, ꝓpter nos paup factus est, vt eius inopia diuites essemus. i. merito suæ paupertatis, spirituali opulẽtia gratiæ ac virtutum, atque donorum spiritus sancti adimpleamur. Hanc paupertatem filij dei, cupientes aliqualiter imitari religiosæ personæ, paupertatem promittunt, prout paupertas est virtus per quam temporalia contemnuntur amore sponsi cœlestis: ita q̧ de eis nil

pro-

proprium possidetur, neque appetitur. Ideo quotiescun-
que persona religiosa aliquid proprium cupit habere
aut habet, aut aliquo proprio vtitur: toties professio-
nem suam transgreditur, & valde mortaliter peccat. Si
autem tentetur de habendo aliquid proprium, nec sa
tis cito viriliterque resistat tali tentationi, quamuis nō
consentiat plene: venialiter peccat, quemadmodum
si tentetur de vitio aut concupiscentia carnis. Itaque
parum est, imo & religioso nil prodest, terrenas opes,
& propria cuncta relinquere: nisi mētem suam expur
get ab omni cupiditate & inordinato affectu, circa ter
rena & temporalia bona, nec quicquam de tempora-
libus cupiat, tāquam proprium possidere: imo nec in
communi, nisi in quantum vtile aut necessarium est, ꝓ
moderata & sobria corporis sustentatione, vt aptius
sit ad religiosa dei obsequia: iuxta illud Apostoli. Ha-
bentes victum, & quibus tegamur, his contenti simus.
Hinc ait Eusebius: Hunc modum sibi specialiter impo
nere debet religiosus, vt tm̄ habeat, quantum necessi-
tas poscit: non quantum cupiditas cōcupiscit. Etenim
nisi ex corde pauper sis & affectu, paupertas tua non
virtus, sed miseria iudicanda est. In hac re quædam re
ligiosæ personæ valde insipienter ac culpabiliter ha-
bent se, quæ licet nil proprium habēt, nec cupiant: ve-
runtamen in his quę earum vsui conceduntur, non so
la necessaria prouisione contentę sunt: sed aliqua cu-
riosa atque superflua petunt, procurant, & amant: &
circa ea tam immoderate afficiuntur, vt confratribus
aut consororibus suis ea vix velint ad modicum tem-
pus concedere: nec sine turbatione, murmuratione, &
indignatione, patiantur ea sibi a superioribus suis au
ferri. Quod periculosum est, & vitio proprietatis val-
de propinquum, prout magni patres Cassianus, & Cli-
macus contestantur. Et quoniam corda sua ab inor-
dinatis affectibus circa terrena, nō satis purificant: id-
circo interdum ꝓ amissione, ablatione, aut deteriora
tione viliū reꝝ eis ad vsum cōcessarum, tā impatiētes
&

1. Timo. 6
Eusebius.

& turbulētæ reddūtur: vt hoēs seculares ꝓ magnis dā nis, vix tantū tristētur, aut pturbentur. Qui vt tactum est, nisi amor desideriumq; habendi terrena, plene & integre extirpēt de corde, ipsa inordinata affectio ardentior est in paruis, & plus vexat & inquietat in minimis. Tales ꝑsonæ paꝝ aut nihil in religione ꝓficiūt sed manent in passionibus & fecibus ac puerilitatibu suis. Aduertat & ponderet religiosus, quod doctor ill. famosus dominus Guilielmus Antisiodorensis ait in summa sua: Tenuitas victus & vestit⁹, ita sunt de essentia religionis, q̄d sup ea non cadit dispensatio. Cur ergo religiosi emunt, q̄runt, & ꝓcurant superflua, nec necessariis sunt cōtēti: sed agrum agro, domum domui possessionem possessioni coniungunt, nō sine grandi scādalo & obloquutiōe pusilloꝝ, & secularium hominum: cum tamen religiosi maxime teneātur esse omnib⁹ exēplares. Atq; vt sanctus affirmat Hiero. quicq̄d vitari potest salua triplici veritate, & pote veritate doctrinæ, veritate vitæ, & veritate iustitiæ, hoc vitādum est etiā à secularib⁹: quātomagis à religiosis, ꝓpter vitāda scādala pusilloꝝ? Certe vt asserit Cassianus, cupiditas aut auaritia à religiosis ꝑsonis in exordio conuersionis eoꝝ, faciliter vincitur, ac vitatur. Sed si rursus cœperint cupiditatē admittere, fiunt cupidi nimis, ac difficillime à cupiditate purgātur: imo multis secularibus fiūt auariores: q̄d est vehementer detestabile, ac deflendum. Insup sunt quidam religiosi, votum suę paupertatis non satis pensantes, quibus si à superioribus suis nō ministretur de cibo, potu, vestitu, aut consimilibus ad voluntatem eorum, mox indignātur, obloquūtur ac murmurāt. Sicut de impiis in Psalmo cātatur: Si vero non fuerint saturati, & murmurabunt. Imo nōnulli qui in domib⁹ suorum parētū, vix tenuē alimoniā habuissent, iam in claustro abundantiā quęrunt. Attendat ergo religiosus cur terrena reliquerit nec ꝓprium habeat: quatenus cor suum à variis distractionibus, curis & affectiōibus liberatum & ereptū, in deo

Guiliel. Antisi.

Hiero.

Cassia.

Psal. 58

deo suo totaliter occupetur, accendatur, stabiliatur, & quietetur: atque hoc indefesse conetur. Sicque curiosa, superflua, delicata & carnalia, spernet.

¶De vera & sancta obedientia, ad religiosos spectante ¶Art. 12.

MElior est obedientia q̃ victimæ: & auscultare magis, q̃ offerre adipẽ arietũ: qm̃ q̃si peccatũ hariolãdi est, repugnare: & q̃si scelus idololatriæ, nolle acqescere. Hæc sunt ỽba Samuelis ꝓphetæ. Si ergo inobedientia, tam enorme peccatum est in vnoquoq; credẽtium: q̃tomagis in religiosis, q altissimo & eius vicariis obedientiam solenniter promiserunt? Porro obedientia virtus est castitate & paupertate præstantior, & obedientiæ votum aliis duobus votis est dignius atq; sublimius. Quia per obedientiam offert & subiicit religiosus deo & eius vices gerẽti seipsum, sc3 ꝓpriam voluntatem, & intellectum. Est em̃ obedientia virtus, per q̃ homo sponte subdit seipsum superiorꝫ suorum præceptis, & primum deo: deinde vices eius gerentibus propter deum. Debetq; obedientia ista ex charitate exhiberi ac fieri, quemadmodum beatissimus princeps apostolorum loquutus est, dicẽs: Castificantes animas vestras in obedientia charitatis. Nam & præsidentes sunt specialiter diligẽdi, atq; ex corde synceriter honorãdi, scd̃m q̃d vas electiõis hortatur, dicens: Rogamus vos vt noueritis eos, qui laborant inter vos, & præsunt vobis in domino, & mnoẽt vos, vt habeatis illos abundãtius in charitate: ꝓpter opus illorꝫ, pacem habete cum illis. Hoc vtiq; ad bonum pertinet subditum, præsertim religiosum, adhibere diligentiam grandem, ne sua duritia, rebellione pertinatia, aut tarditate obediendi, contristet, aut grauet, suos superiores, aut conuentuales conturbet: sed potius alacritate obedientiæ suæ, ipsos lætificet atque ædificet. Hinc qppe ad Hebræos scribit Apost. Obedite præpositis vestris, & subiacete illis. Ipsi enim peruigilant, tanquam rationẽ ꝓ animabus vestris reddituri, vt

1.Reg.15

1.Pet.1

1.Thess.5

Heb.13

non quia sibi placet & conuenit, quod ei iniungitur: sed quia sic placet superiori, cuius voluntati, suam cõformare voluntatem tenetur. Postremo ad obediẽdũ ꝓmptissime, inducere debet omnem religiosum, imo & omnem Christianũ: q̊d ait Apost. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: Non est enim potestas, nisi à deo. Quę autem à deo sunt, ordinata sunt Itaq; qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnatiõem acquirunt. Hinc & spiritus sanctus p Mosen est loquutus: Anima quę p superbiam aliquid commiserit. q̃m aduersus dominum rebellis fuit, peribit de populo suo.

Roma. 13

Num. 15

¶Quàm feruide & frequenter, sancti patres exhortati sint religiosos, ad obediendũ libenter ac ꝓmpte. ¶Art. 13.

Iohan. 6.

DEscendi de cœlo, nõ vt faciam voluntatẽ meã sed voluntatem eius qui misit me. Hæc sunt ỽba filij dei. Religiosæ ergo ꝑsonæ, quarum est Christum perfectius ac specialius imitari, quã secularium hominum: neq̃quam inniti debent immorari aut adhærere ꝓpriis cõsiliis, ꝓpriis iudiciis, aut volũtatibus ꝓpriis, cõtra doctrinam & iussionem superiorum suoꝝ regulariter conuersantium: sed seipsos in cunctis humiliare, subiicere, frãgere, omnemq; singularitatem ac priuatiam euitare, ne eis conueniat, quod ait sanctus Iudas Apost. Hi sunt, qui segregrãt semeipsos, animales, spiritũ nõ habentes. Itaq; beatissimi patres, scientes vniuersos labores, & obseruantias religiosorum, sine obedientia, nõ solum non habere beatam mercedem, sed etiam sempiternam adipisci dãnatiõem, specialissime ac feruẽtissime exhortati sunt cunctos religiosos ad obediendum prompte in omnibus. Hinc etenim gloriosus Hierony. ait in regula sua. Horror, admõeo, & exoro vos charissimæ, ac dilectissimæ filiæ, quæ iam mortuæ & sepultæ estis cum Christo, quæ iam carne & omni gloria eius contempta, ad nouitatẽ vitæ spiritus estis renatæ, vt tanq̃ peregrinas

Iudas.

Hiero.

Coloss. 3

1.Pet.1 &aduenas abstineatis vos à carnalibus desiderijs,quę militant aduersus animam,subijcientes vos in omni obediētia,&timore,&reuerentia præpositæ matri ve strę,vt iam omnino nil liceat velle,aut nolle,aliter q̃ abbatissima seu mater domus mandauerit,nihil graue aut importabile videatur,quamuis iussum nō concordet ꝓpriæ voluntati. Vere obediēs,&qui ꝑ Christo caret omni voluntatis suæ arbitrio,nihil nouit difficile,nihil iniustum. Mementote charissimæ ꝙ in religionis ingressu,omnem volendi aut nolendi licentiā ac libertatem,pro Christo dimisistis,&abnegastis,nisi quæ Christus ordinaret de vobis, per gerentes vices ipsius. Obeditis namq; certissime Christo,cū obeditis præpositæ matri. Tuncq; sponso cœlesti magis gratæ, magis estis placentes,citiusq; meremini duci ad thalamum eius supernum, vt cum omni iucūditate astringamini beatissimis atq; mūdissimis eius amplexibus, dum studetis obedire eius mādatis,in sua vicaria. Honor enim vicarij redundat ad dominum. AEmulamini semper in hac dei æmulatione, vt certatim adinuicem vna conetur aliam excedere in obedientia. Non est monasterium, nō religiosi,nec moniales:vbi subditis deest obedientia erga prælatum. Destructiōi corpus expositum est, dum membra discordant à capite.

Idem. Hinc rursus ait Hiero. Nondum viuit deo,nōdum attigit semitas religiōis ac Christi monialis,quæ nō efficit ita simplex &pura,vt quicquid sibi mādatum fuerit ꝑ præpositam matrem, putet angelico ore trāsmissum. O quā aduertēdum ac metuēdum est verbum hoc monialibus vniuersis. Nam denuo ꝓtestat Hierony.

Idem. O quā felix &abūdās gratia est obediētia,summa virtutum causa. Nam simplici gressu,hoēm ducit ad Christum:&mēs nō solum excusatur à reddēda ratione ꝓ subditis,sed nec etiā obligat reddere de seipsa. O summa libertas,qua obtēta vix possit homo peccare. Præ-

Bened. terea sanctus Bened. scribit in regula sua: Primus humilitatis gradus est,obediētia absq; mora, q̃ conuenit

veris

veris religiosis:qui mox vt aliquid iussum fuerit a superiore,sine mora obediunt, ac si diuinitus imperet: qui relinquentes quæ sua sunt,&voluntatem ꝓpriam deserentes,mox ex occupatis manibus,&q̊d agebant, imꝑfectum relinquentes,vicino obediētiæ pede iubētis vocem factis sequūtur.Obedientia namq; acceptabilis erit deo,&dulcis hominibus:si quod iubetur,fiat & impleatur,non trepide,nō tarde,nō tepide,neq; cū murmure,nec cum responsiōe nolentis.Nam obedientia quæ superioribus exhibetur,deo offertur,q suis vicariis loquitur:Qui vos audit,me audit.Ideo bono animo eam exhibere oportet. Si eñ malo animo,aut cum murmuratiōe obediat subditus,& si impleat iussionem: tamē acceptum deo nō erit,quia cor respicit murmurātis.Et ꝓ tali facto nullam cōsequitur gratiā imo murmurātium pœnam meretur.Insup Eusebius Emissenus fatetur: Omnia detrimēta animæ ex inobedientiæ vitio oriuntur.Obedientes aūt & humiles, multas tribulationes atq; labores æquanimiter sustinent & in suum profectum conuertunt. Sciendum est enim, quod quanto humiliores & obedientiores fuerimus, tanto iugum domini super nos leuius ac dulcius sentiemus. Quanto obedientiores fuerimus patribus &superioribus nostris,in tantum deus obediet orationibus nostris.Videamus quam acceptabilia sint deo opera vel ieiunia eorum, qui potius obsequuntur voluntatibus suis,q̄ superiorum suoꝝ.Clamāt illi:Quare ieiunauim⁹,& nescisti.i.nō ap ꝓbasti? humiliauimus animas nostras, & non aspexisti? Ad qđ de⁹ respōdet:Quia in diebus ieiunioꝝ vestroꝝ,inuenitur voluntas vestra.i. propriā facitis voluntatē. Videmus propter inobedientiam opera animaꝝ nō respici,ieiunia nō acceptari, vota nō suscipi. Idcirco nos potius sectemur mādata illius, qui ad hoc ad nos de cœlo descēdit, vt non solum redimeret nos precio suæ mortis: sed etiā ædificaret exēplo cōuersatiōis,& cū illo dicamus: Ego non veni facere voluntatē meā,

Lucæ.10.

Eusebius.

Isaię.58

Eodem.

Iohan.6.

sed voluntatem eius qui misit me patris. Ire autē post ꝓprias volūtates, tam pnitiosum est, vt hoc dn̄s iratus ꝓ pœna peccati irroget dicens: Dimisi eos secūdum desideria cordis eorum. Quamobrem q vult opera sua esse tuta & recta in conspectu dei, nihil obediētiæ præferat, nihil penitus ante ponat, siue iunior siue senior imo quo senior est, eo ædificatiōi & pfectiōi plus studeat, nullum sibi faciat finem proficiendi. Deniq; his cōsonat, q̊d sanctus ait Bernardus: O qnàm pauci inueniuntur in hac pfectæ obedientiæ forma, qui ita pfectꝰ suam abijciāt voluntatē, vt omni hora requirant nō q̊d ipsi, sed q̊d dominus vult: dicētes cū Paulo Aposto. Domine quid me vis facere? Multoꝝ pusillanimitas & puersitas hodie exigit, vt ab eis q̄ri oporteat: Quid vis faciam tibi? Nō ipsi quærunt, domine quid me vis facere? Considerare necesse habet vicarius Christi, q̊d sibi præcipi velint: nō ꝗ ipsi considerāt, quæ sit præceptoris voluntas. Discernunt & dijudicant, eligentes, in q̄bus obediant imperanti: imo in quibus præceptorē suum necesse sit obedire voluntati eoꝝ. Non est eoꝝ obedientia plena, non in omnibus parati sunt obseq Non per omnia sequi proposuerunt eum, qui non suam, sed patris venit facere voluntatem. Hinc iteꝝ loquitur sanctus Berna. Quicūq; aperte, vel occulte satagit, vt id q̊d ipse in sua habet voluntate, hoc ei spiritualis pater iniungat: ipse se seducit, si sibi de obedientia blādiatur. Neq; eñ in illa re ipse obedit prælato, sed magis prælatus ei. Quod si quis obediat quidem ad oculū murmuret autem in corde, falsa est obedientia. Solā etenim charitas est, quæ obedientiam gratam facit, & acceptabilē deo: verus obediēs, dat suum velle & nolle Hinc dicit beatus Grego. Obedientia non seruili metu sed charitatis affectu seruanda est: non formidine pœnæ, sed amore iustitiæ. Religiosus ergo nō se excuset ab adimpletiōe eius q̊d sibi iniūgit superior, quasi melius aut sublimius quid acturus: quia vt ait Bernardus Nec studium bonæ actionis, nec quies contemplatōis, nec

Psal. 80

Bern.

Actu. 9.

Thom.

Grego.

nec lachryma contritionis extra obedientiam placet deo. Qui iterum ꝓtestatur: Verus obediens mandatũ non procrastinat, sed statim parat aures auditui: lin-guam voci, pedes itineri, manus operi: seq; totum col ligit intus, vt mandatum impleat præsidentis.

¶De varijs causis & motiuis, quæ oẽm religiosam personam inducere debent, ad fortẽ impletionem voti obedientiæ, & alioꝝ, quæ in sua professione ac regula continentur. ¶Art. 14.

Quæcunq; voui, reddam domino pro salute. Ad indefessam atq; idoneam impletionem suæ ꝓfessionis, inducere debet quemlibet religiosum ipsa obligatio permaxima suæ solennis promissionis, q̃ fecit altissimo: quæ maior ac fortior est, q̃ obligatio iuramenti, vt dictum est. Videmus aũt q̃d etiam homines seculares, ruteri, & militares ac bellatores, & qui deum non metuunt, in tantum abhorrẽt violationem suæ ꝓmissionis ac iuramenti, ꝓpter vitãdam humanam diffamiam: vt cum capti fuerint & sub iuramento seu ꝓmissiõe redeundi infra tempus taxatum dimissi fuerint, reuertantur: quamuis sciãt se diro carceri mancipãdos, aut aliter puniẽdos, vel etiã occidendos. Quanto magis satagere debet religiosus, vt ea quę deo vouit aut iurauit, fideliter indilateq; im pleat: ne coram omnipotẽte & omnibus sanctis eius inueniatur & sit perfidus, diffamis, damnabilis? Secundo ad hoc incitare debet religiosum ineffabilis magnitudo atq; enormitas peccati, q̃d in trangressione ꝓfessiõis cõsistit, q̃d piurio grauius est. Ideo ne religiosus tã abominabilis, vilis, & impius, coram deo reddat, debet incessabilem diligentiam adhibere, vt ꝓfessiõem suam ꝓsoluat. Tertio ad hoc religiosus debet induci, ex consideratione & horrore ęternalium tormentoꝝ acerbissimorum, quę violatoribus suarum ꝓfessionũ infligũtur: q̃ p̃ cæteris in inferno tãto acrius intolera biliusq; torquẽtur, quãto eoꝝ scelera sunt enormiora Similiter cõsideratio & pauor rigorosissimi iudicij dei

Ionæ.2.

tis imminenti s,qui sua vota transgrediuntur,ad exe cutionem votorum virilem accendere debet omnem religiosum.O quali vultu aspiciet sponsus cœlestis iu dex supremus,animas religiosorum, præsertim monia lium,q̃ sibi fidelitatem nõ seruauerunt: sed cũ dæmo nibus spiritaliter fornicatæ sunt,aut corporaliter q̃q; cũ amatoribus alienis. Quarto ad hoc prouocare debet, contemplatio gloriosissimæ beatitudinis, quæ obser uantibus suam professionem promissa est ac prestand Quanto enim in hac vita seipsos plenius offerũt deo. &eius seruituti se mãcipãt: tãto in regno cœlesti deus seipsum,plenius, clarius,atq; suauius reddet,coniun get,&applicabit se ipsis, Et quanto plus propter deu suas fregerũt ac abiecerũt volũtates,& q̃ per obediẽtia profundius humiliauerunt seipsos:eo in paradyso cœ lesti deus omnipotens gloriosius adimplebit volunta tẽ ipsorum,eosq; sublimius collocabit.Hinc in Vitaspa trum narratur, quod quidam sanctorum patrum , in extasi positus,vidit quatuor genera hominum deo placentiũ Vnum fuit infirmorum,qui in suis infirmitatibus pa tientiam habent,&deo regratiãtur.Secundũ fuit eorum q hospitalitatẽ &opera misericordiæ exhibent.Terti um fuit omnino solitariorum.Quartum cœnobitarum qui sub spiritalis patris, aut matris regimine seruiũt deo.Hi erãt maiores in gloria,& torquibus vti aureis videbãtur,quia præ cæteris propriam volũtatẽ prop ter deum integralius dereliquerunt. Quinto ad idem inducere debet consideratio saluatoris,qui propter nos factus est obediẽs patri vsq; ad mortẽ,& passiõi proxi mus dixit ad patrem.Non q̃d ego volo,fiat:sed q̃d tu. Et antea: *Sicut mandatum dedit mihi pater,sic facio.* Cõsideratio q̃q; obediẽtię sancti Abrahę,&oĩm religio sorum sanctorum,q in magnis &arduis fidelissime atq; pro ptissime obedierũt.Sexto,qa deus omĩpotẽs p multa p̃ clara miracula ostẽdit, sibi obediẽtiã eẽ gratissimã, vt patet in eo,q ad iussionẽ abbatis filiũ suũ infantulũ p icit in fornacẽ ardentem ,& mãsit ibidẽ puer illæsus.

Phil.2
Matth.26
Mar.14
Iohan.14
Gene,22

Simili

Similiter in discipulo Pauli abbatis, qui ad iussionem sui abbatis, cingulo ꝓprio ligauit draconem, & ligatũ duxit vsq; ad claustrũ. In fratre q̃q;, q mortuũ suscitauit merito obediẽtię suę. Atq; in sctõ Mauro discipulo Beatiss. Benedicti, q cucurrit sup aq̃s, q̃si sup terrã: & puerũ nomĩe Placidũ submersum, extraxit de aq̃. Septimo, q̃a diuina scriptura, & oẽs patres sctĩ, exẽplo & ỽbis ac scriptis, obediẽtiã maxime laudauerũt. Octauo, qm̃ obediẽtib⁹ & ỽis religiosis, dat deus multiplicẽ cõsolationẽ, mẽtis tranqllitatẽ, cõsciẽtiæ serenitatẽ, & copiosum in omni gratia ac virtute ꝓfectũ. Etenĩ quã to plus amore dei spernũt ac vitãt solatia carnalia & mũdana, & timorati sunt in iugi cordis custodia: tãto copiosius ꝓmerentur consolatiões spirituales, internas, diuinas. De talibus quippe ꝓpheta loquitur deo: Q̃ magna multitudo dulcedinis tuæ dñe, q̃ abscõdisti timẽtib⁹ te: pfecisti eis q sperãt in te, in cõspectu filiorũ hõim. Proteges eos in tabernaculo tuo, à cõtradictiõe linguarũ. Abscõdes eos in abscõdito faciei tuæ, à cõturbatiõe hõim. Itaq; mõialis reclusa, & oĩs religiosa psona, cupiẽs increatã, & infinitã spõsi æterni dulcedinẽ experiri, ac futurã beatitudinẽ dulcit̃ pgustare: vanas & viles cõsolatiũculas spernat, lo q̃citatẽ & rumores seculares deuitet, custodita sit corde & solicita iugiter corã deo, ne eũ offendat ĩ aliq̃. Nono, qm̃ tãta est obediẽtiæ ỽtus, vt de⁹ oĩpotẽs dicat̃ obediẽtibus obedire. i. ꝓ modũ obediẽtis se circa illos habere p̃ces & desideria eorũ celerit̃ exaudiẽdo. Sicut patuit in Iosue, de q̃ ait scrip. Non p̃teriuit Iosue de vniuersis mãdatis dñi, ne vnũ qdẽ ỽbũ. Et de eodẽ viro ait scriptu. diuina: Dixit Iosue: Sol cõtra Gabaõ ne mouearis, & luna cõtra val lẽ Hailõ: steterũt itaq; sol & luna in medio cœli, spacio vnius diei, obediẽte deo voci hõis. Decimo & maxime debet religiosa persona implere fideliter sua vota, ex puro dei amore: potius quàm intuitu præmiorũ, aut timore suppliciorum. Et quanto ille sponsus, cuius sapientia, nobilitas, pulchritudo, dulcedo, excellẽtia,

Iosu. 11

Iosu. 10.

pfectio, felicitas, finem prorsus non habet, gratiosius & amorosius se habuit circa eam: tanto & ipsa religiosa psona, infatigabilius debet conari, vt sit grata, fidelis, ac toto corde intenta, atq; vnita sponso superno. Hæc de obedientia tacta sint, quæ est quintum punctũ in pfessione regularissarum pręfata conte[illegible]tum. Præterea si quæratur, cui monialis magis obedi[illegible]e teneat, suæ abbatissæ, seu matri spirituali, an con[illegible]ori? Respõdetur, q̃d quãtum ad ecclesiastica sacramẽta magis obedire tenetur rectori & confessori. In his vero, quæ ad obseruantiam pertinent regularem, magis astricta est obedire matri spirituali, cui & obedientiam vouit. Sicq; obedientia illa essentialis est suæ professioni, [illegible] maior quàm obedientia, quam confessori tenetur.

Psal. 144

¶ De clausura ppetua, & magnitudine præmij eius ac de causa eius finali. ¶ Art. 15.

Psal. 25

ABscondit me dominus in tabernaculo suo in die malorum, protexit me in abscondito tabernaculi sui. Ex his quæ supra octauo articulo dicta sunt de ,pprietatibus mulierum, faciliter potest perpendi, quàm periculosum sit monialibus egredi claustrum, vagari per mundum, inter seculares homines conuersari, viros, iuuenes, ac adolescẽtulos intueri. Sunt enim naturaliter molles, instabiles, fragiles, atq; ex intuitu obiectorum concupiscibilium mobiles valde. Idcirco earum compũctio, deuotio, recollectio & amor ad sponsum cœlestem, cito atq; faciliter disperguntur impediuntur ac pereunt, nisi indesinenter custodiantur. Imo nisi omnis peccandi occasio eis præscidatur, protinus mens earum mundanis ac sensualibus inficitur ac repletur affectib⁹. Hinc sancti patres instructi ac moti à spiritu sancto, saluberrime ac sapientissime ordinauerunt, vt vniuersæ moniales ppetuo clausæ sint, & ab exordio omnes fuerunt clausæ. Porro, q̃d ad tãtam lapsæ sunt calamitatem, relaxationẽ ac vanitatem, q̃d iam multæ earũ passim monasteria sua egrediuntur, venit ex negligentia & vitioso

supe-

ſuperiorum ſuorum regimine:qui ab obſeruantia re gulari miſerabiliter damnabiliterq; collapſi, ſubditas quoque eis perſonas,pmiſerunt corruere:& non ſolum ad iſtam mundanitatem venire,q̃ exeunt clau ſtrum, imo etiam ad damnabiliſſimum iſtum ſtatum permiſerunt deſcendere,quod proprietariæ ſunt:atq; dum ad viſitandum homines ſeculares inãiter excũt tam precioſe &curioſe ſe veſtiunt,vt niſi diligenter in ſpiciantur,vix moniales eſſe noſcãtur: niſi forſan ex tenui velo,aut modico ſcapulari .Sicq; ſuo veſtitu pã dunt ſe potius eſſe filias Babylonis,adulteraſq; diabo li,ſecundum quod ſanctus docet Auguſtinus: quã filias dei,& ſponſas Chriſti.Quamuis autem in regulis quorundam patrum ſanctorum de monialium clauſura perpetua nihil dicatur,quia,videlicet,regulæ illæ primo à ſanctis patribus datæ ſunt monachis: poſtea tamen,dum & fœminæ cœperũt regulas illas aſſumere,ſancti patres tunc exiſtentes,inter cætera,p monialium conſeruatione inſtituerunt, vt vſq; ad mortem, ſint in monaſterio clauſæ. Et hoc manifeſte iubetur in regula glorioſi Hieronymi,quã ſanctus vir ille mo nialibus dedit,&ſcripſit.Hinc Bonifacius papa octau⁹ volens vniuerſas moniales ad priſtinam clauſurã reducere, dedit de hoc generale mandatum, prout ſexto decretalium continetur, hoc modo: Cupientes ſalubriter prouidere periculoſo ac deteſtabili ſtatui q̃rundam monialium, quæ laxatis honeſtatis habenis & monaſtica modeſtia ac verecundia ſui ſexus impudenter abiectis, nonnunquam diſcurrunt extra monaſteria ſua,per habitacula ſecularium hominum,& infra monaſteria ſua frequẽter admittunt ſuſpectas perſonas,in grauem illius offenſam,cui ſuam integritatem & caſtitatem voluntate ſpontanea deuouerũt, & in religionis opprobrium ac ſcandalum plurimorum:preſenti conſtitutione perpetue irrefragabiliter valitura ſanximus,vniuerſas ac ſingulas moniales pſentes atque futuras,cuiuſcunque ſint ordinis,debere

Auguſti.

Hiero.

Bonif.

manere sub ppetua monasterij sui clausura: nisi tali ac tanto morbo earum aliqua laboraret, ꝙ nō posset cum alijs absq; graui periculo commorari. Nulli etiā inhonestæ psonæ, nec honestæ, pateat accessus ad moniales, absq; speciali superioris licētia, & nisi fuerit manifesta & rationabilis causa: quatenus moniales sic separatæ à publicis ac mundanis conspectibus, valeant deo seruire liberius, eiq; diligentius custodire corda sua & corpora in omni sanctimonia, omni opportunitate lasciuiendi sublata. Ecce in hac constitutione asserit pontifex summus, ꝙ vsus ac status monialium sua monasteria egredientium sit periculosus ac detestādus: & quod moniales sic exeuntes, laxant honestatis habenas, hoc est, cōtra virtutem & frenū honestatis debite agunt: ac impudenter abijciunt religiosam modestiam ac verecundiam, ad sexum fœmineum potissime pertinentem. Quod item per hoc grauiter deū offendunt, ac sponsum cœlestem cui suam integritatem vouerunt, atq; quod exitus ille cedit in sanctæ religionis opprobrium ac scandalum plurimorum. Idcirco moniales exeundo cœnobium non excusantur à graui culpa per dispensationem & licentiam superiorum suorum, cum dispensatio & licētia illa iustam & rationabilem causam non habeat: propter q̄d dissipatio iuris est & abusus. Vnusquisq; quoq; fidelium, tam religiosus quam secularis, magis tenetur obedire pōtifici summo, videlicet domino papæ, q̄ cuicunq; inferiori prælato: quemadmodum super secundum Sententiarum doct res concorditer scribunt. Amplius, in constitutione prætacta tangitur causa finalis, ꝓpter q̄ moniales iubentur ac obligantur esse reclusæ, videlicet, vt omnis occasio incontinentiæ eis penitus auferatur: & tāto purius ac liberius seruiant & inhæreant sponso cœlesti, in omni castitate & sanctitate mentis & corporis, quāto plus separatæ sunt ab humāis aspectibus, ac mūdanis cōsortijs. Porro quāta scelera & scādala oriātur ex monialium egressiōe de claustris suis, quid ne

quid necesse est scribere & ꝓbare, cum tumentes vter & argumenta super terram gradientia', satis & plus ꝙ satis hoc protestentur? Aliæ quoq; dissolutiones & vanitates ꝙ plurimæ inde sequūtur. Ideo deuotæ & timoratæ mōiales in suis clausuris libēter ac hilariter manent, & quicquid à cōtemplatione, amore, & amplexu sponsi cœlestis, quicquid à puritate interna & spiritali ꝓfectu, atq; à stabili recollectiōe mentis in deo, impeditiuum est, horrent ac vitant. Et si (q̄d absit) absq; iusta & rationabili causa exire optarent, aut exeundi licentiam ꝓcurarent, neq̄quam à grandi excusarentur peccato. Deniq; huius spontaneæ ac perpetuæ clausuræ, ineffabiliter magna, gloriosaq; merces est apud deum in cœlis. Nec dubium, quin religiosæ personæ suā clausuram fideliter conseruantes, tāto iucūdius post hanc vitā, volabūt p lōgitudinem latitudinemq; cœli Empyrei, quāto nunc ꝓpter deum in strictiori se cōtinent loco. Veruntamē q̄m parum aut nihil cōfert clausura exterior corporalis, nisi mens clausa, custodita, & mūda sit à cogitationibus vanis, & vilibus: ab imaginationibus fœdis, à vitiosis affectibus, ab inquietudine passionū, à solicitudine mūdanoꝝ, à secularibus occupationibus, curiositatibus, fabulationibus, atq; seculi rumoribus. Ideo religiosa persona reclusa, indesinenter conetur, de die in diem, magis ac magis, pura, stabilita, qeta, illuminata, ac feruida esse in deo. Ab otiosis & superfluis caueat verbis. In cibo & potu moderantiam seruet, & necessitatem quærat, non voluptatem. Discretionem tamē seruet in omnibus, & iuxta superioꝝ suoꝝ informationē ꝓcedat. Cōsuetudinē faciat sibi, vt in omi loco & tēpore, aspiret ad deū & mētem suā leuet ad ipsum: cōsiderādo infinitā bonitatē, sapiētiā, pulchritudinē, suauitatē ipsi⁹: & oēm charitatē, pietatē ac liberalitatē eius circa genus humanū. Atq; in hoꝝ cōsideratiōe vehemēter accēdat diuino amore & glorieē in suo creatore, cōgratulādo infinitę excellētię omiq; pfectiōi & beatitudini ei⁹. Sicq; reqēscat in ipso,
vt ex

Psal.24 vt ex sententia dicere queat: In pace in idipsum, dormiam & requiescam. Et rursus: Oculi mei semper ad dominum. Itemque: Memor fui dei, & delectatus sum. Et: In meditatione mea exardescet ignis.
Psal.76
Psal.38

¶De aliquibus rebus, in quibus religiosæ personæ debent se prudenter habere. ¶Art. 16.

Apoc.2 HAbeo aduersum te, quod charitatem tuam primam reliquisti: Hæc sunt verba Christi, ad quendam qui à primo suo feruore corruerat. Et idem improperat dominus vnicuique negligenti religioso, qui pro eo, quod de die in diem, deberet in charitatis feruore & in omni virtute, puritate, ac stabilitate proficere: paulatim negligentior, tepidiorque efficitur. Sicque immemor fit suę professionis, ex qua coram altissimo obligatur quotidie ad perfectionem conari ac tendere. Ideo omni tali religioso, valde horrendum est, quod in Apocalypsi dominus Iesus Christus ait ad quendam: Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: Vtinam frigidus esses (saltem seruili timore deum timendo) aut calidus (charitatis ardore) sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Primum ergo, in quo religiosa persona, debet se caute ac sapienter habere, est, vt à primo suo feruore, & prompta voluntate, atque laudabili dispositione, ex quibus religionem intrauit & in ea deo seruire cœpit, non solum non deficiat, sed etiam in eis crescere studeat incessanter. Certe magnus fuit feruor, quo vniuersos propinquos, amicos, consortes, totumque mundum, & cuncta quę habuit, aut habiturus fuit propter deum reliquit: & religionem ingressus est. Perpendat, quam verecundus, obsequiosus, taciturnus, obediens, agilis fuerit in exordio suæ conuersionis, & talis permaneat: imo, quotidie perfectior fiat talis. Sed contra hoc agunt, qui paulatim fiunt audaces, inuerecundi, verbosi, dissoluti, atque ad inobedientiam proni. Nonne multi inueniuntur magis procliues ad impatientiam, iram, detractionem, suspicionem, murmurationem, gulositatem, rebellionem, superbiam, dissolutionem,
Apoc.3

posi-

postquã multis annis fuerunt in ordine: quàm in suæ conuersionis & professionis fuere exordio? O quanta damnatio imminet eis, nisi cõdigne pœniteãt & emendent: In talium persona ait Eusebius Emissenus: Inter diximus nobis diuersas seculi voluptates, ad relinquẽdos parẽtes & cognatos charissimos fortissimi fuim⁹: & nunc abstinere non possumus à venenatis passionibus superbiæ, inuidiæ, iræ, impatiẽtiæ, in quibus nihil est, nisi quicquid amaritudinis est, & rancoris. Ad declinandum negligentias, ad vincẽdum leuissima vitia debiles sumus: pro rebus vilissimis indignamur, & in lites ac iurgia concitamur. Hinc sicut in Vitaspatrum narratur: Quidam senior sanctus, interrogatus à fratre, qualiter habere se deberet in religione, respondit: Vide qualis fueris primo die tuæ conuersionis, & sic iugiter viue. Secundum, in quo religiosa persona prudenter habere se debet, est, ne aliquem temere iudicet aut contemnat. Sed proprios defectus semper intueatur, ponderet, defleat & emendet: peccantibus vero cõpatiatur, & culpas eo℞ quantum potest alleuiet: propriamq́ fragilitatem perpẽdens vereatur & dicat: Ille cecidit hodie, ergo cras. Hinc in Eccles. scriptum est: Memor esto iudicij mei, sic em erit & tuum. Mihi hodie, & tibi cras, Vnde Apost. Cõsidera (inquit) teipsum ne & tu tenteris. Verum sunt quædam religiosæ personæ, imo peruersæ & irreligiosæ, quę ad obseruandum aggrauandum & accusandum defectus aliorum, sunt vigilantes, acutæ, & celeres: ad cõsiderãdum vero propria vitia cæcæ sunt, nec æquanimiter ferunt, si increpentur. Porro bonus religiosus, quicquid virtuositatis cernit in alijs studet sectari, culpas vero aliorum pie pertransit, salua correptione fraterna. Tertium est ne ex aliorum negligentia, dissolutione, verbositate, & prauis consortijs, aut exemplis fiat remissus. Sed indesinenter attẽdat causam animę suæ, quã habet cum deo, & qualiter cito iudicabitur ab eodem, imo ex aliorũ damnis fiat peritior. Quartum est, vt ea q̃ agit in

Euse.

Eccle. 38

Gal. 6.

dei obsequio, agat quotidie cum diligentia ampliori. Quidam em̄ ad tempus deuoti videntur, & horas suas atq; confessiones, ac consimilia, proferunt ac psoluūt attente: sed postea cum arida quadam consuetudine. Quintum est, ne aliquem scandalizet, sed omnes quātum valet ædificet. Deo namq; debemus conscientiā puram, proximis exemplaritatem & bonam famam.

Matth. 18

Vnde dixit Saluator: Vę homini, per quē scādalū venit

Matth. 5

Et denuo: Luceat lux vestra coram hominib⁹, vt videant opera vestra bona: & glorificent patrem vestrum

Rom. 14

qui in cœlis est. Apostolus quoq; hortatur: Videte, ne ponatis fratri offendiculum, aut scandalum. Sextum est, vt totam cōuersationem suam fundet in vera & pfunda humilitate, atq; in stabili dei timore, in quibus duobus iugiter crescere ac firmari conetur. Ideo sctūs

Ab. Past.

vir abbas Pastor differuit, φ religiosus debet tam indesinenter humilitatem ac dei timorem mente reuoluere ac tenere, q̄ incessanter attrahit sibi aerem ore.

Math. 11

Hinc loquutus est Christus: Discite à me, qa mitis sum

Matth. 10

& humilis corde. Itemq;: Nolite timere eos, q corpus occidunt: sed eum timete, q habet potestatē corpus & animam perdere in gehennam ignis. Septimum est, vt

Anto.

omnia agat cum discretiōe: quia vt beatissimus pater Antonius docuit, discretio compēdiosius ducit religiosum ad perfectiōem. Octauum est, vt circa superiores suos semp se habeat reuerēter, pacifice, obedienter & grate: v̄ba quoq; eoꝝ & facta interpretetur in melius.

¶De aliqbus documētis sancti Hieronymi ad moniales pertinentibus. ¶Art. 17.

Hiero.

SAnctus Hieronymus in regula sua, multa scribit saluberrima documēta: quæ q̄uis specialiter scribat monialibus ordinis sui, nihilominus, ad oēs pertinēt moniales. Itaq; primo admonet eas, ad synceram & integram charitatem, pacem, atq; concordiā in omnibus obseruādas: sicut allegatum est supra secundo articulo. Deniq; eas hortatur, ad omnem ppriētatē vitandā, dicēdo: AEdificat fatuus ille in zabulo.

q in

qui in religione q̄rit tēporales diuitias. Hinc attēdite o filiæ diligēter, hic periculum omne est, hic interitus hic mors ęterna. Qui iā ex voto renūciauerūt om̄ibus q̄ possidebāt, ꝓmiserūt ꝑter Christum, nihil tēporale & terrenum possidere, neq; appetere ea q̄ dimiserunt. Idcirco obtestor vos omnes & sigulas corā deo, vt argētum & auꝝ, & terrena substantia, mētē vestrā nulla ratiōe seducat: vt nitatur aliq̄ vestrum mētiri spiritui s͠ctō, retinēdo apud se q̄tumcūq; minimū tēporale, vltra ea q̄ ex necessitate portātur, nec hoc, nisi ex licētia matris. Ideo hęc obseruatio in vestro monasterio ꝑpetua maneat, ꝙ nulla ōnino tāgere, aut aliq̄ mō retinere audeat ꝑ horā cēsum, aut obulū, seu aliq̄d q̄tūcūq; minimū, q̄quā a matre aut sorore mittatur. Insup admonet eas. Nulla in vestibus ꝑciositas, nulla melioritas fit: vt vna videatur ancilla, alia domina. Sed in oībus æq̄les existāt, q̄ vni sponso nuptę, cōmuni voto ꝓfessæ sunt. Nec filia regis, militis filiā pauperis excedere velit. Pompis terrenis, dignitatibus, & nobilitatibus carnis, spiritualis vita non indiget. Nobiliores impleāt q̄d ait scriptura: Quāto maior es humilia te in omnibus. Nunquam inter vos disputetur, aut contēdatur de carnis nobilitate. Nō nobilior, sed v̄tuosior ꝑferaꝫ. Oīs vanitas, mollities, pōpa, supfluitas vestimētoꝝ cōtēnaꝫ, & abijciaꝫ a vobs. Viroꝝ cōsortia fugite. Zelotypꝰ valde ē spōsus vester, nullatenꝰ patiꝫ spōsas suas ꝓferri in publicū, ne cōcupiscātur ab amatoribus seculi huius. Semp vult solus amari, atq; amplecti, neminē vult admittere ad solatiū. Tam iustus & nobilis est, ꝙ si alium quęsieritis amatorem, statim recedet, & dissoluet omne coniugiū. Idcirco, o dominæ meæ, quia spōsę domini mei, omni custodia vosipsas seruate, ne spōsus separeꝫ a vobis. In monasterio vestro velut in thalamo maneatis cū spōso. Feruētissime q̄q; admonet eas Hiero. ad linguæ refrenationē. In refrenatiōe (inq̄ēs) linguæ beatitudo cōsistit: vt detur intelligi, ꝙ de q̄ est beatitudo, i multiloqo haberi nō p̄t, nec intueri.

Eccle. 3

Prou. 4

Isaiæ. 30.

Linguas

Linguas domate, vt beatæ esse possitis, nec conuertatur ad lites, nec iurgia, contentiones, rixas, & scandala resonent: Inter vos nunquam disputetis de vita alterius, maneat diuino examini omne iudicium. Delicta vestra cognoscite, delicta vestra plorate, vos ipsas vniuersis existimate peiores. Si quem audieritis alicui detrahentem, procul fugientes dimittite eum velut serpentem: vt verecundia victus, discat de aliorum factis silere. Præterea q̃liter castigandæ sint duræ & inuerecundæ sorores, docet Hiero. dicens: Contumax præsumptuosa, & superba mulier, in vestro sancto cõsortio, quæ dedignat esse subiecta, suisq; litibus ac iurgijs scandalum præbet quieti sororũ & inobedientiæ mõstrat exemplum: arduis crebrisque ieiunijs castigetur, cum resistit mãdatis. Si eã ieiunia non castigant, superbia eius dometur verberibus, confusionibus, & grauibus disciplinis: vt discat, q̃d nisi obediat superiori, partem cum Christo habere non poterit in regno cœlesti quanquam etiam mandata ei iniuncta videantur extranea, nec consona rationi. Si aũt nec sic fuerit emẽdata, cum apostatis angelis expellatur (quod nunc est incarceratio) Insuper de Simonia vitanda, in receptione sororis saluberrime iubet, dicens: Detestabilem hæresim Simoniæ, quã communi prauitate diaboli, moniales assuetæ committũt, etia in auditu horreat & deuitet sctã societas vestra. Pœna Giezi, quem lepra impleuit: & prauitas Simonis, quem beatissimus Petrus Apost. maledixit, vos terreat. Vox sacratissimi Petri, summi vicarij Christi ad Simonem dicta nunquã exeat de auribus vestris: Pecunia tua sit tecum in perditiõem. Existimasti enim donum dei, pecunia possideri. Ad vos venientes sorores ad Christi nuptias suscipite gratis: præponatur sanctitas pecuniæ, exquiratur bonitas vitæ: non generositas carnis, non vtilitas mũdi. Nulla omnino pactio, nulla conuentio aut conditio, quæ mentis puritatem perturbet præueniat. Sapiẽtiã clamat, eũ esse beatum, qui excutit manus suas ab õni mu-

4. Reg. 5.

Actu. 5.

Isai. 33.

Eccle. 15

munere. & qui post aurum non abijt, nec sperauit in thesauris pecuniæ: quæ subuertit iudicium. Si qua sororum ex sua abundantia, inopiam sororum cupit supplere omnia det ad vsum cõmunem: & fiat sicut vna ex minimis. Nec murmuret, si sibi sumptuosius nõ ministretur, quàm his, quę ex paupertate venerunt. Nec extollatur, & ceruice erecta, more fœmineo improperet cæteris: se tantum ex suis facultatibus attulisse. Plus etenim attulit soror paupercula, quæ ingrediens religionem affectum habendi dimisit, quàm quæ multum apportans, superbiam domui intulit. His gloriosi Hiero. verbis, per omnia consonat constitutio Vrbani papæ quinti. Quàm & Gregorius papa vndecim⁹ legitur cõfirmasse. In qua constitutiõe & bulla Vrbanus ille sub horribilibus pœnis iubet religiosis, ne à persona recipi cupiente, aliquid exigant, directe aut indirecte, neq; per se, neq; per alios, nec vestem, nec prãdium, nec aliquid quãtumlibet paruum aut magnum, nec ante receptionem personæ, nec in receptione, neq; post eam.

Eccle. 15

Vrba.

¶De aliqbus documẽtis, ad religiosos spectãtibus, ex libris Iohannis Cassiani. ¶Art. 18.

Homo homini seruat iram, & à deo quærit medelam. In Ecclesi. Hoc est quod dominus Iesus Christus ait in Euangelio: Cum statis ad orãdum, dimittite si quid habetis aduersus aliquẽ, vt & pater vester cœlestis dimittat vobis peccata vestra. Qđ si nõ remiseritis, nec pater vester cœlestis, dimittet vobis peccata vestra. Cumq; doctrina hæc ad oẽm pertineat Christianum: quãto magis ad religiosas personas? Hinc loquitur Cassianus: Religiosus ad perfectionem tendens, ab omni vitio iræ & indignationis alienus consistere debet. Et si proximum delinquentem velit corripere, tam charitatiue, mansuete, iuste, ac discrete id faciat: q̃d non lædat seipsum, per iram, impatientiam, aut rancorem: nec alios scandalizet. Etenim eum qui alterius vitiũ vult curare, oportet spiritaliter sanũ esse, ne ei dicatur: Medice cura teipsum. Quid ergo dicemus

Ecclesi. 28

Marci. 11.

Cassia.

Luc. 4.

dicemus de his, q iram & impatientiam aut indignationem, multis diebus portāt in corde: qui & si dicant se non irasci, tamen reipsa & opere indignari atq; irasci proximis suis probantur: quia nec solita affabilitate illis loquuntur, nec congruenter eos appellant, nec amicitiæ signa eis ostendunt: imo sua taciturnitate & prattatiõe interdum plus prouocant illos, quàm si eis cor suum effunderent? Præterea si quis ad tantam mentis obdurationem, insipientiam labatur, vt ex vehementia passionum suarum ab ecclesiasticis sacramentis retrahatur atque abstineat: talis ineffabiliter errat: & victus est, ac deflendus, & acriter puniendus: cū tāta impietas in secularibus quoq; hominibus intolerabiliter magna, grauis, damnabilisq; consistat. Hinc vt asserit Cassianus: Non solum foris refrenāda est ira à verbis & factis prauis, sed est etiā ab arcanis pectoris funditus eruēda: ne eius caligine obscurati, à susceptione salubris consilij, ac salutaris scientiæ, impediamur, nec templum spūs sancti esse possimus. Qui em̄ iram portat in corde, etiāsi mortuos suscitet, deo placere non valet. Cohibitus quoq; iracūdię motus in corde, q̄uis eos q assunt hoēs non offendat: attñ sp̄l̄e̅ didissimū lumē spūs sancti impedit, & excludit à mēte ac si effunderet in publicū. Nec vult Saluat. irā ad momētum in corde manere, q nec spiritalia orationū nostrarū sacrificia pmittit nos sibi offerre, si alium aliqd cōtra nos habere cognoscimus. Præterea quidā tā diu patiētes & humiles esse vidētur, q̄diu non cōtingit eis aliqd volsitari eoȝ contrariū. Si vero occurrat eis aduersitas aliq̄, aut alicui⁹ cōmotiōis occasio, apparebit quā longe à vera humilitate patiētia & māsuetudine distent: Tunc em̄ erūpent passiones ac vitia, quæ latebāt & tāquam eq indomiti otio lōgiore nutriti, in dānum miserorum acrius surgunt. Idcirco passiōes sunt radicitus extirpandę, ita, vt nec contra irrationabilia prouocemur ad iram. Insuper vitanda est omni religiosæ p̄sonæ vana gloria, quæ est vitiū periculosum

& in

& inquietū: quod religiosos vere deuotos solet multum vexare, & q̃ magis deñcitur, magis insurgit. Sed hoc vitium vincit, qui omne bonū deo indesinēter cū omni humilitate & gratiarꝫ actiōe ascribit: & propria pēsat peccata: se quoq; aduertit esse incertū, an in charitate existat, & an finaliter sit saluandus.

¶De aliqbus ṽbis doctrinalibus Iohānis Climachi ¶Art. 19.

CONfusio maxima est post primā vocationē, q̃ vocauit nos deus & non homo, de aliq̃ alio curare aut solicitari, nisi q̃d possit nobis ꝓdesse ad cōuersationē hac vocatiōe & ꝓfessiōe cōdignā: hoc nāq; est retro respicere: Nō corruamꝰ ā primo nostro feruore, sed in eo crescamus q̃tidie. Cœnobiū est cœlum terrenū: ideo sicut angeli sancti in cœlo deseruiūt deo cum omni charitatis ardore, puritate, ac reuerētia: sic religiosa ꝑsona quātum sibi possibile est, deo seruire debet cū omni custodia, reuerētia, & feruore. Considerare nō cesses ꝓfunditatē & immēsitatē ignis æterni, immanissimosq; ministros, & implacabilē iudicē, atq; immēsum chaos flāmę infernalis. Subterraneū quoq; & terribilem locum, vbi impñę ternaliter ac acerbissime puniuntur: Omniū horꝫ memoria omni vespere cœnet ac dormiat tecū & tecū pariter surgat: & non dominabitur tibi negligētia, aut somnolentia in diuino officio. Qui genas suas rigat quotidie lachrymis ex recordatione mortis & culparum suarum, stabilitur in deo. Multiloquium est vanæ gloriæ cathedra, porta detractionis, origo mendacñ, resolutio compunctionis, impedimentum diuinæ luminationis, mater accidiæ, exterminatio interioris custodię, frigefactor feruoris, obscurator oratiōis, scurrilitatis indeχ otiōisq; cā. Qui peccata sua attēdit, linguā suā refrenat: Amās silētiū, deo ꝓpinquat. Et orās ac laudās deū, illuminatur ac inflāmatur ab eo. Accidia & ociositas dispgunt vniuersarum virtutum diuitias. Accidiosus & piger semper cogitat de lauta ventris sui repletione, & quærit,

exteriora solatia, ac vana colloquia. Dum manducas & bibis, cogitare non cesses qualiter rex tuus, pro te aceto & felle potatus est: & sobrius eris, nec delectationem sensualem in cibo ac potu quęres. Non cessemus nosipsos quotidie examinare, considerare, & diiudicare per comparationem ad sanctos patres, qui praecesserunt: & tunc inueniemus, nos nondum calcasse aut inchoasse diligentis ac dignae conuersationis exordium sed adhuc quasi in seculari vita esse detētos. Superbus religiosus non indiget daemōe se tentante, ipse enim sibiipsi factus est dęmon & impugnator. Vere humilis atq; obediens semper abominatur propriam voluntatem, vt seductricem. Ranam cum aqua haurimus. quando opera bona cum negligentia & torpore efficimus. Si quis cupit deo exhibere corpus castum, & cor mūdum, integre seruet seipsum, in impassibilitate, & sobrietate: sine quibus, oīs labor noster est inutilis. Sicut qui portat aromata etiā nolens deprehēditur: ita spiritum dei habens, & vere virtuosus, ex verbis & actibus suis cognoscitur. Sicut ignis non producit, sed dissipat niuem: ita qui in praesenti vita propriam quaerit honorem, iucunditate futuri honoris coelestis priuabitur. Quēadmodū nemo viuere potest, sine esca: ita nunquam conuenit eum, qui vult saluari, dare negligentiae locum. Daemones in omnibus bonis tres foueas nobis suffodiunt. Nam primo conantur, vt à bonis agendis impediant nos. Et quando in hoc vincuntur, conantur vt non secundum deum fiant opera ipsa, id est, non recta intentiōe & cū debita diligentia. Cūq; in hoc fuerint superati, nobis nequiter adulantur, vt de bonis peractis stolide extollamur, aut inaniter gloriemur. Quemadmodum impossibile est serpentē suam antiquitatem exuere, nisi intrando per angustum foramen: ita & nos non poterimus veteres nostras consuetudines prauas, & solitas vanitates dissolutionesq; cordis abiicere, nisi pergendo per arctam viam poenitentiae ac salutis. Quemadmodū radius solis domū in

Iohan. 19.

grediens, illuminat eam, & tenuissimos pulueres eius volitantes in aere, facit videri: sic illuminatio spiritus sancti timor dei, mentem illustrant, ad intuendum & considerandum oia eius peccata etiam minima. Sicut cancri velociter procedere nequeunt, quia nunc ante, nunc retrocedunt propter quod faciliter capiuntur: sic homo quandoq; ridens, aliquando lugens, interdũ custodite, interdũ dissolute se habens, parum aut nihil proficere potest. Sicut regi terreno abominabilis est ei assistens, & vultum ab eo auertens eiusque hostibus loquens: ita abominabilis est deo, qui in oratione cogitationes immundas admittit.

¶Breuis formula vitæ virtuosæ, ac spiritualis profectus. ¶Art. 20.

Custodi temetipsum, & animan tuam solicite. Ars artium est, viuere deo, & compendiose proficere. Si ergo vis cito copiosum obtinere profectum, deũ stude super omnia semper diligere: & teipsum non ames, nisi pure in deo, hoc est, omnia illa desideres & acceptes, quæ tibi magis expediunt ad complacendum deo, atq; ad obtinẽdum felicitatẽ æternã. Id est, aduersa & áspera, correptiones & correctiones, ꝓ tuis peccatis, abstinentias, ieiunia, disciplinas, vigilias. Ama nesciri, opta subesse: honores, promotiones laudes, adulationes abhorre. Aduersarios & persecutores tuos cordialiter dilige, tãquam purgatores & locupletatores animæ tuæ. Nullam horulam temporis tibi cõcessi, infructuose expendas. Ante orationem & psalmodiã, atq; horarũ persolutiõem, cor tuũ recollige, propriã vilitatẽ, defectuositatẽ, & vitiositatẽ attẽde: creatoris quoq; altissimi maiestatem, dignitatem, excellentiamq; immensam, considera. Et ita cũ omni humilitate, attentione, timore, & reuerentia, ac feruore, omnipotẽtem adora, lauda, & cole. Ab eius inuocatione & laude, nunquam quãtum possibile est, cesses. Antequam eas dormitum, recogita qualiter diem expenderis, quid boni in eo omiseris, qd mali commiseris:

Deu4.
Deu.6
Matth.22
Matth.5
Eccle.18

tunc reprehēde & disciplina teipsum, veniā pete, emēdationem propone: confiteri intēde, satisfacere stude Deum iugiter ora, vt in omni virtute & gratia te cōfirmet, perficiat, & conseruet. In diuino amore te exercitare non desinas, contemplādo, quā perfectus & infinitus sit deus æternus & gloriosus, in omni bonitate amabilitate, pietate, dulcedine, pulchritudine, felicitate, iustitia, sanctitate, sapientia, potestate, libertate, perfectione & gloria. Atq; in horum contemplatione accendatur cor tuum prævalide, in ipsius synceriſſima charitate. Aspira & ingemisce ad deū, dicendo: O deus omnipotens, o suauiſſime & incomporabiliter bone, amabiliſſime, ac gratioſiſſime deus, quā diu manebo in hac mea imperfectione, negligentia, frigiditate, & defectuositate. Quando te toto corde ardēter amabo quando in tuæ dilectionis feruore stabiliter permanebo? O fons omnis bonitatis, dulcedinis, & decoris accende me tuo sancto & puro amore totaliter. Fac me tibi quotidie magis deuotum, gratum, perfectū. Indesinenter poſſide totum cor meum. Fac me coram te, q̃tidie magis custoditum, timoratum, solicitū, & in ōni cōuersatiōe mea magis syncerum, ac tibi cōplacitum atq; in tua laude, contemplatione, dilectione & cultu quotidie iucundiorem ac fortiorem.

Lucæ. 18

Oratio.

¶De cōparatione monasticarū ꝓfeſſionū adinuicē ¶Art. 21.

Psal. 65

REddam tibi vota mea, q̃ distinxerūt labia mea Forma ꝓfeſſionis regulariſſarum, saltem quarundā, supra Articulo tertio est descripta. In q̃ sicut ibi expositum est, puncta sex continentur. Porro forma professionis secundum regulam Benedicti hęc est: Ego frater. N. promitto stabilitatem, & cōuersionē morum meorum, & obedientiā, coram deo, & sanctis eius: secundum regulam beati Bened. in præsentia. N abbatis. Et iuxta hunc modum, diuersi religiosi diuersas habēt formas suaꝫ ꝓfeſſionū. Cōmuniter tamē ꝓmittunt obedientiā cū quadā limitatione, vꝫ, secūdū

regulam suam. Porro Carthusienses videntur in hoc cæteros religiosos excedere, quod promittunt obediētiam absolute dicendo: Ego frater .N. promitto stabilitatem, obedientiam, & conuersionem morum meorum. Vnde videtur peritis, q̃d sicut se habet tale secũdum quid ad tale simpliciter: ita se habeat aliorum religiosorum ꝓfessio ad ꝓfessionem Carthusiensium. Idcirco Cartusiēsibus sanctus scripsit Bernardus: Altissima est professio vestra, cœlos penetrat, par angelis est, angelicæ similis puritati. Non eñ solum ꝓmisistis oẽm sanctitatẽ, & omnis sanctitatis perfectionem, & omnis cõsumationis finem: Itaq; quæ in isto opusculo dicta sunt, de intellectu & expositione prætactæ professiõis regularissarũ, applicari possunt facillime ad omniũ q̃q; cæterorum religiosorum ꝓfessiones & conuersatiões.

Bernar. ad fratres de mõte dei.

¶ Exhortatio ad matrẽ regularissarum, imo & p̃sidentes quoslibet religiosos. ¶ Art. 22.

TE ipsum præbe exemplũ bonorum operum, in doctrina, in integritate, in virtute: Ex p̃habitis innotescit, quantæ virtuositatis & illuminationis esse debeant regularissæ, atq; ad quàm magnam perfectionem tendere obligentur ex sua professione. Sed spiritualem matrem earum oportet esse tantæ excellentiæ, in dei virtute & gratia, in vera discretione, & sapientia salutari, in exercitatione interna, in vera pietate, & æquitate, in charitatis feruore, atq; virili cõstantia: vt de plenitudine suæ virtuositatis & discretionis, de exuberantia suæ perfectionis, de abundantia suæ constantiæ, possit suis filiabus & consororibus, communicare, influere, prouidere & totum conuentum sibi commissum, digne dirigere, salubriter gubernare, solicite custodire: vniuersas ac singulas, publice & priuatim, hortari, instruere, ædificare: sicq; sponsas Christi virtutibus adornare, spiritalibus profectibus decorare, ac spõso cœlesti easdem q̃tidie pulchriores mẽte, cõplacentioresq; exhibere. Eas q̃q;, q̃ negligẽter aut ꝑuerse se habent, nec à fœmineis leuitatibus abstinent,

Titu. 2. 1. Tim. 4.

seriose corripiat: prout magis aut minus sunt culpabiles,&prout eas viderit posse sufferre. In qua re indiget magna discretione. Cum enim iuxta præhabita in fœminis communiter sint multæ defectuositates, imo & in quibusdam magnæ peruersitates: oportet matrē filiarum tam diuersimode dispositarum esse excellenter discretam, seriosam, mansuetam, & patiētem, charitatiuā ac piā: vt sciat defectuosas & onerosas taliter tolerare, charitatiue, pie, ac mite: vt tñ hortetur, informet & corripiat eas discrete. Quod si aliq̄ fuerint (q̄d deus auertat) incorrigibiles, pertinaces, rebelles, et indurata: debet mater cum consilio prudentiorum, & meliorum, paci communi totius conuentus prouidere: & turbatrices cōmunitatis ac gregis dominici, ita corrigere, vt cedant aliis in exemplum & timorē, nec similia audeant attētare: ne totus grex ex vna, aut paucis infectis ouibus, imo pessimis feris, inficiatur: prout supra ex ꝟbis sancti Hierony. est probatū. Sit itaq̧ mater cōgregatiōis, re & noīe mater, & priorissa seu abbatissa: ita, vt maternaliter foueat, spiritaliter pascat, pie supportet, diligenter custodiat, solicite regat, sponsas ac amicas & filias dei, & omni modo sibi possibili, ad spiritales profectus dirigat eas: pro ipsis die ac nocte, cum gemitu & lachrymis exorando, eas sapienter & feruide exhortando, exemplariter corā ipsis incessabiliter conuersando, & sine personarum acceptione procedēdo in omnibus, excluso omni humano timore, fœmineoq; furore. Sicq; in cunctis intentiōem habeat rectam, discretum rigorem, virilem constantiam & sua charitate, pietate, prudentia, virtuositate, & perfectione, filiarum suarum defectuosarum, seu peruersarum, malitiam, duritiam, insipientiam, defectuositatemq; vincat, expellat, reformet. Insuper mater spiritualis indesinenter inuocet, & exoret directionem & opem atq; præcipuam illuminationem spiritussancti: vt ab ipso dirigatur, iuuetur, ac doceatur in omnibus ad præsidendum, & gubernādū cōdigne sibi cōmissas.

Sit in omnibus timorata & humilis, imo tanto timoratior, humilior que consistat: quæ grauius, ac terribilius iudicium imminet ei, quo pro pluribus reddere rationē tenetur: q̄ maiori auxilio indiget spiritus sctī, & quo cæteris virtuosior esse atq; perfectior obligatur. Consideret ergo quotidie, imo quolibet die sæpe magnitudinem sui periculi, onus iniūcti officij, districtionem diuini iudicij: & qualiter sorores sibi commissę se habeāt circa deum, & circa se inuicem, ac suos superiores. Ad mutuam charitatem, pacem, concordiam, ad humilitatem, diligentiam, & spiritalem profectum, ad deuotissimam diuini officij persolutionem, ad indesinentem cordis custodiam, ad linguæ refrenationem, eas assidue exhortetur. Et vt orent omni hora feruenter pro communi bono totius ecclesiæ, pro viuis ac mortuis, pro parentibus, propinquis & benefactoribus suis, pro infidelium repressione & conuersione, pro fidelium reformatione, pro vniuersorum salute. Aduertat mater, quod sctūs Hiero. ait ad matrem spiritualem: Attēde mi domina, q̄ grauis tibi imponitur sarcina quæ de subditarum animabus & corporibus, de verbis earum ac moribus, obligaris apud diuinum examen. Caue quæso, ne de te leuis suspicio possit oriri, aut haberi in malo. Ne dispergas & perdas quas saluare & colligere, quantum in te est, obligaris. Sic ordinata & conformia mādata, cunctis proponas vt etiam deprauatæ, superbęq; mentes, animentur ad obediētiæ vias. Sic dulcis & mitis sit sermo, vt non irā, duritiam, aut impatientiam excitet: sed mitiget suscitatas. Sic erga inobediētes virilis sit animus, vt omnis muliebris discedat mollicies. Nihil quippe periculosius est in præsidente, quā vana humilitas ad correctionem circa delinquentes, pręsertim circa proteruos superbosq; subditos. Imo vt sanctus asserit Benedictus. Christus iudex à spiritali patre ac matre requiret, quicquid minus de virtuositate in subiectis personis inuenerit. Rursus ait gloriosus Hierony: Caue quæ præes

Heb. 13
1. Tim. 2
Hiero.
Bened.
Hiero.

ne ex regendi officio eleueris ad alta vt agas illicita, &
quæ sunt importuna & inquieta subiectis. Non enim
ambulant in via dei, qui in amministratione regimi-
nis, proprios honores & vtilitates exquirunt. Non ef-
ficeris domina, sed ministra, Nec data est tibi potesta,
vt inter sorores & filias hanc eleues, hanc deprimas, si-
cut velis: sed quid tibi à deo iniungatur attende. Soli-
citudo enim & custodia omnium rerum ac sororum
monasterij tibi committitur: quatenus cæteris soro-
ribus dormientibus, te deceat crebro insomnes duce-
re noctes, pro rebus vtilibus ac necessarijs domui pro-
uidendis. Hæc igitur vniuersa adimpleat strennue ma
ter spiritualis, & omnis qui præest, & suum officium
cum omni sancta solicitudine & feruore semper ad-
implere conetur. Ad laudem & gloriam omnipotentis
qui est sup omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

¶ Appendix: quàm sit fructuosum de ꝓfessione facta gaudere.

Sententia est Bernardini aliorumque
multorum doctorum. Quotiescunq;
religiosus suæ recordatur professiõis,
& hanc esse factam gaudet, adeo vt si
illam non fecisset adhuc dei amore
motus faceret, hoc est mundo cunctis
que vicijs eius denuo abrenunciaret, & ei qui se prop- (Philip. 2)
ter hominem exinaniuit formam serui accipiens, qui- (Matth. 20)
que venit non ministrari sed ministrare: sese in hosti-
am ac seruitutem perpetuam offerre paratus esset:
Hoc inquam modo suæ professionis quicunque fue-
rit memor, indulgentiam omnium peccatorum suo-
rum plenam assequitur. Quod hoc probatur modo.
Deus & si non minus sit iustus quam misericors (quip
pe cui omnes virtutes insunt modo incomprehensibi-
li & infinito) magis tamen exercet misericordiam, vt-
pote quæ suę naturę vicinius arridet, quàm iustitiam:
dicente

dicente propheta. Suauis dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Astipulantur ad hoc lex Arrianus, ff. de acti, & obli. & l. fauorabiliores. ff. de regu. iur. vbi dicitur. Quod faciliores & fauorabiliores sumus ad absoluendum quam ad condemnãdum. Quam sententiam ALEXANDER de Hales. in. 3. par. summæ in explanatione decalogi confirmat. Itaque si homines vitijs & peccatis dediti, pleni iniquitate & impietate hoc faciunt, quid de deo sentiendum est cuius misericordia plena est terra? Iacto igitur hoc fundamento, illud infertur: Homo qui post peccatum gaudet de eodem scelere a se patrato, paratus iterum hoc peccatum facere si posset: hic tam & si nequeat iterare peccatum propter malam tamen voluntatem (cui non deest peccatum) commeretur a deo tot gradus pœnæ, quot ante commeruerat quando peccatum opere consummauit. Testatur hoc Alexander. in. 3. par. summæ, in tractatu de prohibitione concupiscentiæ. Ratio huius est quia mala voluntas apud deum pro opere computatur, de pœni. distin. prima capite homicidiorum. cap. omnis. capite nunquid. capite noli. & capite si propterea. Ergo ediuerso quoties aliquis facit vnum bonum opus, & postea de eo gaudet, ita vt rursus illud faceret si posset, quamuis non possit amplius illud facere, deus dabit illi tot gradus meriti & præmij essentialis ratione huius bonæ voluntatis, quot prius dare debuit quando bonum illud fecit, quia bonum est potentius malo. 1. Ethicorum. Cum ergo in professione acquirat religiosus indulgentiam plenariam omnium suorum peccatorum, conficitur quod etiam quotiescunque gaudet se fecisse, ita vt rursus ipsam faceret si non fecisset: eandem indulgentiam plenariam absque dubio consequitur quam in professione habuit: Et hanc potest renouare omni tempore, quoties voluerit sola bonæ voluntatis renouatione.

Psal. 144.

Psal. 32

¶ Cæterum.

¶Cæterum hoc nõ solum in professiõe sed in omnibus operibus locum habet, vt quicumq; deliberato animo statuit peccatum aliqd committere, ipso solo cõsensu meretur pœnã illi peccato debitã: sicut Christus dicit, Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mœchatus est in corde suo. Et eregiõe qui ex dei amore proponit aliquod opus bonum suo tempore perficere, si impeditur ex rationabili causa, non negligentia spontanea: nihilo minus bona voluntas ei apud deum computabitur pro opere. Vnde liquet quã vtile sit bonis exerceri desiderijs. Nam qui se exercet deuotis aspirationibus & desiderijs ad deum, cupiens ex toto corde suo & ex totis viribus suis deum amare, laudare, & glorificare, etiam supra quã ipse aut quæcumq; creatura opere posset implere: bona hæc volũtas (vbi deest facultas) pro opere coronabitur.

¶Quoties autem homo etiam secularis sese pamorem toto corde ad deum conuerterit, & suam voluntatem propriam funditus abnegatam, diuino benesigplacito plenissime subiecerit, conformauerit, & resnauerit, atq; in deum transfuderit, paratus deo, ecclesiæ, superioribusq; suis, & rectæ rationi suæ à deo illuminatæ in prosperis & aduersis constanter obedire toties plenariam à deo consequitur indulgentiam omnium peccatorum, quum hæc sit vera professio cuiuscumq; hominis Christiani sæpius renouanda. Quam etiã nemo est qui deo facere nõ possit. Pro hac obtinenda quilibet Christianus totis viribus niti deumq; assiduis pcibus pulsare debet. Nã licet facile dicere possit: Resigno me in volũtatẽ dei, tamẽ non nisi maxima dei munificẽtia, summoq; labore pfecte obtinebit: vt in omi aduersitate & pressura (q verã resignationẽ pbat) deo adhærẽs gratus & obediens vsq; ad mortẽ persistere, passionesq; suas viciosas vsq; ad sanguinẽ resistẽdo mortificare, deiq; honorẽ & beneplacitũ in omnibus qrere valeat, amore pprio (q semper & vbiq; ad se reflexus est seipm quærẽs) penitus extincto.

Finis.

D. DIONYSII CARTHVSIANI DE FRVCTVOSA temporis deductione, non ingratus tractatulus.

PROOEMIVM.

SEruaui mandata tua, & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in cõspectu tuo. Hæc est sufficientissima ac honestissima ratio ambulandi obedienter atq; synceriter, custodite ac fructuose coram deo indesinenter: quoniam omnes viæ nostræ, omnes vces, cogitationes & affectiones nostræ, omnia verba & opera nostra, sunt in eius cõspectu: & icessant e inspiciũt & cõsiderãtur ab eo. Si ergo verecũdaremur p̃sente aliq̃ viro honesto & magno sapiente & virtuoso, habere nos negligẽter, aut turpiter loq̃, seu rep̃hẽsibiliter agere: nõne incõprahẽsibiliter plus erubescere nos oportet in p̃sentia diuini vultus, & corã deo creatore ac iudice nostro, rege ac principe maiestatis immẽsę, habere nos irreuerẽter: cogitare inania, affectare illicita, stolide loqui, culpabiliter conuersari, & opus ipsius facere negligenter? Hæc consideratio sapientialis, saluberrima, & p̃funda, induxit beatissimos viros Heliam ac Heliseum ad dicendũ frequenter: Viuit dominus, ante cuius vultum sto hodie. Sed & Dauid regem ad proferendum, quod nunc pro themate est inductũ. Itemq;: Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Iustum quoq; ac pium Iob, vt fateretur ac diceret: Nonne deus cõsiderat vias meas, & omnes gressus meos dinumerat? Et rursus: Semper quasi tumẽtes super me fluctus timui deum. Et denuo: A facie (inquit) eius turbatus sum, & considerans eum timore solicitor. Hinc dixit & Moses legislator: Custodi temetipsum, & animam tuam solicite. Eruntq; verba domini in corde tuo: & meditaberis ea sedẽs in domo tua, & ãbulãs in itinere, & dormiẽs atq; cõsurgẽs: & liga-

Psal.118 · Mich.6 · 3.Regm. 17.18. · 4.Reg.3. · Psal.118 · Psal.18 · Iob.31. · Eodem. · Iob.23. · Deut.4

& ligabis ea quasi signum in manu tua: eruntq; & mouebuntur inter oculos tuos: scribesq; ea in volumine & ostijs domus tuæ. Ecce hæc omnia in veteri Testamento per Mosen dicta & iussa sunt rudi populo Iudæorum: quanto magis dicenda & obseruanda sunt in nouo Testamento plebi Christianorum: & maxime vniuersitati religiosorum, quos oportet iugiter esse intentos deo, & iuxta tenorem sacræ scripturæ se regere. Præterea quia ad huiuscemodi directionem propriæ vitæ, requiritur salutaris notitia eius. Quis enim poterit viuere virtuose ac fructuose atq; vniuersos euadere laqueos inimici, nisi in primis cognoscat qualiter id faciat? Idcirco qualiter istud agendum sit, nunc breuiter quantum præstiterit spiritus sanctus, tangam: quamuis hæc à nemine queant describi ac edoceri, nisi qui horum experientiam habet. Deniq; ad aggrediendum istud, quod etiam meas omnino supergreditur vires, inclinauit & quodammodo compulit me deuota humilisq; instantia quorundam fratrum domus ordinis Carthusiensis prope Leodium, annis, non prudētia nec moribus, iuniorum, zelo spiritalis profectus feruentium: mihi in Christo adeo dilectorum, vt nec id quod facultatē meam excedit, eis putauerim denegandum. Postremo in moralibus documēta sunt tanto perfectiora, quanto plus ad particularia descēdunt, ac limitantur: Idcirco nunc quasi pro introductione exemplari describam, qualiter religiosus vnumquēq; diē ordinate, fructuose, diuine & sctē expēdere debeat: quatenus inde elicitat & agnoscat, qualiter vnumquemq; debeat expendere diem.

¶De alacri surrectiōe ad matutinas. ¶Art. 1

Thren. 2 — Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarū & effunde sicut aquā cor tuum ante cōspectum domini dei tui. Leua ad eum man⁹ tuas, & miserebitur tui. Modicus error in principio magn⁹ erit in fine, secundum philosophum. Cum ergo quotidianū dei cultū à matutinali inchoem⁹ officio, debemus

officiū

officium illud cũ præcipua deuotiõe incipere, alacriter continuare, delectabiliter consumare Itaq; signo surgendi audito, mox omni mora postposita, õni torpore excusso, õni pigritia cõculcata, cum interna iucunditate prõptissime cõsurgamus: vtpote clangore buccinæ summi regis nos excitãte, atq; ad creatoris ac regis nostri præconiũ, spiritaleq; prælium inuitante, audito. Erubescat ergo tunc monachus vel ad punctum tardare, aut caput sub operimẽto celare. Et quãuis intẽsum sit frigus, nihilo minus cõfestim de lectulo exiliat & protinus cordialiter glorietur: qa ad alloquẽdum, ad colẽdum, ad laudãdum, ac adorãdum, dominum deum suum, quẽ sup omnia totis pcordĳs incomparabiliter diligit, excitatur, inuitatur, cõsurgit: Eodẽ ergo momento q̃ expgiscitur, mẽte ad dñm, eleuetur, seq; induẽdo legere põt Psalmũ: Miserere mei de⁹. Aut aliud, qd sue deuotiõi magis deseruit, seu dulcius sapit. Deniq; scimus, quãtũ exultẽt seculi huius vanissimi amatores, qñ ad sua spectacula, ad choreas, ad ludicra atq; scurrilia cõuocãtur ac pgunt, & ea exercẽt: intantũ vt qñq; totũ pene spaciũ noctis in talibus absq; tedio, imo cũ delectatione puersa, expẽdant. Et hoc quare, nisi qm respiciũt & diligũt vanitates, & insanias falsas? Quanto magis serui & amatores domini dei sui ad eius laudes, oratiões, & honorificentias cũ ingẽti lętitia surgere, & accedere, easq; deuotissime cũ sapore interno psequi atq; cõplere debẽt: si tamẽ creatorẽ & regẽ suũ toto corde, sicut tenẽtur, synceriter diligãt: psertim cũ iuxta Theologos nulla forma tã pmpte ac delectabiliter operetur, vt charitas: q̃ parit feruorẽ, cui accidia directe cõtrariatur. Insup sicut hilarẽ datorẽ sic vtiq; alacrẽ celerẽq; debiti solutorẽ, feruentẽ quoq; ministrũ diligit deus: tepidũ vero & pigrũ ex suo euomit ore. Heu q̃ta est nostra calamitas, imo & inuerecundia, incõsideratio & negligentia: qa interdũ, deo & sanctis angelis videntibus ac præsentibus, non erubescimus signo surgẽdi audito, miserę caput reclinare vel in

Psal. 50

Psal. 39

2. Cor. 9.

Apoc. 3

vel in suo situ ac loco dimittere, ad pausandum parũper, ad differendum ac quiescendum paulisper, & horret spiritus noster ad imminentem quasi laborem: sicque anima nostra prętædio dormitante, corpus infelix rursum obdormit, nõ certe in dño, nõ in pace in idipsum: sed potius in principe tenebrarum & confusionis. Vitemus ergo de cætero dedecus ac vitium tantũ, & quod prĕlato nostro præsente ac intuẽte atque hominibus agnoscentibus facere verecũdaremur, imo nec auderemus: deo sublimi & benedicto præsente & inspiciente, sanctisque angelis eius scientibus, facere verecundemur, nec audeamus. Præterea cum iuxta prædicta surrexerimus strenue, & induti fuerimus, matinas de domina deuotissime psoluamus, & mox vt angelicam salutationem cœperimus dicere, dicẽdo: Aue Maria: accendatur cor nostrum amore Mariæ, & delectetur in ea: quæ nunquam portas memoriæ piæ ingreditur absque insitę sibi dulcedinis aspersione, prout sanctissimus pater noster Bernardus testatur. Deinde verbum bonæ fiduciæ proferendo, vz: Domine labia mea aperies: cordialiter affectemus, vt dominus deus noster omnipotens mentem nostram sic tangat, vrgeat, illustret, moueat & accẽdeat: vt eo agente labia nostra sic aperiamus, quod eius præconia digne & efficaciter proferamus. Consequenter Inuitatorium deprumendo, vtpote: Venite exultemus domino iubilemus &c. conuocemus & congregemus ac recolligamus in vnũ vniuersas vires animę nostræ: præsertim intellectum & voluntatem atque memoriã, in quibus superbeatissimæ trinitatis resplẽdet imago, sicque omni distractiõe seclusa, corde intẽto accẽso ac fixo dicamus [Venite] o vires præfatæ [exultemus], i. tam vehementer iucũdemur in spiritu, vt spiritalis illa iucũditas redũdet in corpus: & hoc [domino]. i. ad gloriã dei, & in ipso iuxta qđ scriptum est: Qui gloriatur, in domino glorietur [iubilemus,]. i. ineffabiliter gaudeamus, [deo salutari nostro] . i. in deo ad laudẽ ipsius, q est totius nostrę salutis

Psal. 118. Psal. 4. Lucæ. 1 Bernar. Psal. 50 Psal. 94 Breuis ex Posi. Psal. huius. Ierem. 9. 1. Cor. 1. 2. Cor. 10.

salutis causa,obiectum,& dator,[præ occupemus faciem eius in confessione]id est,antequam alia faciamus, & priusquam deus noster nobis propter nostra vitia irascatur,festinemus eius præsentiam,seu ipsum vbiq; præsentem ac omnia intuentem præuenire,honorare,&nobis si opus fuerit reconciliare in cõfessione, vtpote ipsum laudando, & nosipsos humiliter ac contritionaliter accusando [& in psalmis iubilemus ei]id est,psalmos legendo ac decãtando, indicibiliter delectemur ad gloriam creatoris,ei duntaxat placere optantes:nequaquam inaniter gloriantes, vel in psallendo, placere hominibus cupiẽtes. Deinceps in psal. isto tanguntur variæ rationes,cur taliter exultare iubilareq; deo & eius faciem præoccupare debeamus in confessione,cum dicitur:Quoniam deus magnus dominus,&c. Amplius, quoniam ex sapientissima, saluberrima,&deuotissima patrũ nostrorum institutione legimus pro lectiõibus in matutinis de domina sacro sanctam Euangelicam illam historiam: Missus est Gabriel angelus:in qua angelica nunciatio, Christiq; incarnatio,& alia plurima salutifera describũtur:ideo lectiões illas cum omni attentione iucunditate & gratiarum actione legere semper debemus,recordãdo & considerando , quàm incomprehensibilis sit super nos charitas & misericordia totius superdignissimæ trinitatis,quoniam deus pater voluit vnigenitum superdilectissimum filium suum pro nostra redemptione ac salute incarnari, inter homines conuersari,tandemq; crucifigi &mori.Ipse quoq; filius dei tot & tanta pro nostra saluatione assumpsit,fecit,ac passus est: & spiritussanctus sanctam virginem fœcundauit,corpus Christi formauit,animam eius in cunctis direxit. Deinde Carmẽ illud angelicum: Te deum laudamus, cum summa deuotiõe legamus:&instar angelorũ quãtum possibile est,eleuatissima atq; purissima mẽte ,pronũciemus. Pro recuperatiõe etiã terræ sanctæ,vt cultui Christião restituatur, affectuosissime deprecemur.

Luc.1.

Ambro.& Aug.can.

¶De exercitio post matutinas de domina.

¶Art. 2.

NOmen tuum & memoriale tuum, domine, in desiderio animæ: Anima mea desiderauit te in nocte: sed & spiritus meus in pcordijs meis Quia in ordine Carthusiano à festo Exaltationis sanctæ crucis vigiliæ crescunt paulatim vsque ad festū omnium sanctorum, atque ab omnium sanctorum vsque ad Septuagesimam protrahuntur ac durāt tā diu, vt vna quinquagena legi possit in eis. A septuagesima vero vsque ad Paschæ paulatim decrescunt. Ideo nunc tangendū est, qualiter tempus illud vigiliarum fructuosius possit expendi. Quocirca scripsit electus dei Bernardus, nō esse coueniens, vt tempore illo anima Psalmorum multitudine obruatur: sed hoc potius expedire, vt spiritus tunc dirigatur ad dominū. Denique sicut ait scriptura: Non omnibus omnia coueniunt: quia non omnes æque dispositi sunt: sed qui ad altiorem perfectionem deuenerunt virtutum, sublimius atque diuinius pñt se occupare. Porro viri heroici ac perfecti in dono sapientiæ cōsummati, qui per excellentiam doni illius deo propinquissime cōiuncti sunt, imo quasi consiliarij ac secretarij eius effecti: hi possunt se diuinissime exercere atque altissimo purissime fixa mente vacare. Itaque hora illarum vigiliarum aliter occupare se potest incipiens aliter proficiēs, aliterque perfectus. Incipiēs ergo & imperfectus ac animalis, exercere se potest tunc circa ordinem negligentiarum & culparum suarum quotidianarum, præteritorumque vitiorum: omnia illa in amaritudine animæ suæ recogitando, de eis coram deo se accusādo, deflēdo, castigādo, & emēdationē plenariā proponendo. Denique de breuitate, fallacia, & incertitudine vitæ præsentis, de mortis acerbitate, de diuini districtione iudicij, de tormentis inferni, felicitate & gaudijs paradisi superni meditetur intente. Deinceps de beneficijs dei generalibus ac specialibus, & quā misericorditer egit secū, quod tādiu sibi pepercit in peccatis tam mul-

Bernar.

1, Cori. 6

Iob. 10.

tam multis & magnis: atq; post scelera tanta, ad tā san ctā se perduxit religionem. Sed & de passiōe Christi nō solum hac hora, sed aliī due quoque cogitet intime ac dolēter. Insup proficiētes exercere se possunt sublimi us, vtpote de ijs prætactis meditādo ꝓfundius, & ꝓpri am vocationem & ꝓfessionem considerādo attentius & circa reformationē ac decorationē interioꝝ suoꝝ se occupādo: qualiter scilicet Christi humilitatē, man suetudinē, patientiam, fortitudinem, charitatem, ple nius imitentur: & vniuersa quæ mundi & carnis sunt, cordialiter aspernentur, atq; in deo vniuersas suas in tentiones, affectiones, & occupationes recolligāt, sim plificent ac defigant. Quotidie quoq; cū ampliori cor dis custodia, stabilitate, mundicia, & feruore, deserui ant deo, orent, psallant, & omne opus dei perficiant. At vero perfecti, heroici, spiritalesq; viri, quoꝝ est so lidus cibus, qui in prainductis iamdudum exercitati & habituati sunt, atq; à vitijs expurgati, in passiōibus reformati, moralibus quoq; virtutibus excellēter or nati: ij possunt se hora illa diuinissime occupare, men tem suam ad dei cōtemplationem syncerā, dilectionē quoq; feruidā eleuando, in dei intuitu & amplexu diu tius immorādo: superbeatissimæ trinitatis infinitam beatitudinē, mutuam intuitionem, mutuam dilectio nem superardentissimam & immēsam, mutuam com placētiā ac fruitionē, emanationē & cōmunicationē adintra, & superfelicissimam consistentiam eius æter nam, sapienter contemplādo. Deinde pro cōmuni bo no totius Ecclesiæ, pro vnione, pace, & reformatione eius in omnibus: ꝓ viuis ac mortuis, ꝓ omnibus pro pinquis, cōmissis & benefactoribus, ꝓ infideliū q̄q; cō uersione & vniuersoꝝ salute, affectuosissime & fideliss. exorando. Imo vnusquisq; de quocunq; sit statu, de o mnibus iam prædictis meditari potest & debet, iuxta dispositionis suæ mensuram, & mentis suæ capacita tē: nec potest in ijs regula certa pręfigi. Sed vnusquisq; prout spiritus sanctus cor eius tetigerit, inspirauerit,

Hebræ.5

 direxe

direxerit,exercere se habet.Et si interdum meditatiõi bus insistere grauatur, potest duodecim Psalmos aut circiter cum omni deuotione puritateq; legere.Præterea absit,quod aliquis sit tam piger,inuerecũdus & negligens,vt in illa hora somnolentiæ locũ tribuat aut scribat seu studeat: tunc nanq; nõ solum mala,sed & minus bona sunt postponenda:& melioribus, salutisq; vicinioribus est insistendum.

Hebræ.6.

¶De modo meditandi & psallendi.

¶Art. 3.

Psal.38

Concaluit cor meum intra me,& in meditatiõe mea exardescet ignis. Maditari de deo,est interius seu intellectualiter loqui cũ eo, vel de eo. Porro orare, est postulare à deo ea, q̃ decet postulari ab ipso. Psallere aũt est, deũ laudare. In plurimis q̃q; Psalmis laudes dei & orationes sibi inuicem sunt permixtæ.Nec potest qs deuote efficaciterq; orare & psallere sine meditatiõe interna,hoc est, absq; cordiali attentione sensus verborum,quæ orando aut psallendo pronunciat: nisi forte ad aliquid altius eleuetur, aut deo pie intendat,si verborum psalmodiæ sensum nõ capit.Deniq; ad hoc,quod deuote ac lympide meditemur,feruenter oremus,attente psallamus,plurima requiruntur.Primo,vt mẽtem nostram ab exterioribus retrahamus,hoc est,ab euagatiõibus suis & cogitationibus impertinentibus,ab occupationibus quoq; extraneis.Secundo, vt coram deo nos constituamus cõsiderando eum verissime esse præsentem,& omnia cognoscentem: sicq; coram eo habeamus nos timorate, custodite,ac reuerẽter.Tertio,vt id de q̃ volumus meditari,consideremus non superficialiter atq; cursorie sed stabiliter ac profundè,& cum quodam gustu mentali.Vt si cogitare optemus de mundi cõtemptu ac vanitate, pensare debemus, quàm difficile sit saluari in mundo.Quot animę in eo quotidie pereant,quàm in multa & magna peccata iugiter incidãt habitãtes in eo & vbi iam sint q paulo ãtę floruerũt & delectabãtur in

seculo

seculo, quàm incerta & breuis sit eius prosperitas, imo quàm fallacissima ac nocentissima: quoniam quanto quis copiosius ,psperatur in mundo, tanto grauius pe riclitatur. Propter q̄d electi dei, & vere illuminati ab eo, multoplus metuūt ,pspera mūdi, quā eius aduersa. Conformiter si meditari volumus de inferno, intuea mur, quā intolerabile esset vna hora iacere nudo cor pore in fornace ardente: & quàm miserrimum repu taremus eum, quem videremus ita iacentem, atq; in tanto supplicio perenniter, imo vno anno mansurū. Ex hoc itaq; ponderemus, quid sit æternaliter esse dā natum: præsertim cum damnati pœnalius torq̄antur in mente ex hoc, quod in tantis calamitatibus ac tor mentis sciunt se æternaliter detinendos, quàm exteri us affligantur ab igne ac frigore infernali: Insuper in orando debemus principaliter duo attendere, loquē do in generali, videlicet proprietates nostras, & ,ppric tates dei. Proprietates nostrę sunt, ineffabilis defectuo sitas nostra, & pronitas ad omne malum omnisq; cul pa, negligētia, & prouersitas nostra. Quod item tot & tantis æternæ damnationis periculis sumus expositi, tot inuisibilium hostium laq̄is circumuallati, tot ig norantijs ac passionibus pleni. Quod item incerti an amore an odio digni simus, atq; tam indigentes, im potentes ac pauperes, tam incessabiliter dei auxilio in digentes, quod nec ad momētum valemus subsistere, neq; in dei gratia permanere, nisi deo nos conseruāte Præterea ,pprietates dei sunt, infinita bonitas, immē sa misericordia eius, interminata iustitia, opulentia, liberalitas, sapientia eius, incircumscriptibilis & pror sus incomparabilis maiestas & excellentia, beatitudo sanctitas, præsentia, atq; perfectio eius. Itaq; ex consi deratione ,pprietatum nostrarum debemus deum cū omni humilitate, anxietate, contritione, diligentia & timore orare. Ex consideratione vero proprietatum dei debemus eum cum omni filiali fiducia, cum feruē tissimo charitatis affectu, cum incessabili instantia, cū

Eccle.9

summa reuerentia, cum maxima cordis custodia inuocare: nec interioribus nec exterioribus oculis euagari, nec aliud quicquam aduertere, intueri aut pertractare, nisi quod forte ad diuinũ officium spectat directe, nec possit differri. Postremo in psallendo sunt etiam prætacta iam cõsiderãda, potissime ꝓprietates dei: videlicet vera pñsentia, infinita maiestas, bonitas, dignitasq; ipsius, &c. iam prætacta. Atq; vt ait sanctus Basilius super illud, psallite sapiẽter, queadmodũ gustus exterior vnamquamq; cibi buccellam distincte sumit deguſtat ac masticat: sic debet interior gustus mentis singula psalmodiæ ỽba distincte aduertere, & sensum cũ interno sapore inspicere: sicq; cum omni reuerẽtia attentiõe, feruore, viuacitate, vigilantia est psallendũ & corã deo ac angelis atq; cõuentu decẽtissime standũ

Basilius. Psal. 46

¶Qualiter in matutinali officio habere nos debemus. ¶Art. 4.

IN matutinis meditabor in te. Cum itaq; iuxta præscripta ad matutinas surrexerimus, legerimusque matutinas de domina, & si tempus vigiliaꝝ fuerit, illud expenderimus modo prætacto, atq; pulsari cœperit ad chorum: statim illuc eundem est cum meditationibus sanctis, vel legendo hymnum: Veni creator spiritus. Seu Psalmum: Miserere mei deus. Aut aliqd tale, quod legentem magis accẽdit, conseruat, & fouet in bono. Ad choꝝ quoq; eundo, intrãdo, & se in stallo suo ponẽdo, vitandę sunt occupationes, considerationes, aspectiones impertinẽtes, leues & pueriles: ꝑ quas grauitas cordis dissoluitur, præconcepta deuotiõ dissipatur, & mens facillime aliquam inquietudinẽ, euagationem, culpam, inertiamq; incurrit. Deinde oratio dominica, salutatioque angelica ter deuotissime est dicenda, aduertẽdo singillatim singulas partes, seu petitiunculas dominicę orationis: in qua septẽ petitiões particulares cõtinẽtur, Itaq; cũ dicimꝰ [Pater noster] attẽdat cor nostrũ, ꝙ summa & ineffabilis sit charitas pietas atq; dignatio dñi dei nostri ad nos, ꝙ ipse deus creator

Psal. 62

Psal. 50

Expositio orationis dominicæ breuis. Matth. 6

creator omnipotens & immensus à nobis pauperri-mis defectuosissimisq; vermiculis pater appellari dig-natur, cũ ipse sit princeps vniuersoꝝ, rex excellẽtiæ in finitæ, quẽ cœlum, tellus põtusq; contremunt, quem & ipsæ angelicoꝝ spirituũ altitudines perhorrescunt. Cum ergo eum patrẽ vocemus, eius amore ꝓtinus ac cendamur, filiali affectu ad ipsum afficiamur, & plene cõfidamus in ipso tanquã in patre fidelissimo, sapien-tissimo atq; pijssimo, optime cognoscente quid nobis expediat, cum sctõ Iob ꝓtestãte? Etiã si occiderit me, in ipso sperabo. Eum quoq; filialiter & perfecte hono rare conemur, & alios, quantum valemus, ad ipsius de bitam veneratione excitemus, verbo, exẽplo, oratiõe: Ipse etenim loquitur per prophetam: Si pater ego sum vbi est honor meus? Et si dominus ego sum, vbi est ti-mor meus? Deniq; cum dicimus [pater noster] cogite mus, nos inuicẽ fratres esse: & charitate fraterna nos mutuo diligamus indefinenter ac feruide, qui patrem habemus eundẽ, de q̃ ait scriptura: Nonne pater vnus omniũ nostrum? Nonne pater deus vn⁹ creauit nos? Cum aũt subiungimus [qui es in cœlis] dirigamus & eleuemus cor nostrum in cœlum ad triumphãtẽ eccle siam, ad inspectores gloriæ dei patriamq; cœlestem, & illuc ꝑduci optemus. Quãuis etẽm deus sit vere vbiq; vtpote incircũscriptibilis & immensus, qui ꝑ Ieremiã testatur. Nonne cœlum & terrã ego impleo? tamẽ spe-cialiter dicitur esse in cœlis. Primo, quia in cœlo Em-pyreo euidentius & excellẽtius operatur. Secũdo, q̃m ibi clarius repræsentat & ostendit seipsum. Tertio, vt sciamus quo nostram intentionem, considerationem & affectiõem ferre ac figere debeamus, puta, in summũ cœlum vbi patrem habemus altissimum. Iuxta illud Apostoli: Quæ sursum sunt, quęrite: vbi Christus est in dextera patris: quę sursum sunt sapite, non quæ super terrã: q̃tenus cõuersatio nostra semp in cœlis sit. Am-plius, cũ dicimus [Sanctificetur nomẽ tuũ] hoc roga-mus, vt deus sctificet ab omibus. i. sctũs esse cognoscat

Dani. 7.
Iob. 13.
Malac. 1.
Malac. 2
Ierem. 23
Colo. 3
Phil. 3

puraq; mente colatur à cunctis: quatenus in sanctitate & iustitia ei iugiter seruiamus, secūdum quod decet tāto domino deseruiri. Et istud prę omnibus & super omnia affectare debemus, quia bonorum filiorum est honorem & gloriam sui patris desiderare. Nec dubium, quin cœlestis patris sanctificationem, honorificentiā, & gloriam teneamur summe & incomparabiliter cupere, quęrere, atq; pro viribus procurare. Deniq; cum dicim⁹ [Adueniat regnū tuū] hoc petimus, vt Ecclesia militās crescat quotidie, seu populus Christianus omni die augeatur numero, virtute, ac merito: vt etiā triumphans Ecclesia impleatur, & ad eius societatem feliciter perducamur. Et totum istud ardētissime debemus appetere & orare, cum oratio nō sit aliud nisi interpres ac nūcius desiderij. Porro cum dicimus, [Fiat volūtas tua, sicut in cœlo & in terra] hoc postulamus, sicut ciues cœlestes deo promptissime semper in cunctis obediunt ac ministrant: ita & nos in terra hac deo quantum possibile est, indesinenter in omnibus obediamus ac obsequamur, agendo quæ complacent ei, & vitando q̄ ei non placent. Deinceps dicendo [Panē nostrum quotidianum da nobis hodie] hoc p̄camur, vt deus pater multiplici pane nos reficere dignetur, vt pote sacramētali seu corpore Christi, pane lachrymarum, pane bonæ operationis, pane vitæ & intellectus pane quoq; corporalis refectionis, vt illū de manu ipsius sobrie accipiamus: sicq; tot panibus refecti cōfortemur, ac stabiliamur, delectemur, crescamus ac perficiamur in domino. Demum dicentes [Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris] videamus ne contra aliquem habeamus irrationabilem displicentiam, iram, impatientiam, auersionem seu rancorē: ne vlla iniuriæ recordatio insit memoriæ, ne vindictam quęramus, ne quis alium inquietare, grauare, cōtristare, cōfundere optet: hoc namq; diabolicum esset. Propterea syncerum, dulcem, amorosum habeamus affectum ad inuicem, & ad omnes.

Lucæ 1

Insuper

Insuper subiungendo [Et ne nos inducas in tentatio nem] id deprecamur, ne tentatione vlla vincamur, ne propria animositate, carnali affectu, aut aliqua passio ne, seu negligentia, superemur. Ne etiam alterius actu verbo, signo, omissiõe, aut alia aliqua improbitate, le uitate, seu culpa illius, scandalizemur, prouocemur, aut corruamus. Hinc etiam prouidere debemus, ne ex cantu aut modo cantandi seu legendi aliorum facili ter vnquam tentemur: sed mutuo in charitate pie nos supportemus, iuxta quod scriptum est: Alter alterius onera portate. Nec ꝓnus sit aliquis alium temere iu dicare, contemnere, accusare: imo potius inter se quã tum possibile est, excusare, & dubia interpretari in me lius: ne etiam circumueniamur à Satana, eiusq; ma chinatione somnolentiam, aut aliud incidamus pec catum. Postremo dicẽtes [Sed libera nos à malo] ora mus à malo culpæ saluari, quatenus peccata præteri ta nobis indulgeantur, præsentia amputentur, futura præcaueantur. Petimus quoq; liberari à malo pœnæ, non vt non sustineamus aliqua aspera & aduersa: sed ne per impatiẽtiam vincamur ab illis, & ea modo tam æquanimiter toleremus, quod per hoc ad æternam ꝑ ducamur iucunditatem. Deniq; oratione hac taliter lecta signaculo crucis deuotissime nos consignemus, memores dominicæ passionis, vt eius virtute ac me rito præseruemur ab omni peccato. Et quoniam sine gratioso dei auxilio nil boni facere præualemus, id circo in psalmis dei subsidium affectuosissime inuoce mus, dicẽdo in psalmis versiculũ istum: Deus in adiu torium meum intende. Et inclinamur, mox addimus Domine ad adiuuandũ me festinã: quatenus cito ac in cessanter anticipẽt nos misericordiæ eius. Quo dicto laudem & gloriam superaltissimæ trinitati cum pro funda mẽtis & corporis inclinatiõe offeramus. Deiñ de in psallendo & orando habeamus nos iuxta ꝓtacta Et quoniam virtus principij manet in consequẽtibus studeamus valde deuote ac feruẽter incipere, vt ꝑ hoc

Gala.6.
Rom.14
Psal.69
Psal.78

totum residuum fiat deo magis acceptum. Ex decantatione quoque Inuitatorij, ꝓuocemur ad psallendum & cõtinuãdum totum officium alacriter ac iucunde. Interim etiam quod alius chorus versum suum decãtat, vnusquisque in reliquo stans choro cor suum celeriter & ardenter leuet ad dominum, ipsum laudando & pro se ac alijs exorãdo: sic tamẽ vt alium versum aduertat, nec versum decantandũ à suo choro obliuiscatur. Amplius, dum lectiones legũtur, alij mentẽ suam frequẽter leuent ad creatorẽ; præsertim dum lectiões nõ sunt multum spiritales, & fructuosæ. Cumq; in eis occurrerit narratio rei venereę seu carnalis, abstrahẽdus est animus ab imaginatiõe morosa & fœda trãsferendusq; est ad spiritalia ac diuina. Et dũ aliquis ✠sum rñsorij sui decãtat, alij interim leuent se sup se, omniq; momẽto assuescamus corda nostra deo vnire, orando meditãdo, psallẽdo. Præterea aduertẽdũ, quẽadmodũ scdm Hugonẽ de sctõ Victore, ꝓ verbo omisso repetẽdus est ✠sus, ꝓ versu psalmus, ꝓ psalmo nocturnus. Et qa à fine denominatio sumitur, studeamus officiũ matutinale deuote alacriterq; finire, ac totis præcordijs gratias deo pro vniuersis beneficijs suis referre.

Thre. 3

Hugo.

¶De persolutiõe Primę. ¶Art. 5.

IVstus & sapiens cor suum tradet ad vigilamdũ diluculo ad dominũ qui fecit illum, & in conspectu altissimi deprecabit. Matutinis finitis, redeat vnusquisq; ad cellulam suam cum deuotione & oratione, seu psalmodia ac mentis custodia: & lecta prima de domina ac nudo officio, disponat ac ponat se ad quiescẽdũ, atq; in meditatiõibus salubribus de Christi passione, ac alijs rebus diuinis studeat obdormire: & anteq̃ ad dormiendum reclinet se, oret deuotissime ꝓ communi bono totius Ecclesiæ, pro viuis ac mortuis, cæterisq; personis, punctis, & causis, vt supra secundo Articulo tactum est. Sed & virginem inuocet gloriosam vt ipsa ꝓ omnibus iis intercedere digneť ad dominũ. Specialiter quoq; tunc oremus, ne fragilitatẽ aliquã

Eccle. 39

patiamur in somno. Verũtamen in iis non est immoderate moradũ, ne tẽpore vigilãdi somno grauemur, aut caput debilitemus. Porro cũ ad primã pulsatur & excitamur, mox exurgamus, & eam cũ deuotione præcipua persoluamus, legẽdo, Pater noster &c, sicut præhabitũ est. Sed & symbolũ fidei, & ꝑces primę legamus cum grãdi attentione, atq; feruenti affectione. Matth. 6

¶ De præparatione ad confessionem & celebrationem, & de occupatione in missa.

¶ Art. 6.

SAcerdotes qui accedunt ad dominum, sanctificẽtur, ne pcutiam eos. Prima finita præparemus nos ad celebrationem. Primo examinando conscıẽtias nostras, & de culpis ac neglig ẽtiis nostris post vltimã cõfessionẽ cõtractis, dolẽtes ac veniã postulãtes, emẽdationemq; integrã ꝓponentes. Deinde non ex arida cõsuetudine, distracta intimorataq; mẽte: sed ex interno dolore, atq; syncero charitatis affectu, faciamus cõfessionẽ distinctã circũstantionatã & plenã & si qd graue aut insolitũ egimus siue incidimus malũ, hoc planiꝰ ac diffusiꝰ cõfiteamur. Quia si illud esset ex genere suo mortale, vt sunt detractio, susurratio, seminatio discordiæ, inuidẽtia, ira intẽsa, cõfitendũ est ꝑsidenti: qa in dubiis eligẽda est semꝑ pars securior, ꝑsertim cũ religiosi teneãt non solũ ad partẽ meliorẽ sed etiã tutiorẽ. Vñ beatiss. Augustino testante, q se cõmittit discrimini, peccat mortaliter. Deĩde pœnitẽtiã in cõfessiõe iniũctã, deuota cõtritaq; anima ꝑsoluamꝰ nec cõfessiõe pacta statim ad pristinas leuitates, incustodias, negligẽtias, culpas, passiões, aut vitia redeamꝰ imo semꝑ, prϵsertim vsq; ad celebrationẽ, ꝑseueremꝰ in magna cordis sensuũq; custodia, in cõpũctiõe assidua, in oratiõibꝰ, meditatiõibusq; deuotis. Deniq; in missa conuentuali simus valde deuoti, & quanta pro nobis assumpsit, fecit, ac pertulit filius dei, corde grato ac amoroso reminiscamur: & maxime qualiter in cœna nouissima dignissimũ istud instituit sacramẽtũ. Exo. 19 Augusti.

Sicque

Matth. 26 Marci. 14. Quatuor ruminanda diuina celebraturo.

Sicq; in missa conuẽtuali disponamus nos ad celebrationem, quãdo post illam sumus celebraturi. Insuper antequam celebremus, diligentissime attẽdamus quatuor illa, quæ in omni sacrificio sunt pensanda, vtpote, quis, quid, cui, & quare. Pensemus ergo imprimis q̃ simus qui celebrare proponimus, hoc est, quam defectuosi, culpabiles, quã indigni, & miseri simus: sicq; ꝓ posse aptemus & dispõamus nos ad tam incõparabile sacrificium offerẽdum, iuxta modum prætactum: atq; cum omni humilitate, reuerẽtiali & filiali timore, cũ intima compunctione, singulari custodia, dilectione præferuida accedamus ac celebremus: singula verba deuotissime proferentes, ea potissime quæ post Offertorium vsq; in finem dicuntur officij. Secundo pensemus quid offerimus, vtpote quãta sit dignitas & excellentia sacramenti istius, in quo totus Christus deus & homo offertur. Tertio pensemus cui offerrimus, hoc est, quã infinita sit dignitas & maiestas dei patris omnipotentis, cui sacrificium istud offertur. Idcirco cum summa & maxima deuotiõe id fieri est necesse. Quarto pensemus, cur, id est, propter quas causas offertur, videlicet in commemorationem passiõis dilectiõisq; Christi ad nos, & propter dei patris honorificentiam ac nostram subuentionem: imo & propter commune bonum Ecclesiæ, & tam mortuorum quàm viuorum suffragium ac salutem. Idcirco in celebratione simus præcipue memores, quæ & quanta Christus pro nobis passus est, quàm perfecte & ardentissime nos dilexit, quanta beneficia nobis largitus est: atq; in horũ recordatione accendamur præualide sancto ipsius amore, eiusq; passioni conformari optemus, & beneficijs eius totis semp regratiemur præcordijs, affectuosissimeq; oremus pro vniuersis, ꝓ quibus in celebratione orare tenemur, siue ex causa generali, siue ex speciali. Postremo fratres, q̃ pariter celebrant, inuicem in omni charitate ac patientia se supportẽt: præsertim in tam priuilegiato diuinissimoq; officio, atq; cum ingenti dili-

I II III IIII

gentia mutuo sibi ac Christo in hora illa ministrent.

¶Qualiter debeamus nos habere post celebratio-nem & missam, vsq; ad prandiĵ horam.

¶Art. 7,

Benedic anima mea dño, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Ingratitudinis est, beneficiū non recognoscere, gratias non referre, nec vicē pro posse rependere. Et quāto benefactor est dignior, beneficiumq; præstātius atq; frequētius, eo grauioris est ingratitudinis, beneficiū nō pēsare nec regratiari, nec repēdere vicē ꝓ posse. Nonne ergo ingratissimū, damnabilissimumque consistit, si benefactori altissimo vnico dei filio, de hoc suo incōparabili beneficio: quo se ipsum quotidie in sacramento nobis largitur, grates assiduas & vicē totis viribus, non repēdamus? Nempe hoc ardentissimæ charitatis & perfectissimæ liberalitatis existit, quod quis seipsum dat alteri, ita ꝙ idem est dator & donum. Quid igitur restat, nisi vt celebratione completa, deo totis regratiemur præcordijs, orationibus, hymnis, & psalmis, deuotissime insistētes: omnemq; dei offensam & inhonoratione͂ cum summa solicitudine deuitātes? Non ergo post missam, mox ad solitas loquacitates, leuitates, risus, negligentias, passiones, imo nec ad exteriores occupationes, si possint differri: sed custoditi, soliciti, timorati, deuoti, interne feruentes, tranquilli permaneamus: præsertim vsq; ad prandiū spiritalibus exercitijs immorātes. Tamē si quis fatigetur in illis, poterit vicissim aliquid legere, studere, & scribere. Deniq; ad vitādum omnem ociositatem, negligētiam, taedium, & torporem, debemus singulis horis proprias deputare occupationes: ita vt vna hora insistamus meditatiōibus sanctis, alia orationibus, alia psalmis, alia vero lectiōi seu studio, & alia scriptioni. Nihilominus obediētiam omnibus præferamus: quod vna hora negligimus, alia recuperemus. Demum si grauat quotidie legere vnū psalterium, saltē non pigeat legere vnū in omni hebdomada.

Psal. 102

Hoc quoq;

Hoc quoq; sit prçcipuus noster conatus,& summa affectio vt ea ad quæ ex ordine obligamur, quotidie deuotius persoluamus, nec ex cõsuetudine torpeamus, sed quo ea frequentius agimus, eo cũ maiori puritate atq; feruore ea agamus. Vnde & pces q̃s in singulis dicimus horis, cũ attẽtiõe dicamus pcipua: qa in eis oramus p viuis ac mortuis, p nobismetipsis & alijs, pro sacerdotibus & p̃latis, p principibus, p benefactoribus, p afflictis, & captiuis, & p omni populo Christiano, seu vniuersali Ecclesia. Cũ itaq; dicimus: [Ego dixi domine miserere mei, sana animã meã, quia peccaui tibi] Hoc feruide cupiamus, vt deus nobis misericordissimus sit & animas nostras ab om̃i sanet lęsione peccati, ab impetu passionũ, à cõsuetudine praua, & p̃sertim à passionibus & peccatis, ad quę vel naturali dispositione, vel ex vsu puerso consistimus pniores. Porro cũ dicimus [Cõuertere domine, vsq; quo] optemus, vt deus omnipotens à rigore suæ iustitiæ se conuertat ad effectũ suæ clementiæ, sicq; [deprecabilis sit sup seruos suos] vnum pie exaudiendo p alio, & quemlibet pro seipso Cum dicimus [Sacerdotes tui iduantur iustitiã] feruenter desideremus, vt episcopi & p̃sbyteri fiant & sint vndiq; iusti, virtuosi, & exẽplares. Dum addimus [Domine saluos fac reges] hoc affectemus, vt principes seculares à peccatis atq; periculis eruãtur, & bene viuẽdo, iusteq; p̃sidendo æternã cõsequãtur salutẽ. Deinde p tota Ecclesia vniuersoq; populo Christiano deuotissime depcemur, dicentes [Saluum fac populũ tuum domine] &c. Pro communi etiã pace patriæ oremus dicentes [Fiat pax in virtute tua, & abundantia]. i. virtuosorum operum copia, [in turribus tuis], id est, in particularibus ecclesijs, seu in principibus & prælatis atq; in omnibus qui alijs præsunt, ac prædicant.

(Psal. 40; Psal. 89; Psal. 131; Psal. 19; Psal. 27; Psal. 121)

¶Qualiter debeamus nos habere in prãdio, & postmodum, vsq; ad vesperas. ¶Art. 8.

Omne quodcunq; facitis in ỽbo aut opere, omnia ĩ nomine domini nostri Iesu Christi agite, (Col. 3.)

gratias

gratias agentes deo patri per ipsum. Quemadmodum anima ratiõalis est finis, rectrix, ac domina, corporis sui: sic corporalia omnia ad spiritalia ordinare debemus. Corporalē itaq; cibū debemus accipere nõ ꝑpter voluptatē sensualē, aut repausationē seu cõsolationē carnalem, sed ꝑpter corporis necessitatē & conseruationem, vt possit animę subseruire in dei obsequio Deniq; vbi maius instat periculū, faciliusq; peccatur: ibi necessaria est maior custodia aut cautela. Cum ergo in cibo & potu multi sint casus, variiq; excessus, oportet nos cibū & potū cum magno dei timore, cum vera discretiõe, cū spiritali meditatione accipere: & lectionē aduertere, seu aliq̄d deuotionale dū soli reficiamur, aliquādo legere aut pēsare: nec instar brutorum effundere nos sup cibū, nec nimis diu in mēsa sedere: Et quāuis soli reficiamur, nihilominus corā deo disciplinate & honeste nos in cūctis habere cū sapientialī pudore debemus, q̄ omne indecēs corā deo vitādū est Deniq; ante mēsam cibū & potū deuote benedicamus Refectiõe cõpleta gratias attēte legamꝰ. Nec murmuret religiosus, si victualia sibi nõ ministrētur ad libitū suū: ne annumeretur reꝓbis atq; carnalibus illis, de q bus ait script. Si vero nõ fuerint saturati & murmurabūt. Sed potius cogitet, q̄d natura paucis minimisq; est cõtenta. Quod itē tenuitas victus & vestitus sunt indispēsabiliter de essentia religionis. Præterea prādio facto, & nonis de domina & de tēpore deuote lectis, potest religiosus ꝓ recreatione aut alia rationabili causa, manuale aliquid exercere: nõ tamē immoderate tali operi immorari, nec in eo spiritaliū obliuisci: imo in ipso mētē frequēter ad deū erigere p meditatiões & cõpunctiões internas, p orationes breues ac feruidas. Interdū q̄q; poterit aliq̄d scribere aut studere, vel psallere, & ꝓ defunctis orare: specialissime q̄q; ꝓ cõmunī bono totius Ecclesiæ in omni gradu, statu, & ordine.

Psal. 58

¶Quõ debeamus nos habere à primo pulsu ad vesperas vsq; cõpletorii pulsum. ¶Art. 9.

Eleuatio

Psal. 140

ELeuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Primo ad vesperas pulsu audito, mox cęteras occupationes abijcientes vesperas de domina, si paulo ante lectæ non sint, deuote legamus. Deinde per alias orationes, meditationes, aut psalmodias preparemus nos ad congruam deuotionem in choro habendam, atq; in vesperis in choro cantandis ita nos habeamus, in psallendo, orando, meditando, sicut in matutinis. Prout supra. iij. & iiij. articulis notatum est. In officio autem defunctorum vigilanter deuote & solicite oremus, & agamus sicut tenemur ex professione de charitate pro eis, qui amplius mereri, aut seipsos iuuare non possunt: & sicut pro nobis post vitam hanc orari optamus: pensantes in quàm diris supplicijs sint, ꝓ quibus oramus, & quantum sibi cupiant subueniri, quàm fideliter etiam post suam liberationem orabunt pro ijs, qui modo subueniunt ipsis. Nec opus est quærere quid psalmi, & lectiones quas dicimus ꝓ defunctis, pertineāt ad defunctos. Non enim oportet vt omnia verba illorum psalmoꝝ ac lectionum dicantur in persona defunctorum: sed dicuntur hoc est offeruntur tanquam pijssimum ac spiritale sacrificiū pro defunctis: quatenus deus sacrificio illo & orationibus, q̄ in ipso dicuntur, dignetur placari, & defunctis ignoscere pœnas eis debitas diminuendo, aut prorsus tollendo. Deniq; hoc modo etiam pro defunctis fiunt peregrinationes, ieiunia, eleemosynę, ac cōsimilia pœnitentię opera: & audiūtur missæ, accenduntur quoq; candelæ pro eis, imo & celebratur pro eis, quatenus virtute ac merito passionis dominicæ & hostiæ salutaris, atq; orationum celebrantis, ac diuini officij, indulgentiam consequantur. Præterea officio vespertino consummato, cum grauitate decenti, cum honesto silentio, cum alacritate iucunda, cum celeritate discreta, redeamus ad cellas, & in eis deinceps spiritaliter occupemur, ac deuote exerceamur. Si vero cœnādū sit breuis & sobria sit hæc cœna: & obseruanda sunt in ea

quæ in

quæ in prandio, quæ in præcedenti capitulo tanguntur. Postremo post cœnam, seu potum, non nisi deuotioni compunctioni, & spiritalibus vacandum est actibus, vsq; ad cõpletorij pulsum.

¶Qualiter debeamus nos habere à pulsu completorij vsq; ad quietem in lecto.

¶Art. 10.

POne me vt signaculum super cor tuum. Completorium tanquam finis & cõsumatio totius diurni diuini officij, cum singulari deuotione dicendum est: & confessio ipsum præcedens cum intima cõtritione ac humili cõpunctione est proferenda. Conformiter symbolum apostolorum, quod in precibus legitur, certissimâ atq; firmissima fide legendum est: quatenus virtute ac merito scutoq; sacratissimæ fidei hui9 ab omnibus protegamur aduersis, nec timeamus à timore nocturno. Sicut ait Psalmista: Scuto circundabit te veritas eius, nõ timebis à timore nocturno. Nempe vt Clymachus ait: Puerilis mos est, de nocte potius timere quàm in die: & ex fidei defectu procedit huiusmodi timor: Nonne deus & sancti angeli sunt nobiscũ in nocte, sicut in die? Nonne prouidentia dei vniuersa moderatur ac complectitur, ita, quod animæ defunctorum spiritusq; maligni, nec apparere possunt hominibus, nec aliquid eis inferre: nisi deo altissimo permittente ac moderãte? Quid ergo timet, qui patrem omnipotẽtem habet præsentem, omnia disponentem, & ad protegendum ac adiuuãdũ summe paratum? O si sensum psalmi illius pulcherrimi. Qui habitat in adiutorio altissimi, bene aduerteremus: cum quanta securitate, tranquillitateq; mentis, in dño quiesceremus: Simus ergo in fide certissimi, in spe fortissimi, in charitate perferuidi, & ex confidentia diuinæ assistentiæ semp magnanimes, cum propheta dicentes: Dominus illuminatio mea & salus mea, quẽ timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Hinc ait scriptura: Iustus quasi leo confidens, absq; terrore erit. Si ergo cõtingat in

Canti. 8

Psal. 90

Clyma.

Psal. 90

Psal. 26

Prou. 28

solitus strepitus, aut vehemens clamor, aut grande to nitruum, & fulgur assiduum, tranquillitatem mentis nō amittamus. Et si primos timoris motus vitare ne quimus, erubescamus de imperfectione, puerilitate q; nostra: & eleuemus ac animemus cor nostrum in deo dicentes: Si consistāt aduersum me castra, non ti- mebit cor meū. Itē q;: Dominus mecū est, tāq̄ bellator fortis: ideo qui me persequūtur, infirmi erūt & cadent. Nōne olim sancti patres imperterrita mente, habitaue- rūt in solitudinibus, in mōtibus, & in spelūcis, & in ca- uernis terræ: imo in vastissimis eremi locis, in medio venenatissimarum ac ferocissimarum ferarum. Præterea cō- tra huiuscemodi puerilē timorē, nō mediocriter valet Christi passionē habere mēti impressam, & Christū q̄- si in cruce pēdentē aspicere & cūcta q̄ ptulit attēte reco lere. Abiecto ergo tali timore inani, mētis libertatem gerē & iucūditatē internā valde impediēte, simus sem p in pectoris pace, in spiritus libertate, in gaudio spiri tali. Insup cōpletorijs deuotissime lectis, ponamus ra- tionē cū anima nostra, & corā Deo examinet vnusq̄s- q; cōscientiā suā: qliter totū diē expenderit, qliter ea q̄ ordinis sunt obseruauerit, qd mali cōmiserit, qd boni omiserit, q̄rum pfecerit, quusq; deuenerit, qliter hucus q; suæ satisfecit pfessioni, an quēpiā scandalizauerit. Tunc ergo in omnipotentis cōspectu seipsum accuset humiliter, defleat vehementer, corripiat acriter, casti- get disciplinaliter: verūtamen cum discretiōe & supio rum cōsensu. Et firmissime pponat se emendare tota liter. Sic q; post orationes & meditatiōes solitas ac fer- uentes, se deo cōmendās pergat ad lectum, & in medita tionibus sanctis vel orationibus studeat obdormire: quoties q; euigilauerit, statim cor suum ad deū medi- tādo siue orādo erigere debet. Quod si etiā machina- tione diaboli aut causa aliq̄ naturali seu accidentali, apphensiones fantasticæ aut imaginationes terrificæ, seu terribiles formæ, memoriæ occurrerint: talia oīa vana & friuola ptinus ac penitus excludamus, p cor- dialem

Psal. 26
Iere. 20.
Hebr. 11

dialem & intimam considerationem passionis dominicæ, per orationes & angelicam salutationem, per diuinæ præsentiæ & protectionis suæ contemplatiōem fidelem. Et antequam eamus dormitum, non negligamus feruenter orare pro communi bono Ecclesiæ, ꝓ reformatione ipsius in omnibus, ꝓ viuis ac mortuis, pro parentibus, propinquis, commissis, ac benefactoribus, pro fratribus domus, totiusq; ordinis, oretque vnusquisq; pro cellæ suæ fundatiōe & ei annexis. Itaq; q tēpus suum q̊tidie iuxta formulā iam p̄scriptam expenderit, confido in domino & dicere audeo, quod in breui mirabiliter crescet atque proficiet.

¶De cōpendiosissimo modo ꝓficiendi per extirpationem priuati amoris, & de aliquibus salutaribus documentis. ¶Art. 11.

QVi odit animam suam in hoc mūdo, in vitā æternā custodit eam. Christus in Euangelio multipliciter docet, vt abnegemus, relinq̄mus & odiamus nosipsos, vt oculū, manū, pedē scādalizātē eruamus, abscidamus, & ꝓijciamus à nobis, vt aduersarios diligamus, odiētibus benefaciamus, & ꝓ calūniatoribus ac ꝑsecutoribus dep̄cemur, omniaq; in nos peccāti indulgeamus ex corde: & alia quædā similia, q̄ ad exequēdum forsitā videtur difficilia. Veruntamen omniū hoꝝ documentoꝝ seu p̄ceptoꝝ, imo & omniū moraliū doctrinaꝝ ac iussionū totius scripturæ, vis & summa atq; sentētia in paucis videtur cōsistere, vt sc; priuatū amorē eradicem⁹ ōnino ex nobis: q̊d faciēdo, in oī ꝓficiemus ac ꝑficiemur v̄tute, etiā in diuīo amore. Etenī August. tastāte: Amor priuatus est omniū vitioꝝ origo. Amor aūt diuinus, seu charitas, omniū bonoꝝ est radix. Duo quippe amores duas cōstituūt ciuitates. Nam amor sui crescens vsq; ad cōtemptum dei cōstituit ciuitatem Babylonis, q̄ est ecclesia malignantiū, & corpus ac regnū diaboli. Sed amor dei crescens vsq; ad contemptum sui, constituit ciuitatem dei, quæ est Ecclesia militans, & corpus ac regnum Christi.

Iohan. 12. Matth. 16. Luc. 9. 14 Matth. 5.

August.

Itaq; minoratio priuati amoris, est augmentatio seu profectus amoris diuini, seu charitatis: Plena autem priuati amoris euulsio est perfecta charitatis adeptio. Oportet igitur scire, quid sit amor priuatus seu amor sui, quid item sit amor dei. Itaq; amor sui est inordinata affectio, qua homo amat se in se: & amor iste vocatur improbus, ad se reflexus, priuatus & vitiosus, quoniã non est ordinatus ad deum ac vltimum finem, qui est æterna felicitas. Cum enim homo creatus sit ad dei honorem & gloriam, eiusq; beatificam visionem, ita quod deus seu beatifica visio est hominis finis: ideo debet homo semetipsum & totam vitã suam, omniaq; quæ habet, ad deum referre, & ad eius honorẽ ac gloriã, visionemq; beatificam ordinare: nec aliter se amare nisi in deo, & per ordinationem sui ad vltimum finem suum. Hinc amare se in se est inordinatum peruersum atq; damnabile. Deniq; amare se in se, est ea velle & affectare quæ sunt homini delectabilia, vtilia, seu honesta, quæ ad propriam inclinationem & naturam in se ipsa considerata: sicq; ex amore isto priuato statim procedit concupiscentia sensualis, & omnia vitia carnis, in quantum ex amore priuato appetit homo delectabilia sibi in se. Sic enim ex isto maledicto amore procedunt gula luxuria, desideriũ delicati cibi & potus, oscula & amplexus, lasciui aspectus, carnalis affectus, libidinosi cõtactus, applicatio corporalis, confabulatio vana, mollis & diuturna dormitio, horror pœnitentię & laboris ridere & iocari & inordinate solatiari, hoc est in se & in rebus caducis, non in deo cõsolari & gloriari. Præterea in quãtum homo ex amore priuato appetit vtilia sibi, in se & secundum se: sic ex pessimo isto amore procedunt auaritia siue cupiditas, solicitudo superflua, fraus, dolus, furtum, rapina, adulatio, quæstus, thesaurizatio, occupatio, timor perdendi terrena, dolor superfluus de amissione eorum, curiosius superfluus vestitus. Amplius inquantum ex pestifero sui amore appetit honesta sibi in se, & secundum proprium appetitum; sic ex amore isto nascuntur ambitio, deside-

rium prælationis,cupido ꝓpriæ libertatis, simoniaca pestis,blanda promissio,praua suspicio,partialitas,simulatio,calliditas,infidelitas, hypocrisis,singularitas cõplacentia vana:aliaq; diuersa ac grauia vitia,sicut inobedientia,rebellio,contentio,induratio,pertinatia,atq; similia.Præterea sicut ex priuato amore appetit homo delectabilia &honesta sibi in se,sic ex eodem amore horret &fugit cõtraria illis:sicq; ex amore priuato procedit detestatio tristium,puta eorum quę pœnalia &molesta sunt corpori: vt sunt abstinẽtia,ieiunium,vigiliæ,disciplinæ,rigor pœnitentiæ,obedientia,labor,asperitas vestis,perpessio nuditatis,carentia fabulationum,iocorum ac terrestrium.Hinc sciamus &aduertamus,tm̄ adhuc nobis inesse &animę nostræ visceribus inhærere de priuato amore:quãtum de p̄ tactis eius effectibus vitijsq; præfatis est & inuenit in nobis.Porro amor dei seu charitas, est pura ac spiritalis dilectio,q̄ super omnia diligimus deum,&nosipsos in deo,hoc est secundum doctrinã,præceptum,&beneplacitũ dei.Itaq; amare se in deo, est omnia illa appetere &amplecti,quę sunt homini expediẽtia aut necessaria,ad complacendum deo, ad approximandũ ei ad proficiendum in gratia & charitate eius,ad obtinẽdum æternam salutem:sicq; ex dei amore seu charitate ꝓcedit castitas,castigatio corporis,refrenatio desideriorum carnalium,patiẽtia in aduersis,amor iniuriarum, increpationum & correctionum , obedire in omnibus,velle subesse,nolle præesse,seipsum despicere,ab alijs despici velle,operibus pœnitentiæ insudare,&omne tempus fructuose deducere,bona ꝓ malis rependere,in diuinis alacriter laborare, sibijpsi non parcere nec blandiri,iniuriantibus,increpantibus,accusantibus,detrahentibus,nunquam irasci,indignari nec contristari,neq; se vindicare:paupertate,inopia, deiectiõe gaudere, deum totis viribus,omniq; modo possibili honorare,& alios ad idem pro posse inducere, eorumq; scandalizationem toto conatu vitare, in

Matth.22.

dei laudibus, orationibus, meditationibus, delectari, ac immorari. Ecce isti sunt effect⁹ & signa diuini amoris vereq; charitatis: & q̃tum ab istis actibus deficimus tm̃ à perfecta charitate, & à diuini amoris pfectiōe & puritate deficimus. Si itaq; affectamus vniuersa vitia amputare, oēs passiones refrenare, in omni ꝟtute ꝓficere, in charitate & gratia pfici, nostrę satis facere ꝓfessiōi, & iuxta nostrę vocatiōis exigentiā digne deo iugiter cōuersari: studeamus indesinēter priuatū amorem expellere, atq; in deo nos vere diligere: qa in hoc cōsistit, vt tactū est, tota summa & vis ac sentētia oīm moraliū documētoꝝ ac ꝓceptoꝝ totius scripturæ & ecclesiæ oīmq; doctoꝝ fidei Christianę. Præterea si q̃ratur q̃liter possit ac debeat homo ista implere. Rn̄detur, q̄d ad hoc sunt plurimæ viæ. Prima est, vt homo incessanter ac feruide inuocet deū ꝓ ꝟtute & gratia sic agendi. Sc͞da, vt etiā inuocet ꝟginē gloriosam, & āgelū sc̄tū suæ vitę custodē, ac sc̄tos ad q̄s maiorē habet affectū ac deuotionē: vt intercedāt ꝓ eo ad dn̄m, istamq; gratiā sibi impetrare dignētur. Tertia ē, vt faciat etiā assidue q̄d in se est, faciēdo sibi forte ꝓpositū reformādi se taliter, & amādi se in deo dn̄taxat, & dicēdi frequenter in animo suo. Ecce in solo deo volo, intēdo, ꝓpono, me amare: & omnia illa desiderare, & cū gaudio tolerare ac facere ea p q̄ possum ei placere, apꝓximare & vniri. Quarta est, cōsiderare q̄ ineffabilē fructū cōsequit̄ homo sic faciēdo, & q̃tum dānum icurrit hoc negligēdo. Quinta est, intueri Christū & cæteros sc̄tos q ita egerūt & eoꝝ sequi vestigia. Sexta est, vt discat & assuescat q̄tidie frāgere se in paruis, vt paulatim se frāgat ac vincat in maioribus, & tādem in maximis. Seq; in cunctis ex toto corde humiliet, quia per specialissimam opem ac gratiam desuper obtinebit.

Ephe. 4

¶ De cognitiōe dei & cōtēplatiōe ipsi⁹. ¶ Art. 12.

IN hoc glorietur q gloriatur, scire & nosse me, dicit dn̄s. In cognitiō: dei beatitudinē nostrā cōsistere Christus testat̄, dicēdo ad patrē; Hęc est vita ęterna vt cog-

[Iere.] 9
[Ioh.] 17.

vt cognoscāt te verū deū, & quē misisti Iesum Christū. Deniq; cū incognitū amari nō valeat, nō possum⁹ deū diligere, nisi aliq eū modo cognoscamus. Nūc igit̄ breuiter aliqd est tāgendū de dei cognitiōe. Possumus itaq; deū cognoscere. Primo p naturalē rationē. Quēadmodū nāq; causa ex effectibus suis cognoscitur, sicut q videt pulchrū ædificiū, ex magistrali & pulchra structura ipsius ppendit prudētiā artificis eius: ita ex pulchritudine, dispositiōe ac ordine creaturarū, cognoscere & cōsiderare debem⁹, q̄ immēsa & inæstimabilis sit sapiētia, oipotētia, & bonitas, supgloriosissimi creatoris. Indeq; cognoscimus, q qcqd bonitatis, amabilitatis & excellētiæ, qcqd dulcedinis, pulchritudinis, & sapiētiæ, qcqd ꝟtutis, sanctitatis, pfectiōis & gloriæ in vniuersitate creaturarū cōsistit: hoc totū pfectissime & simplicissime cū infinita & incōparabili eminētia inē & cōpetit deo. Hinc dixerūt & cōscripserūt summi phi, q deus est bonitas pura, ens absolute pfectū, esse purū, plenū, infinitū, & separatū, ops ꝟtus, sapiētia infinita, pulchritudo immēsa, dulcedo intermīata, & totū hoc docet etiā sacra scriptura. Nā Christus in Euāge. loqt̄ Nemo bonus, nisi deus solus. Qd' ideo dixit: qm̄ tam plena, pfecta & infinita est bonitas dei, q eius cōparatiōe nulla creatura est bona. Sic q̄q; de⁹ altiss. dixit ad Mosen. Ego sum, q sum. Hæc dices filijs Israel: Qui est, misit me ad vos. Per q̄d insinuatur, q̄d esse cōpetit deo æterno ac adorādo, cū plenitudine & excellētia tā immēsa, q ei⁹ respectu nulli creaturę cōpetit esse. Propter q̄d etiā ait Isa. Oēs gētes q̄si nō sint, sic sunt corā deo, & q̄si nihilū, & inane, reputatæ sunt ei. Similiter sapiētia cōpetit deo cū eminētia tā infinita, vt dicat Apost. Soli sapiēti deo. Et iterū: Beat⁹ & sol⁹ potēs rex regū, q solus habet īmortalitatē, & lucē īhabitat inaccessabilē. Ex q bus ꝟbis mōstrat̄, q beatitudo, potestas, & immortalitas tā infinite & supplenissime cōpetūt deo, vt eius cōparatiōe nulla creatura dicatur, beata, potēs, & immortalis Sic & puritas, & claritas tā iscriptibiliter deo cōueniūt

Exo.3

Isai.40.

Rom.16

1.Timo.6

vt in libro Iob scriptum sit: Ecce luna non splendet, & stellæ non sunt mundę in conspectu eius. Consimilter pulchritudo, dulcedo, iustitia, pietas, opulētia, & quicquid perfectionis est, cum incomprehensibili plenitudine competit creatori: qui solus est in infinitum super amabilis, superhonorabilis, & superdulcissimus. Insuper deum cognoscimus per fidem, vtpote, quod ipse sit non solum vnus & simplex in essentia, sed etiam trinus in personis, & quod dei vnigenitus factus est propter nos homo: Multaque alia quæ naturalem rationem transcēdunt, & in scripturis credūtur. Horum aūt nuda & informis cognitio non vocatur nec est contēplatio, sed omnium prædictorum cognitio formata dulcis & amorosa contemplatio appellatur, quæ est actus doni sapientiæ. Sapientia nanque, quæ est donum spiritussancti dicitur quasi sapida scientia: estque supnaturalis & infusa, saporosa & effectiua notitia dei, & est charitati inseparabiliter coniuncta: & quanto quis amplius proficit in charitate, tantoplus crescit in sapientia ista: ad quam obtinendam, nō oportet multum studere, & libros diuersos percurrere, sed puritati atque custodię cordis indesinenter intendere, passionum refrenatiōi studere, pacientiæ, obedientiæ, mansuetudini, sobrietati, cæterisque virtutibus operam dare: & super omnia, ad proficiēdum in charitate infatigabiliter laborare. Ita quicquid bonitatis, amabilitatis, perfectionis, decoris, suauitatis, sapientiæ, potentiæ, & eminentiæ, in rebus creatis videmus: totum creatori omnipotenti & excelso cum infinita excellentia ascribamus. Insuper discamus & assuescamus, mentem nostram ad ipsum vbique erigere eum orando, ac meditando eius altitudinem incomprehensibilem & immensam, considerādo, admirando, ac venerando, eumque instanter ac feruide exorando, vt corda nostra ad suę maiestatis contemplationem synceram illuminet, vngat, ac eleuet, & radio sapientiæ suæ animas nostras quotidie magis ac magis impleat, doceat, ac perfundat. Denique si ita

Iob. 25

Iohan. 1

Isaiæ. 11.

egerimus

egerimus, & iuxta prædicta direxerimus vitā nostrā: fiet nobis de die in diem magis promptū ac facile mētem nostrā ad deum leuare, eumq; synceriter contēplari, atq; in ipso spiritaliter delectari. Imo istud erit nobis facilius quā manum mouere, aut barbam fricare: quia dū anima fuerit reformata, puritati intenta, charitate accensa, à passiōibus, negligētijs, & à peccatis immunis: iam deo vnita est, & quasi in cōtactu radiorum sapientiæ suæ cōsistit, ita quod copiose ac assidue, illustratur, impletur, & inflāmatur ab eo. Postremo quamuis nō omnium sit superbeatissimæ trinitatis emanationem & communicationem ad intra, cōtemplari, quilibet tamen deuotus potest dulciter speculari, quemadmodum superbenedictæ tres personæ videlicet pater & filius & spiritus sanctus, se inuicem æternaliter contemplentur ac intueantur superclarissime cum infinita iucunditate, atq; se inuicem diligāt cum superardentissimo & infinito amore, mutuo q; sibi complaceant superdulcissime & immense & se inuicem perfruantur superbeatissime. Hæc amorose & dulciter sine immoderata & præsumptuosa perscrutatione sunt contemplanda, congratulando beatitudini dei congratulatione præcordiali atq; iucunda.

¶De modis ac vijs & practica proficiendi in syncerissimo dei amore. ¶Art. 15.

Qui diligunt te domine, sicut sol in ortu suo splendet: sic rutilent. Multa sunt quæ inducunt & accendunt vnū ad amorem alterius, vtpote cognitio, intuitio, bonitas, similitudo, beneficētia, ac alia quędā: Vna itaq; via erigendi se ad dei amorem & inflammandi se in dilectione ipsius est, consideratio seu contemplatio bonitatis & amabilitatis ac totius perfectionis ipsius. Cum enim vnumquodque fit tanto amabilius, quanto melius, perfectius, dulcius pulchriusq; cōsistit: certum est, quod sicut deus est vniuersis ac singulis in infinitum, melior, pulchrior, dulcior, sapiētior, atq; pfectior: sic ipse ōnibus infinite ac

Iudic. 5.

prorsus incõparabiliter amabilior est. Hoc ergo considerando, & deum fideliter contemplando, debemus mox suo amore accendi & sancta dilectione ipsius totaliter inflammari. Secunda via est, consideratio eorum quæ quotidie in scripturis & in libris sanctorum, atque ex ore deuotorum audimus de deo, quæ omnia honestissima sunt, virtuosa, ac sancta, omniq; laude dignissima. Si ergo interdum inflammamur in amore alicuius hominis, quem nunquam vidimus, quoniam multa bona de eo audimus: incomparabiliter magis debemus dei amore vehementissime inflammari, de quo indesinẽter tot maxima ac honestissima bona audiuimus ac legimus. Tertia via est, diligenter pensare quod ipse deus prior dilexit nos, & sua gratuita charitate multipliciter nos præuenit. Propter quod ait Iohannes Apostolus: Charissimi diligamus deum, quoniam deus prior dilexit nos. Ingratissimæ enim mentis est, non redamare eum, à quo quis scit se primo esse amatum. Quarta via est, considerare intente vniuersa beneficia dei, naturalia & supernaturalia, generalia ac specialia, corporalia ac spiritualia: & maxime quod pater æternus vnigenitum suum filium supercharissimum propter nos voluit incarnari, in mundo hoc cõuersari ac pati: & quod filius dei tot & tanta ꝑ nostra salute sustinuit, fecit, & laborauit: quod item quotidie ita se nobis in sacramẽto communicat. Si ergo valde diligeremus eum, qui manum ac pedem abscissum restitueret nobis, aut quotidie nos gratis nutriret: nonne incõparabiliter feruentius deum amare debemus à quo corpus & animam, omnia membra & vniuersas vires ac cetera dona suscepimus? Quinta via est, sapienter attendere, quanta bona deus nobis promisit ac præparauit in cœlis: quæ tanta & talia sunt, quod oculus ea non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Nonne deus superliberalissimus præparauit seipsum nobis in præmium, & beatificam fruitionem suam plenissimam? Sexta via est, seipsum

1.Iohan.4

Isai.64.
1.Cori.2

ad dei amorem assidue excitare per verba amorosa, dicendo: O deus dulcissime, quando te feruenter amabo, quàm diu frigidus permanebo, quãdo tua sancta dilectione totaliter inflammabor? Septima via est, deum indesinenter orare, vt in se suam charitatem perficere ac condere & conseruare omni hora dignetur. Octaua via est, seipsum & totam vitam suam, ac omnia sua, ad honorem dei & gloriam actualiter ordinare. Cum enim charitas dei sit virtus summa & omnium finis virtutum, debemus omnia bona quæ agimus, ideo agere, vt per ea in dei amore crescamus. De hac materia plura scribere cogitaui, sed abbreuiare & consummare compellor. Hæc aũt celerrime scripta cũ supportatiõe pia suscipiantur, ad laudẽ & gloriã creatoris: qui est sup omnia de⁹ sublimis ac benedict⁹, Amen.

Finis.

D. DIONY- CARTHV. DE MORTIFICATIONE VIuifica & reformatiōe interna, doctiſſ. plane libellus.

PROOEMIVM.

2 Cori.5 — PRo omnibus mortuus eſt Chriſtus, vt qui viuunt iam non ſibi viuāt, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt. Hæc ſunt verba Pauli Apoſtoli ad Chriſti pro nobis crucifixi imitationem nos inuitantis. Nam vt idem ait Apoſtolus,

Rom.8 — Si Chriſto cōpatimur, conregnabi-

Iohan.13. — mus ei. Non enim eſt ſeruus maior domino ſuo. Si er-

Luc.24 — go oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriā ſuā quomodo nos gloriam iſtam intrabimus, ſi Chriſtum ſequi negligimus? eius humilitatem, patientiam, manſuetudinem, obedientiam, charitatem, non curantes

1.Petri.2 — ſectari: p̄ſertim cum Petrus dicat Apoſtolus: Chriſtus paſſus eſt ꝑ nobis, vobis relinquēs exemplū vt ſequamini veſtigia eius? Quid autem eſt Chriſti veſtigia ſeq nisi per præfatas virtutes ſuæ ſanctiſſimę cōuerſatiōi ac paſſioni, noſtram conuerſationem (quantum poſſi

1.Iohan.2 — bile eſt) conformari? Quemadmodum docet euangeliſta Iohannes: Qui ſe dicit in Chriſto manere debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Igitur ſicut vita Chriſti in mundo hoc tribulationibus & perſequutionibus fuit plena: ſic electorum Chriſtianorum vita in ſeculo iſto diuerſis tribulationibus & perſequutionibus exercetur, probatur, & coronatione gloriæ ſempi

1.Tim.3 — ternę digna efficitur. Propter q̄d dicit Apoſt. Omnes q

Actu.14 — volunt pie viuere in Chriſto, perſequutionē patiētur

2.Tim.2 — Et rurſus: Per multas tribulatiōes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Itemq;: Non coronabitur niſi qui legitime certauerit. Etenim cōtra tres hoſtes forte & inceſſabile prælium habent electi: videlicet cōtra diabolum, mundum, & ꝓpriam carnem, imo & cōtra ꝓpriam

ꝓpriam

propriam voluntatem, quam laboriosum ac difficillimum est in omnibus abnegare, & vincere, rectificare & diuinæ volūtati subijcere. Hinc magis timere debet Christianus se non esse in statu salutis & gratię, nec ad electorum consortium pertinere: dum nil aduersitatis, nihil videlicet tentationis, tribulationis, aut persequutionis sibi contingit: quàm cum diuersis fatigatur molestijs, præsertim cum dominus ꝓtestetur: Ego q̄s amo, arguo, & castigo. Quoniam ergo pro nobis mortuus est Christus, non nobis sed ei viuamus, hoc est nō secundum propriam voluntatem & libertatem, non secundum passiones & concupiscentias nostras, non secundum desideria vanitatum & pristina vitia conuersemur, sed secundum Christi voluntatem, doctrinam, exempla, præcepta, siue consilia, vitam quoq; nostram ad Christi honorem & gloriam, & non ad propriam laudem seu vtilitatem finaliter ordinemus: hoc vtiq; est viuere non sibiipsi, sed Christo. Præterea qui sic viuit atq; iustitiam diligit, q̄d vere paratus est vitam suam ꝓ Christo morti exponere, ille Christo viuit, non sibi. Manifestum est autem quod taliter viuere sit salubriter mortificari, de qua mortificatione cātamus: Propter te mortificamur tota die. Ad quam monet Apostolus dicendo: Mortificate mēbra vestra quæ sunt sup terrā. Et Christus in Euāgelio: Si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proiice abs te: quę nō sunt intelligenda per amputationem membroꝝ: sed vitiorum quæ fiunt per membra, quatenus omnibus membris corporis ad dei honorem virtuose vtamur.

Apoc.3 | 2.Cori.5 | Psal.43 | Col.3. | Mat.5

¶De suiipsius mortificatione viuifica ac salubri.

¶Art. 1.

In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur, semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Rationalis creaturæ pfectio atq; felicitas aliud prorsus non est, nisi plena eius ad suum creatorem conuersio; quamuis aūt cōuersio ista

2.Cori.4

essentialiter nihil sit, nisi contemplatio atque dilectio dei, multa tñ requirit & p̄supponit in nobis. Nam q̄a ad peccata multa delapsi sumus. Primo requirit & prę supponit, vt p labores & actus pœnitentiæ satisfaciamus deo, & emēdemus nos. In maliuolā eñ animā nō introibit sapiētia. Hic ipsa q̄tidiana pœnitētia nostra q̄ p contritionē, fletū, & opera ꝟtuosa nos ad deū cōuertimus mortificatio appellatur. Secūdo p̄dicta conuersio p̄suppōit & exigit vt caro nostra subiecta sit animę quemadmodū famula dominæ, q̄tenus tātum & nō amplius accipiamus de cibo, potu, somno, & cæteris q̄bus indiget corpus nostrū, q̄tum animæ p̄dest ad dei obsequiū, sicq̧ corpus nostrum deo offerimus. Ad q̄d nos hortat̃ Apost. dicēs: Obsecro vos p misericordiā dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuētē, sanctā deo placētē. Cōsistit q̄q̧ subiectio ista corporis sub aīa in hoc, vt oībus mēbris bene vtat̃, exercēdo p ea actus iustitiæ, non opera culpæ. Propter q̄d iterū ait Aposto. Nō regnet peccatū in vestro mortali corpore, neq̧ exhibeatis mēbra vestra arma iniq̄tatis peccato, sed arma iustitiæ deo. Hæc itaq̧ subiectio recte mortificatio hominis nūcupat̃, q̄a p eā sicut p pœnitētiā desinit homo esse id q̄d fuit p culpā, desinit etiā esse talis q̄lis fuit desinit itē esse suipsi⁹, & incipit esse sui creatoris. Quāuis etenī oīs homo sit dei p cōditionē seu creationē, iusti tñ & pœnitētes p̄cipue, nō aūt iniusti sunt dei, p cultū seu operationē ac dilectionē. Ideo de electis ait Psalmista: Ipse est dñs deus noster, nos aūt populus eius & oues pascuæ eius. Tertio p̄fata cōuersio p̄supponit & exigit subiectionē animę q̄tum ad suas inferiores potentias sub ratiōe ac rationabili volūtate, q̄tenus omnes interiores exterioresq̧ sensus, sensitiuos appetitus scd̄m rectū illuminatæ ratiōis iudiciū dirigātur & gubernētur. Custodiēdi sunt itaq̧ sensus exteriores, vez visus, auditus, tactus, gustus, & odoratus, vt p act⁹ eorū ratio adiuuet̃ in bonis, & ad diuina atq̧ cœlestia erigatur; Refrenādi q̄q̧ sunt sensus isti, ne in sensibilib⁹ rebus

Sapi. 4 — Rom. 12 — Rom. 6 — Psal. 94

rebus carnaliter delectentur, sed scdm ratiõis iudiciũ vel conuenientiã naturalẽ sensus ad suũ sensibile sine immoderato excessu. Deniq; appetitus sensitiuus sic rationi subdendus est, vt oẽs eius affectiones, q̃ animę passiones vocãtur, ad mediũ rationis deducãtur, ac taliter refrenẽtur, ne per eas diuinorum cõtemplatio, cœlestiumq; bonorum dilectio impediãtur. Q̃d qualiter fieri queat, infra deo pręstãte elucidabo. Quarto & vltimo preinducta conuersio requirit subiectionem rationis ac voluntatis sub deo, quatenus scdm legẽ diuinã sacrã scripturã & fidẽ catholicã, omnes actus ratiõis ac voluntatis regantur. Redigenda em̃ & captiuanda est ratio in obsequium Christi, vt omnia quę Christianę sunt fidei credat, q̃uis naturalem rationem vehementer excedant. Voluntas quoq; sic subiiciẽda est deo, vt credita amet, inuisibilia appetat, incomprehensibilia illa bona quæ oculus non vidit nec auris audiuit, adipisci desideret. Hinc quippe dicit Apost. In captiuitatẽ redigẽtes omnem intellectum in obsequium Christi. Cum itaq; homo his modis totaliter subiectus fuerit deo, tũc ad diuina, æterna, summa, & inuisibilia bona cõtẽplãda ac diligẽda erit aptissimus. Subiectio demũ ratiõis ac voluntatis nunc dicta sub deo, mortificatio rationis voluntatisq; dicenda est, q̃ per theologicas fit ỽtutes, vtpote fidẽ, spẽ, & charitatẽ, p quarum actus ad eũ immediate cõuertimur, imo harum virtutũ actio, est mẽtis nostræ ad deum actualis conuersio. Ecce in præinductis subiectionibus seu mortificatiõibus consistit pfectio nostra dispositiue. In actuali vero cõuersiõe ad deũ essentialiter sita est, qm̃ subiectiões illę ad cõuersionẽ hãc disponũt seu pparãt mẽtẽ. Sed & pfatæ subiectiões, seu mortificatiões particulares ac speciales dici possunt, & sunt vna hominis mortificatio generalis atq; totalis, q̃ se totũ abnegat, deoq; subdit, & in ipso p gratiã secundum ipsius voluntatem salubriter viuit. Propterea mortificatio ista vocatur viuifica, quia per eam verius, perfectius, atq; salubrius viuit quis deo, quãmsi

2.Cori.10

Isai.64.
1.Cori.2
2.Cori.10

quã sine ea viuire sibiipsi: imo sibimetipsi viueret est mori morte peccati, de q̃ morte ait Saluator: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Cum autem prędictã mortificationem perfecte adepti fuerimus, tunc sicut corporaliter mortui, nil amplius sentiunt, sic nos neque aduersis nec prosperis à deo impediri poterimus. Nec hõm laudibus extollemur, nec vituperiis deiiciemur, non propter contumelias, iniurias, irrisiões, vel alias quaslibet aduersitates nobis illatas, ad iram, impatientiam, perturbationem, seu inquietudinem cordis mouebimur: sicq; puro, stabilito, ac libero animo per cõtemplationẽ synceram, ac feruidã dilectionem deo vacare poterimus. Tales fuerunt viri perfecti, in quorum persona dicit Apostolus. In omnibus ingens tribulationem patimur. Multæ enim sunt tribulationes iustorũ. Et per multas tribulatiões ingrediuntur electi in regnum cœleste: sed non angustiamur, hoc est non propter aduersa huiusmodi formidamus, anxiamur, opprimimur, imo in domino delectamur, õnia amoroso, læto, ꝓmptoq; animo sufferentes, cuius rationẽ subdit Apostolus: Semper mortificationẽ Iesu .i. Christi passionem seu persequutionem quã toto (q̃ in mundo conuersatus est) tempore ab impiis ꝓtulit, in corpore nostro circumferentes, illud quotidie castigãdo, flagellando, macerãdo, aliisq; virtuosis laboribus fatigando. Vel mortificatio Iesu potest intelligi subiectio qua suam voluntatem creatam, atq; assumptam humanitatem, deo patri subiecit, non suam sed patris in omnibus faciẽs voluntatẽ. Hanc mortificatiõem in nostro conferimus corpore, dum illud rationi ac diuinæ voluntati obedire compellimus, vt & vitã Iesu manifestetur in carne nostra mortali, hoc est, vt in cõuersatione nostra quam habemus in hac carne mortali ostendatur, siue appareat qualis fuit conuersatio Christi in seculo isto: ꝑ hoc q̃d eius cõuersatiõi nostrã vitã ꝓ viribus cõformamus, sequẽtes ipsius vestigia. Vel sic: Vt vita Iesu .i. immortalis & glorificata vita

Matth. 8

1. Cori. 4

Psal. 33

Actu. 14

Iohan. 5.

Christi

Christi,quā nunc habet in corpore glorioso in patria manifestet in carne nostra mortali, id est, reluceat ac monstretur in corporibus nostris in resurrectione futura,quando in die iudicij electi resurgent in corpore glorioso ac immortali, vz, tali quale Christus nunc habet. Si.n,compatimur corpori Christi nunc,cōglorificabitur corpus nostrum corpori eius tunc,iuxta illud beati Apost. Saluatorem expectamus Iesum Christum,qui reformabit corpus humilitatis nostræ,configuratum corpori claritatis suæ.

Rom.8
Phil.3

¶Quod mortificatio ista viuifica nō sit aliud quā suijpsius abnegatio spontanea, fractio conseruatiua, violentia virtuosa,odium amorosum,ac salutaris perditio. ¶Art. 2.

Qui odit animam suam in hoc mūdo, in vitā æternam custodit illam:Sacra scriptura vnū & idem frequenter sub diuersis exprimit verbis. Porro iam dictum est,quemadmodum in præscripta mortificatione viuifica cōsistat perfectio nostra. Idcirco ad eam vberrime nos hortatur diuina scriptura,quamuis sub forma verborum diuersa. Nunc vero prædictum est,quod homo idcirco dicitur viuifice seu vitaliter ac salubriter se mortificare,quoniam nō secundum propriam voluntatem,naturalem inclinationem,aut carnalem concupiscentiam,sed iuxta dei omnipotentis voluntatem, legem ac documēta viuit, Christi sequens vestigia,consilia,vel exempla. Quantum ergo ad hoc,mortificatio ista viuifica appellatur suijpsius abnegatio spontanea,per quā homo à seipso & proprio velle auertitur,vt ad deum plenius conuertatur, propriæ affectioni diuinam in omnibus præferens voluntatem. Ad quam abnegationem hortatur nos Christus in Euāgelio dicens:Qui vult venire post me,abneget semetipsum,& tollat crucem suam quotidie & sequatur me. Rursus, vt tactum est,homo dicitur mortificare seipsum, qm̄ castigat, flagellat,maceratque corpus suum, imo per diuersos labores virtuosos, &

Iohan.12

Lucæ.9

pœnitentiæ opera dura & afflictiua, seipsum quotidie corrigit, purgat & tribulat, prout ait Psalmista. Propter verba labiorum tuorum, ego custodiui vias duras. Et denuo: Fui (inquit) flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis. Paulus quoque: Castigo ait corpus meũ & in seruitutem redigo. Itaque quantum ad hoc mortificatio memorata vocatur sui ipsius odium. Christo teste, qui loquitur: Qui odit animã suam in hoc mũdo, in vitam æternam custodit eam. Et in Euangelio Lucæ: Qui non odit animam suam, non potest meus esse discipulus. Cum nãque amare sit alicui bonum velle: Odire vero velle alicui malũ: nosipsos vel animas nostras quodammodo odire asserimur, dum ei tot mala pœnalia volumus atque infligimus, sicut dum aliquem percuti cernimus, quem defendere quidem possemus, non tamen defendimus, eum odire videmur. Veruntamen, quoniam in veritate expedit nobis pati hæc mala pœnalia, inquantum sunt vitiorum nostrorum purgamenta, atque ad maiorem gratiam in præsenti, ampliorem que gloriam in futuro cor nostrum disponentia, imo & Christo eiusque passiõi sanctissimæ nos conformantia, itemque in exemplum patientiæ, & imitationem pœnitentiæ, aliis profutura: idcirco odium istud dicitur amorosum, bonum & virtuosum, cũ procedat ex charitate. Iterum mortificatio præinducta odium sui ipsius vocatur, quia per eam odimus in nobis vicia, non naturam. Etenim tam in nobis quã in proximis debemus odisse nõ naturam sed culpam quod est odium perfectum, de quo habetur in Psalmo Perfecto odio oderam illos. Hoc modo sermo dei dicitur aduersarius noster. Christo illud in Euãgelio perhibente. Concorda cum aduersario tuo dum es cum illo in via. Nõ quod sermo dei sit vere aduersarius noster, cum sit amicissimus & vtilissimus nobis, sed quoniam concupiscentiis, viciis, & propriis nostris voluntatibus aduersat. Hinc ait Gregorius: Tunc bene animam nostrã odimus, cum eius carnalibus desideriis non acqui

Psal. 16
Psal. 72
1. Corin. 9
Iohan. 12.
Lucæ. 14
Psal. 138.
Matth. 5
Grego.

non acquiescimus, cũ eius appetitũ frangimus, cũ eius voluptatibus reluctamur. Præterea quoniã per mortificationem præfatam nosipsos relinquimus, & esse desinimus quales eramus, separantes ac diuidentes vicia à persona, ideo mortificatio hæc dicta est fractio, q̃ etiam cõseruatiua vocatur, quia p eam nosipsos veraciter ac spiritaliter integramus in deo, ei adhærẽtes toto indiuisoq; animo, cõseruantes nos p hoc esse virtutum & gratiæ, pro q̃ integratione spiritali orat pro discipulis Apostolus ad Tessaloni. dicẽdo. Deus pacis sanctificet vos per oĩa vt integer spiritus vester & anima & corpus sine querela seruetur in aduẽtũ domini nostri Iesu Christi. Hinc frequenter cantat Psalmista Confitebor tibi domine in toto corde meo: hoc est in intellectu & voluntate, vt in intellectu sit diligẽs aduertẽtia, atq; in voluntate affectuosa deuotio. Vñ de impijs ac mundanis, qui nõ toto corde adhærẽt deo, sed cõtra diuinũ amorẽ implicati sunt reb⁹ vanis & vicijs ait Osee pphεta: Diuisum est cor eorũ, nũc interibũt. Toto nanq; corde, & integerrima ac fidelissima mente adhæreamus, cãtemus, & obseq̃mur, dño deo nostro, queãdmodũ scriptũ est: Timete dñm & seruite ei corde pfecto atq; ꝟissimo. Præterea qm̃ p mortificationẽ pscriptã nosipsos superamus cũ laborioso conatu, studẽdo ꝟtutib⁹, resistẽdoq; vicijs, negãtes naturę nostrę multa q̃ illicite vel minus vtiliter appetit, & ad multa cogẽtes seu excitãtes eandẽ q̃ fugit, vt sunt labores & actus ꝟtutũ, ideo mortificatio hæc violẽtia ꝟtuosa vocatur, q̃ omi homini vno modo scз, q̃ ad ea q̃ cadunt sub pcepto necessaria est ad salutẽ. Nã, vt ait Saluator Regnũ cœlorũ vim patitur, & violẽti rapiũt illud. Specialiter ꝟo violẽtia ista ad Monachos Monialesq; ptinet, quorũ est seipsos in omibus frãgere, & nõ solũ pceptis, sed & consilijs ac regularibus institutis parere. Propter q̃d magnus, profundus, ac deuotissimus ille Clymach⁹ diffiniẽs monachũ, Monachus inqt est violẽtia naturæ indeficiẽs, & custodia sensuũ indeficiens.

Psal. 72
1. Thess. 5
Psal. 9. 85.
Osee. 10.
Iosuæ. 24
Matth. 11
Clyma.

Apoc. 2 Taliter vincenti seu violento multa promittit Christus
Eodem in Apoca, dicendo: Vincenti dabo edere de ligno vitae
Eodem quod est in paradiso dei mei. Et rursus: Qui vicerit non
laedetur à morte secũda. Itemq;. Vincenti dabo mãna
absconditum. Lignum vitae est ipsa aeterna & increata sapientia sc; deus, quemadmodum de sapiẽtia Sa-
Prouer. 3. lomon loquitur: Lignum vitae est omnibus apprehendẽtibus illam. De hac beati in patria spiritaliter edũt,
atq; dulcissime reficiuntur, dum ea beatifice perfruũtur, per quod in omni bono confirmantur, replentur
Psal. 16 ac satiantur, dicente Psalmista. Satiabor cum appa-
Psal. 35 ruerit gloria tua. Et denuo: Inebriabuntur ab vbertate domus tuae, & torrente voluptatis tuae potabis eos.
Postremo, quoniam per mortificationem saepe dictã, homo exponit seipsum tot aduersitatibus, doloribus
atq; laboribus, vt quodammodo videatur non curare vel attendere, sed negligere semetipsum, quod vtiq;
sic est quantum ad delectabilia carni, & propria cõmoda. Propterea mortificatio ista vocatur suiipsius per-
Lucae. 9 ditio, secundum quod Christus in Euãgelio dicit. Qui
Joha. 12 amat animam suam perdet eã: Hoc est, qui vere animã suam diligit in presente vita, aduersitatibus & laborio-
sis poenitentiae atq; iustitiae exercitiis, imo si ratio exigit, etiam mortis periculis eam exponit. Sed quia per
hanc perditionem vere saluamur. Ideo salutaris per-
Joha. 12. ditio nominatur, de qua loquitur Christus. Qui perdiderit animam suam propter me inueniet eam, id est,
saluam reperiet in futuro.

¶Quod mortificatio ista viuifica, non sit nisi priuati amoris extinctio, ac diuinę charitatis adeptio: & quomodo amor priuatus sit omnis peccati origo, ita quod in eius plenaria extirpatione perfectio nostra consistit.

¶Art. 3.

Iudic. 5. QVi diligunt te dñe sicut sol in ortu suo splen-
Augu. det, ita rutilent. Quemamodum sctũs Augustinus nos edocet, duo amores duas cõstituũt
ciuitates, nam amor dei crescens vsq; ad cõtemptum

sui con

ſui, cõſtituit ciuitatem dei Ieruſalem, quæ eſt eccleſia electorum, hoc eſt dum electi in tantum creſcunt atq; proficiunt in diuino amore quod contemnũt ſeipſos tunc vere ſunt membra eccleſiæ. Porro amor ſui creſcens vſq; ad contemptum dei, ciuitatem efficit Babylonis, regnũq; mundi, cuius princeps vocatur diabolus quemadmodum Chriſtus diſſeruit. Venit ad me princeps mundi huius, & in me non habet quicquam: hoc eſt, dum peruerſi ſic creſcunt in ſuĩpſius priuato amore quod dei præcepta non curant, nec deum honorãt tunc vere ſunt membra diaboli, ſuntque de numero congregationis damnandorum. Conſtat ergo q̃d omnium viciorum origo eſt amor ſui, ſeu amor priuatus Vnde ſi in dei amore, omniumq; virtutum decore, optamus proficere, omnino oportet vt iſtum amorem priuatum conemur funditus extirpare & ebannire: & quãto in hoc magis proficimus, tanto in dei amore & vniuerſis virtutibus ſublimius promouemur & creſcimus. Oportet itaq; ſcire quid ſit amor iſte priuat⁹ ita nociuus, & quid ſit amare ſe in ſe, quid item ſit amare ſe in deo. Conſiderandum eſt itaq;, quod amare ſe in ſe, ſeu amor priuatus, & amare ſe in deo, ſeu amor diuinus penitus contrariantur, & ſe mutuo expellũt ſeu deſtruunt. Cum em̃ amare ſit alicui bonum velle, amare ſe in ſe, eſt ſibi ipſi bonum velle per comparationẽ, ſeu reſpectum ad ſeipſum, & propriam volũtatem ſeu concupiſcentiam: non per relationem atq; intuitum ad deum & vltimum finem, veramq; fœlicitatem, ſicut dum aliquis amat & appetit delectabilia, vtilia vel honeſta, quo ad ſtatum ac vitam præſentem, propriã carnem ac volũtatem peruerſam, per quæ impeditur & elongatur à deo. Deniq; amare ſe in deo, eſt ipſum deum glorioſum ac omnipotentem ſuper omnia diligere, & ea quæ bona atq; proficua ſunt quo ad deum, ad vltimum finem, ſeu vitam æternam ad beatitudinẽ cõſummatã, cordiali affectu appetere, omnia q̃q; ſemper ac vbiq; principaliter ad dei honorẽ referre.

Ioha.14

Matth.22.
Mar.12.

Patet ergo q̊d amor sui, seu amor priuatus est amor inordinatus, viciosus ad seipsum reflexus, q̃ bona terrena, vana, caduca, vicꝫ, dũ fama, & gloria huius mundi, diuitiæ, deliciæ & honores seculi huius, plus amantur quam deus æternus, & bona cœlestia, spiritalia, ac diuina, queãdmodũ faciunt ambitiosi, auari, superbi, carnales, & omnes viciosi, q ea exquirũt, quę ꝓprię voluntati & affectioni, atq; naturæ, q̃ ad seipsam dulcescũt & placẽt, carnaliterq; delectãt eos q̊q; qui talia sibi impẽdunt, carnaliter diligunt. Ea vero q̃ ꝓpriæ affectiõi cõtrariãtur, quãuis saluberrima sint detestãtur, vicꝫ, increpationem, disciplinã, carnis maceratiõem & humiliationem, Vnde & his q talia eis inferũt, indignantur. ac irascũtur. Itaq; ex isto priuato amore, innumerabilia vicia oriuntur, puta superbia, ira, impatientia vana gloria, ꝓsumptio, inuidia, ambitio: Vicia quoq; carnalia, gula & auaritia. Ex hoc nempe q̊d aliquis ꝓdicto modo amat seipsum, statim oritur desideriũ ꝓpriæ excellentiæ, quod est superbia. Deinde affectus vindictæ contra eos qui aliquid iniuriæ vel paruipensionis irrogare videntur, qui affectus est ira. Vlterius tristitia contra eos qui aduersa infligunt quæ est impatientia. Sicq; ex isto amore sui ad se, vniuersa scãturiunt vicia. Idcircò si cuncta peccata superare optamus nõ amemus nos per reflexionem istam priuatam ad nos, sed solum in deo. Euellamusq; funditus priuatũ amorem, omnia detestando per quæ elongamur aut separamur à deo, per peccata quippe mortalia separamur à deo: per venalia vero quodammodo elongamur ab eo. Omnia quoque per quæ promouemur, ꝓducimur, seu iuuamur ad deum, cordialiter diligam⁹ & amplectamur. Insuper ad vitam æternam optima & compendiosissima via est per ignem & aquam transire, hoc est diuersas tribulationes æquanimiter ferre ignominiã pati, ab oĩbus vilipendi, increpari, vituperari, nesciri, corpus affligere, sacris vigilijs insudare, pijs laboribus fatigari, in orationibus & meditationibus

Psal. 65

sanctis

sanctis pernoctare. In omni diuinitatis obsequio feruenter ac indesinentissime occupari. Omnia ergo hæc amat, qui seipsum in deo efficaciter diligit, & sicut ista desiderat, sic horum opposita, scilicet aduersa nō pati, ab omnibus honorari, vane laudari, famari, deliciose nutriri, somno ocioque vacare, à dei cultu cessare. Hæc inquam spernit, odit, & vitat. Cum autem quis aliquid vere desiderat, tunc in illius adeptione atque præsentia cordialiter delectatur: Dum vero aliquid odit & fugit tunc plane in illius euentu tristatur. Si ergo nosipsos in deo vere diligimus, tunc summe ac intime gloriemur, dum tribulationibus conquassamur, dum ignominias patimur, & ab vniuersis contemnimur, deridemur, arguimur, reprobamur: amemus nesciri, cupiamus subesse & obedire, affectemus in omnibus nosipsos relinquere, in carnis afflictione, & in sanctis vigiliis continuis precibus, meditationibus bonis, cæterisque exercitiis virtuosis ac piis, laboribus vehemēter lætemur, aduersarios nostros intime diligamus, vituperantibus atque spernentibus nos pium ac charitatiuum rependamus affectum: siquidem per illos purgamur à vitiis, gratiam impetramus, Christo atque martyribus assimilamur, & deo placemus. Denique hæc prędicta ad religiosos præcipue pertinent, quemadmodum ait Eusebius loquens ad monachos: Non ad requiem, nō ad securitatem, sed ad pugnam, claustrum intrauimus, ad exercenda cum vitiis bella, vt linguā refrenemus, neque illatas iniurias sentiamus. Peculiarius autem istud ad nostram pertinet professionem: Nihil in hac vita consolationis requirere, nihil quietis, nec velle recipere bona in vita præsenti, sed honores refugere, subiectione & abiectione gaudere, paupertatem studio quærere, non solum facultates, sed etiā cupiditates à cordibus eradicare. Ecce in istis cōsistit profectus noster, atque perfectio: qui ad ista, deo auxiliāte, pertingit, potest dicere cum Paulo. Christo confixus sum cruci, viuo autem iā nō ego, viuit vero in me Christus

Euse.

Gala. 2.

 Et ite-

Philip.1. Et iterum: In omni fiducia magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem: mihi eñ viuere Christus est, & mori lucrum. Sic nanq; priuatum amorem extirpare est vere seipsum salubriter mortificare, carnem cum vitijs & concupiscentijs crucifigere, mori mundo & viuere deo, quod qui facit, dicere cum Aposto. potest. Ego stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Itaq; secundum quod Aggeus ꝑpheta hortatur. Ponamus corda nostra super vias nostras, considerando diligenter quotidie, imo frequenter quolibet die quid nobis, q̃ ad deum, bonum & vtile sit, idq; iugiter diligamus. Quid item nos à deo auertat, impediat, aut elõget, idq; infatigabiliter euitemus Verum quoniam ista difficilia sunt, nec cito adipiscũtur, virtus enim est circa difficilia: & quo perfectio altior est, tanto opus est maiorem adhibere conatum. Idcirco totam spem nostram cõstituamus in deo, eius opem & gratiam incessabiliter implorando, fideliter quoq;, quod in nobis est, faciendo. Inchoemus fiducialiter, prosequamur viriliter, vt obtineamus feliciter, considerantes quod ait Apost. Stabiles estote & immobiles, abundantes in opere domini semper, scientes ꝙ labor vester nõ est inanis in domino. Itẽq; Psalmista: Expecta dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum & sustine dominum.

Gal.5. Gal.6 Agg.1 1 Cori.15 Psal.30 Psal.26

¶De tribus consilijs euangelicis, ad perfectam sui ꝑsius mortificationem perducẽtibus, in qbus fundantur tres virtutes, vel tria veta, quæ sunt de essentia cuiuslibet religionis seu ordinis.

¶Art. 4.

1.Tim.1 FInis præcepti est charitas de corde puro & cõscientia bona, & fide non ficta. Finis rei vocatur vltimata eius perfectio. Perfectio autẽ consistit potius in actu quàm in habitu. Cum ergo ait Apostolus quod finis præcepti. i. omnium præceptorum plenitudo atq; perfectio est charitas, per charitatẽ actum charitatis, videlicet actualem dei dilectionem feruentem

adhęsio

adhæsionem, affectuosam vnionem intelligit. In hac siquidem charitatis vnione perfectio nostra essentialiter sita est, quoniam vita animæ est charitas, quę etiã est forma, decor, finis, & vigor vniuersarum virtutum ita quod sine ea eiusq; præsentia directione atq; imperio actuali, vel saltem habituali nullius virtutis opus deo acceptum aut meritorium est. Charitatis nãq; est cunctis virtutibus imperare, idcirco quicquid agimus ex charitate dei ꝓcedere debet: Propter q̃d dicit Apostolus: Si si linguis angelorum loquar aut hominum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Iohãnes quoq; Apostolus in prima sua scribit epistola. Qui nõ diligit manet in morte. Et rursus: Scimus quia de morte translati sumus ad vitam, quia diligimus fratres. Ex quibus verbis euidenter patescit q̃d spiritalis vita animæ consistit in charitate, quę non amittitur nisi per peccatum mortale, qua perdita omnes virtutes perduntur quantum ad efficaciam promerendi vitam ęternam. Cum itaq; charitas sit virtus altissima, diuinissima, atq; dignissima, eiusq; actus sit summa perfectio nostra, patet quod non duntaxat omnium præceptorum, sed omnium quoq; consiliorum finis, sit actus interior charitatis, non qualiscunq; sed perfectæ. De qua (vt tactũ est) protestatur Apostolus: Finis præcepti est charitas id est, actualis dilectio dei. De qua denuo dicit Aposto. Plenitudo legis est dilectio, procedens de corde puro, hoc est à passionibus & peccatis purgato, & conscientia bona, id est, peccati remorsum nõ habente. Quemadmodum Paulus ait: Nihil mihi conscius sum. Et Iohannes: Charissimi, si cor nostrum non repræhẽderit nos, fiduciã habemus ad deum. Et fide non ficta, illa videlicet quæ per dilectiõem operatur. Christus itaq; tanquam æterna, increata, perfecta, immensa, ac genita sapientia dei patris optime sciens, quomodo cõpẽdiosius, salubrius, magisq; meritorie possemus deo vniri, in eius dilectione proficere & perfici, ęternamq;

1. Cori. 13
1. Iohan. 3
Eodem.
1. Tim. 1
Rom. 13
1. Cori. 4
1. Iohan: 3
Gal. 5.

beatitudinem adipisci, per os suæ assumptæ humanitatis, saluberrima nobis dedit consilia, pertingẽdi ad charitatis perfectionem, ac syncerissimam cum deo vnionem, eiusq; beatificam fruitionem. Porro charitatis perfectio vno modo attenditur ex parte dei, qui sicut est infinitę bonitatis, sic est & infinitæ amabilitatis. Idcirco à nulla creatura tantum diligi potest, quantum ipse diligibilis est, imo dilectio nostra in hac via, sanctorum quoq; in patria, in infinitum minor est dilectione tanta qua deus sublimis & benedictus dignus est diligi, vnde ipse solus seipsum amat perfecte, si hoc modo charitatis pensetur perfectio. Quælibet quoq; trium diuinarum personarum videlicet pater, & filius & spiritus sanctus, aliam diligit tanto quanto est digna amore, vtpote penitus infinito. Secundo charitatis perfectio consideratur ex parte intellectualis creaturæ deum amantis, sicq; beati in patria deum amant perfecte, quoniam teste Augustino. Perfecte implent charitatis diuinæ præceptum, quod Christus proposuit, dicens. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Sancti nanq; in patria toto corde totisq; anima, mente, & virtute sic actualiter feruntur in deum, ei incessabiliter affectuosissime ac integerrime adhærendo, quod in his quatuor nihil est quod non sine cessatione totum feratur in deum. Diligunt igitur deum toto corde, id est, pleno voluntatis affectu: vel toto corde, id est, integra intentiõe, quoniam in vniuersis quæ cogitant, agunt, & diligunt, tota eorũ intentio indesinenter fertur in deum. Tota mente, id est, tota consideratione, notitia, seu contemplatione intellectus deum iugiter intuentes, & in ipso omnia conspicientes, atq; de omnibus secundum eius veritatem infallibiliter iudicantes. Tota anima, id est, tota affectione quantum ad inferiorem appetitum. Vnde Psalmographus decantat: Cor meũ & caro mea, exultauerũt in deũ viuũm. Vbi per cor appetitus superior

August.

Mar. 12

Psal. 83

puta vo

puta voluntas, per carnem autem appetitus inferior scilicet sensitiuus intelligi potest. Non quod appetit⁹ sensitiuus directe & immediate pertingat ad simplicissimum ac insensibilem deum, sed quia per redundātiam quandam amoris & delectationis superioris appetitus, seu voluntatis in ipsum delectatur in deo, quēadmodum etiam nunc in via quidam deuoti, tam vehementer subinde delectantur in deo in superioribus animę viribis, quod vires inferiores & corpus nō modice alterantur, & in deo per redundantiam dēlectari videntur. Tota virtute, id est, tota exequutione in opere exteriore, cuius tota ratio est in beatis dei dilectio. Deniq; ista charitatis perfectio non est nobis in hac vita possibilis, sed perfectio charitatis quæ est de necessitate salutis, hoc modo sumenda est, vt scilicet ad dei dilectionem nobis nil desit, quod non actualiter vel virtualiter ordinemus in deum, ꝑut dicit Apostolus ad Colossenses: Omne q̄dcunq; facitis in verbo aut opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi agite. Et ad Corinthios: Siue manducatis siue bibitis, siue aliud aliquid facitis, omnia in gloriam dei facite. Dum eñ q̄s vitā suā ad dei obsequiū ordinat, tūc vniuersa q̄ agit virtualiter vel habitualit̄ refert ad deū. Sic quoq; viatores tenentur deum diligere tota mente, ita q̄d in om̄ibus credendis intellectū deo subijciāt & tota anima vt oēm affectionē suam ad dei amorem generaliter referāt, & cuncta quę diligunt, in deo diligāt. Tota q̄q; virtute, vt omnia exteriora tam ꝟba q̄ opera nostra, ex charitate ꝑcedant diuina: sicut docet Apost. Sermo vester semp in gratia sale sit cōditus. Et omnia vestra in charitate fiant. Præterea q̄uis charitatis pfectio cōueniens sanctis in patria, nō sit huic vitæ possibilis: nihilominus decet & expedit nobis, vt quātum gratia auxiliante valemus, conemur sanctorum illorum perfectioni in charitate assimilari & propinquare, adiuti exemplo Pauli, qui ad Philippenses fatetur. Fratres, ego non arbitror me comprehendisse.

Col. 1.
1. Cori. 10
Col. 4
1. Cori. 14
Philip. 3

Vnum autem q̃ quidem retro sunt oblitus,ad ea vero quæ priora sunt extendens meipsum , ad destinatum persequor ad brauium vocationis supernæ.Rursusq; loquitur:Non quod iam acceperim aut perfectus sim sequor autem si quo modo comprehendam scilicet perfectionem beatorum in patria,seu deum per speciem videndo eum facie ad faciem.Vt autem & nos taliter agamus,consequenter admonuit: Quicunq; perfecti sumus,hoc sentiamus.Insuper constat quod cor hominis tanto perfectius,purius,ac fortius fertur in vnum illud amando seu cõsiderando,quãto amplius à multis abstrahitur,ideo ad diuinam dilectionem tanto aptiores efficimur, quanto plus à temporalium rerum affectu elõgamur, ac remouemur, prout elucescit ex verbis Augustini dicentis: Venenum charitatis est cupiditas temporalium rerum. Augmentum vero ipsius est cupiditatis diminutio:perfectio autem eius est nulla cupiditas. Itaq; ad hæc omnia tendunt Euangelica cõsilia,vt anima nostra ab inordinato temporaliũ rerum amore auersa,in deum dirigatur,perfectius summum illud bonum synceritur contemplando , feruide diligendo,eiusq; voluntatem in omnibus implẽdo Itemq; aduertendum quod temporalium rerum nos à deo frequenter impedientium quædam sunt penitus extra nos sicut diuitiæ, quædam vero sunt partim extra nos & partim nobis cõiunctæ, quemadmodum ea quæ nobis communione naturæ vel affinitate, seu simili modo iunguntur,vt parentes,propinqui,cognati.Vir quoq; & coniunx vna sunt caro.Aliæ autẽ sunt penitus intra nos,vt propria voluntas, quæ maxime retrahit nos à deo,quia nec alia sine eius cõsensu nos à deo auertunt. Primo igitur consulit Christus vt exteriora propter deum,& ob diuinæ charitatis perfectionem relinquamus.In quo cõsilio fundatur votum paupertatis,& virtus paupertatis spontaneæ Hoc aũt cõsilium dat Christus dicendo: Si vis perfectus esse,vade & vende omnia q̃ habes,& da pauperibus, & veniẽs

Eodem.
1.Cori.13
Phil.3
August.
Gene.2
Matth.19.
1.Cori.16
Matth.19.

sequere

sequere me. Secundum autem consilium dat Christus Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & fratres, & sorores, & vxorem, & filios, non potest meus esse discipulus. In hoc autē cōsilio fundatur secundum votum, quod est de essentia cuiuslibet ordinis, vtpote votum perpetuę castitatis, quę maxime necessaria est volentibus perfectionem attingere, quoniam concupiscentia carnis venereorumq; vsus actum rationis maxime impedit & absorbet, p vinculum quoq; coniugale precipue implicatu homo curis mundanis Quemadmodum dicit Apostolus. Qui sine vxore est, solicitus est quæ sunt dei quomodo placeat deo. Qui autem cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori: & diuisus est, vtpote quoniam deo nō adhæret toto ac libero animo. Siquidem Augustino dicente: Tanto amplius inhæretur deo quāto minus diligitur proprium. In hoc consilio fundatur continentię virtus, quam religiosi promittunt. Postremo tertium consilium videlicet de propriæ voluntatis relictione dicit Christus. Qui vult venire post me abneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me In quo plane consilio fundatur obedientiæ virtus & votum. Estq; votum illud perfectius aliis, quoniam volūtas propria, eiusq; libertas est homini naturaliter valde amabilis, magis vtiq; quā exteriora, & cætera nūc prædicta. Itaq; religiosi per hæc tria vota, & tres virtutes præfatas seipsos & omnia relinquūt dei amore, sic q; pfecte offerunt atq; sacrificant seipsos & omnia sua deo, videlicet corpus & spiritum ac cætera quę pertinebant ad ipsos. Vnde præfigurabātur per illud dignissimum sacrificium veteris legis, quod dicebatur Holocaustum. Holocaustum etenim dicebatur quādo sacrificium deo oblatum, totaliter incendebatur & comburebatur ad diuinæ maiestatis honorem, ad designandum quod religiosi seipsos & omnia sua deo totaliter immolarent. Vnde status religionis, non tantum charitatis, sed & pœnitentiæ perfectionem includit. Ita q

Lucæ.14

1.Cori.7

August.

Lucæ.9

Leuit.1

pro peccatis quantumcunq; grauissimis possit religionis ingressus pro satisfactione imponi in confessione vt habetur in iure. Veruntamē in hoc quidam religiosi rudes, crudi, & superficiales fallunt seipsos, non ponentes corda sua sup vias suas, nec medium à fine seu instrumentum à principali sapientialiter distinguentes, putātes sibi ad salutē sufficere exteriora relinq̄re, claustrū intrare, votū abnegandi seipsos emittere, q̄si in istis esset essentialiter nostra pfectio: Sed ita nō est qm̄ ista nō sunt nisi viç & media seu instrumēta ad pfectiōem, q̄ iuxta p̄habita in actu diuinæ charitatis cōsistit, imo paupertas, castitas, & obediētia sunt viç & media ad perfectiōem hanc ipsam. Nō ergo de vijs & medijs istis inaniter gloriemur, sed ea cum omni humilitate, ac diligētia ad dei & pximi (prçsertim ad dei) purissimam dilectiōem iugiter ordinemus. Ecce in horz trium euāgelicorum consiliorum adimpletione, seu prædictarum abnegationum, atq; votorum obseruatione, mortificatio nostra, qua mundo & nobisinetipsis morimur, sita est.

Agg. 1

¶De causa finali inclusiōis religiosorū in dño.

¶Arti. 5,

OBsecro vos vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate, & mansuetudine, & patientia, supportantes inuicem in charitate. Quoniam voluntas hominis prona est ad peccata, intellectus quoq; ipsius debilis ad cognoscendum vera, ac salutaria bona, memoria etiam eius plurimum vaga. Hinc sancti patres conati sunt volentibus ad perfectionem venire, auferre obstacula proficiendi, atq; de his quæ compendiosius ad perfectionem virtutum perducunt prouidere eisdem. Quoniam ergo venerabiles Christi ancillæ ac sponsæ eius deuotæ non solum ingredi claustrum, sed insuper in eodem penitus claudi voluistis, scire ac diligenter aduertere debetis, quis sit finis & fructus vestræ inclusiōis. Incessanter quoq; conari, pro fine hoc obtinendo. Deniq;

Gene. 8

claustrum intrare, seu ordinē assumere, est seculo ab renunciare, mundo & vanitatibus eius incipere mori cuius finis est ad diuinæ charitatis perfectionem pertingere. Recludi autem in claustro, est sibiipsi occasionem recidiuandi, aditum quoq; mundanæ vanitatis amputare, ac impedimenta monasticæ perfectiōis sollerter vitare, quatenus homo cum singulari mētis puritate ac innocentia, sine imaginationibus scilicet, & memoria secularium rerum in omni virtute & gratia dei quotidie crescat, sicq; ad charitatis perfectiōem excellentiori modo perueniat. Quanto enim religiosus ea quæ mundi sunt rarius videt, audit, sentit, seu percipit, eo perfectius obliuiscitur talium, & minus cor suum occupatur in illis, atq; per hoc aptior, fortiorq; consistit ad vacandum deo pura ac libera mente ad proficiendum in eius nobilissima, sanctissima, & dulcissima charitate, imo ad crescendum in omni gratia & virtute. Quantum vero religiosis noceat claustrum exire, cum secularibus conuersari, loqui, & epulari, & ea quæ mundi sunt intueri, non est opus describere, cum experientia id proh dolor satis docuerit, atq; quotidie doceat: quemadmodum filiis Israel maxime nocuit conuersari cum Chananæis, sic religiosis potissime nocet conuersari cum mundanis hominibus, imo secundum sanctum Anthonium, sicut pisces si extra aquam perseuerent, protinus moriuntur, sic religiosi si extra claustrum vel cellam perdurent. Vos ergo deuotissimæ Christi ancillæ ad hunc finem clausæ estis, vt mundo isto vanissimo extra cor vestrum prorsus excluso, contēpto, obliuioniq; tradito, pura ac simplici, amorosa ac stabili mēte cœlesti & immortali spōso vestro, filio patris æterni Iesu Christo vacetis, eū cōtēplādo, amādo, brachiisq; piissimę dilectiōis intra vos ardēter, freqnter, & dulciter, stringēdo ac cōplectēdo cū colūbina simplicitate, & vera cordis illuminatiōe. Queadmodū in Cāticis cāticorū loqt̄ spōsa: Fasciculus myrrhę dilect⁹ me⁹ mihi, inter vbera mea cōmorabit̄.

Nume. 33.

Can. 1.

Ad hāc

Ad hanc itaq; perfectionem aspirate quotidie cū omni cordis custodia, solicitudine & feruore satagentes thalamum animæ vestræ ornatum, atq; purissimum sponso vestro dei vnigenito p̄parare, exhibere, & iugiter conseruare. Porro si (quod absit) pigræ & negligentes essetis, si rumores seculi libenter audiretis, & mundanarum rerum memoria cor vestrum impleret, inclusio vestra esset inanis, nec digne ambularetis vocatione, qua vocauit vos deus, secundum quod ait Eusebius Emissenus: Quid prodest si locus quietus corporaliter teneatur, & inqetudo in corde versetur? Quid inquam prodest, si in habitaculo silentium sit, & in habitatoribus viciorum tumultus & colluctatio passionum, si exteriora nostra serenitas teneat, & interiora tempestas, quādo nos qui extra mundum esse nos credimus, per diuersarum vicia passionum mundum intra nos inclusum tenemus, & corde vago vbiq; discurrimus? Hinc iterum ait idem Eusebius. Quid nobis p̄dest habitationis huius secretum quando in nobis tyrānico dominatu malitia regnat? ira superequitat, & maiorem nobis metum humanus oculus incutit quā diuinus? Itaq; sicut corpore clausę estis intra parietes claustri, sic spiritu clausæ sitis in pectore Christi. Ibi manete, & omnem cogitationem, affectionem, solicitudinemq; humanam excludite, prout Clymachus dicit. In veritate dominum nostrum Iesum Christum diligens, eumq; in corde & corpore portans in veritate regnum dei percipere quęrēs, in veritate de suis offensionibus & vicijs dolens, diuiniq; iudicij ac infernalium tormentorum memoriam veraciter habens, mortis quoq; suæ timorē & recordationem vere assumens nē vltra amabit terrena, nō solicitus erit de pecunijs possessionibus, parentibus, amicis, fratribus aut gloria vitæ præsentis: sed omnem passionem ac solicitudinem deponens, Christum sine pigritia sequetur. In cœlum semp aspiciet, & inde auxilium inuocabit, exemplo Dauid qui ait ad dominum: Adhæsit anima

Col. 1
1. Thess. 2.
Euseb.
Idem.
Clyma.

mea

mea post te. Et Ieremiæ dicentis: Diem hominis non desideraui. Insuper Clymachus dicit: Confusio maxima est post abnegationem terrenorum, & vocatioēm nostram à deo ad claustrum, de aliquo curare vel sollicitari, quod nō potest nobis in hora mortis ꝓdesse.

Iere.17.

¶De aliquibus præclaris verbis sancti Hieronymi concernētibus præsertim statum religiosorum.

¶Arti. 6.

IN hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Quoniā iuxta prędicta, charitas dei vita est animæ, forma, motrix, & imperatrix vniuersarum virtutum: sine q̄ nihil est validum, nihil sanctum, nihil meritoriū spiritualiter viuum, vel deo acceptum. Omnes nanq; virtutes secundum charitatis imperium procedere debent in actum. Idcirco à charitate spiritalem religiosamq; conuersationem oportet odiri. Nihilominus ad charitatis perfectiōem tota spiritalis seu virtuosa vita est ordinanda, eo ꝙ charitas sit præstantissima virtus & finis virtutum: Hinc ergo gloriosus Hieronymus ait in regula sua: Sine charitatis præceptis nemo spiritalem vitam ingreditur, charitas sola reddit hominem deo viuētem, hæc religiosos, hæc monachos facit, sine hac monasteria sunt tartara, habitātes in eis sunt demōes cum hac vero sunt paradisus in terris, & in eis degentes sunt angeli. Ideo quamuis lōga macerent ieiunia, abiecta vestis deformet, longa officiorum & operum texatur series, si intus desit charitas: ad infimum nondum religionis gradum peruentum est. Propterea hic incipiendum est iter ad Apostolicæ vitæ culmen. Nulla pro certo vita deterior quam simul degere corpore & nō mēte. Et vere infelices sunt, qbus nō inest vna, sed diuersa voluntas. Sit itaq; vobis semper vnus affectus vna fraternitas, vna voluntas vna proportio seu cōcordia morum, vna iocunditas, vna tristitia, ne q̄d vni placet displiceat alteri, vel quo alter gaudet, alter tristetur. Hæc Hieronymus. Si sic egeritis placebitis

Iohan.13.

Hiero.

Q Christo

Christo, qui habitare facit vni us moris in domo. Eris tisq; sectatrices primitiuæ ecclesiæ, scilicet Apostolorum & hominum apostolicorum, de quibus ait sacra scriptura: Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna: & erant eis omnia cõmunia. Delitiæ dei sunt esse cum talibus, & cum speciali fauore & gaudio dominus bona sua communicat eis. Quemadmodum per Ieremiam testatur: Dabo eis cor vnum & animã vnã & lætabor super eis cum benefecero eis. Hinc Petrus Apostol⁹ admonet: Ante omnia mutuã in vobismetipsis charitatem habentes continuam, qm̃ charitas operit multitudinem peccatorum. Paulus quoque hortatur nos omnes: Estote imitatores dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiã deo in odorem suauitatis. Verum vt docet Gregorius: Signum dilectionis est exhibitio operis: quemadmodum ergo qui se dicit deum diligere, & mãdata eius nõ custodit, mẽdax est secundum Iohãnem Apostolum: sic qui dicit se proximum suum diligere & dilectionem hanc opere non ostendit secundum Christi doctrinam seu iussionem, sed eum scilicet proximum scãdalizare, turbare, in virtutibus impedire nõ vetur vel gaudet, aut saltem non dolet dum peccat, aduersitatibus subiacet vel perit, talis mendax probatur, præsertim cum dicat Iohannes Apostolus: Non diligam⁹ verbo, neq; lingua, sed opere & veritate. Deniq; Christi præceptum de charitate proximi impleamus, amemus proximos nostros sicut nosmetipsos, puta in deo desiderando eis æternam felicitatem, & omnia quæ requiruntur ad hanc, cooperemurq; eis in bono, verbo, exemplo, & precibus de ipsorum profectu virtuoso gloriemur in domino. Dum autem detrimentum in spiritualibus sustinent, cõdoleamus. In his constituit Paulus perfectionẽ nostram, cum ait ad Galatas: Per charitatem seruite inuicem. Omnis enim lex in vno verbo impletur; Diliges proximum tuũ sicut teipsum: Verum-

psal. 67. | Actu. 4. | Pro. 8 | Iere. 32. | 1. Pet. 4 | Ephe. 5 | Grego. | 1. Iohan. 2 | Matth. 18 | 1. Iohan. 3 | Mat. 5. | Gala. 5. | Leui. 19.

Veruntamen non debemus vicia nostra inuicem palpare sed emẽdare, semperq́; optare vt & nostra & ꝓximorum nostrorum peccata in præsenti seculo increpentur, corrigantur, & expurgentur. Propter quod loquitur Augustinus: Non omnes qui parcit amicus est nec omnis qui ꝟberat inimicus est. Melius est cum seueritate diligere, quam cum lenitate decipere. Et item Obiurget amicus amicum, non iactantiæ studio, sed charitatis affectu. Neq́; monitio aspera sit, neq́; obiurgatio cõtumeliosa. Hoc est q̃d ait Apost. Si ꝓoccupatus fuerit homo in aliq̃ delicto, vos q spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: cõsiderans teipsum, ne & tu tenteris: Insuper Hieronymus in regula diligentissime admonet Moniales, quibus scribit, de charitate & humilitate seruãda, ne vna se præferat alteri, si forte nobilior aut doctior fuerit, sed quo aliqua forte in aliquo maior extiterit, eo in omnibus ꝑ cæteris se toto corde sine omni simulatiõe humiliet. Deus nanq́; superbis resistit: De vicio quoq́; symoniæ in receptiõe sororum vitãdo, diligentissime admonet eas. Et vt prorsus nil proprium habeant, sed in monasterio tanquam in sepulchro cum Christo se arbitrẽtur sepultas, totiq́; mundo & voluntati propriæ penitus mortuas. Præterea ad obedientiam superiori exhibẽdam ardenter admonet eas inter cætera dicens: O felix & abundans gratia, in obedientia summa virtutũ causa. Nam simplici gressu hominẽ ducit ad Christũ, & mens non solum excusatur à reddenda ratiõe pro subditis, sed nec etiã obligat́ reddere de seipsa. O summa libertas, qua obtenta vix possit homo peccare. Ex hoc patet quàm salubre & tutum sit libenter subesse, atq́; humiliter obedire. Insuper dicit Hiero. Hortor & oro vos dilectissimæ filiæ q̃ iã mortuæ & sepultæ estis cũ Christo, vt tãquam ꝑegrinas & aduenas abstineatis vos à carnalibus desiderijs, quæ militãt aduersus animam, subijcientes vos in omni obedientia & timore, & reuerentia, ꝓpositæ matri vestræ, vt iam omnino nil

Auguſt. Idem. Gala.6. Hiero. Iaco.4 Hiero. Idem. 1.Pet.2.

aliter velle aut nolle liceat, nisi quæ mater domus mãdauerit, Nil quod illa mandauerit graue vel importabile videatur, quamuis propriæ nõ concordauerit voluntati. Obeditis Christo firmissime, cum matri vestræ paretis, ac p hoc sponso vestro cœlesti summe placetis

Grego. Quãta aũt sit laus obedĩtię, innotescit ex verbis Gregorij quibus ait: Obidientia menti cæteras virtutes inserit & insertas custodit, meritoq; prçponitur victimis quoniam per victimas aliena caro per obedientiã autem voluntas ꝑpria mactatur, & deo offertur. Deniq;

1. Reg. 15.

Berna. secundum Bernardum: Nec studium bonę actiõis, nec ocium sanctæ contemplationis nec lachryma pœnitẽtis extra obedientiam esse poterunt. Obedientia secũ

August. dum Augustinum mãdatum non procrastinat, sed statim parat aures auditui, linguam voci, pedes itineri, manus operi, sicq; se totum colligit intus vt mãdatum

Berna. impleat præsidentis. Hinc dixit Bernardus: Optimum in moribus dico qui in nullo resistit superioribus, nec inuidet paribus, nec cum superbia prçest subiectis, sed eis vtiliter condescendit. Ad veram humilem, spontaneamq; obedientiam nos debet inducere q̃d ait Chris

Iohan. 5. stus in Euangelio: Descendi inquit de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui mi

Iohan. 4. sit me. Et rursus: Meus cibus est, & faciam voluntatẽ

Iohan. 14. patris mei. Itemq;: Sicut mandatum dedit mihi pater sic facio. Vnde instante iam passione dicebat ad patrẽ:

Matth. 26 Non mea voluntas sed tua fiat: Et quod factus est obe

Philip. 2. diens patri vsq; ad mortem, mortem autẽ crucis, imo quod maius & mirabilius est, etiã matri suæ sanctissi

Lucæ. 2 mæ, & ipsi Ioseph subditus fuit. Præterea cum iuxta

1. Petri. 2. Petrum Apostolum obediendum sit dominis secularibus, non solum modestis & bonis, sed etiam prauis & discolis, quã graue & pessimum est spiritali patri aut matri non obedire? Veruntamẽ omni spirituali magistro, imo omni prælato summa cum diligentia aduertendum est, quod ad Eustochium abbatissam scribit Hieronymus: Attende mi domina, quã grauis tibi imponitur

ponitur sarcina, q̃ de subditarum animabus atq; corpo
ribus, de vbis & morib⁹ obligaris apud diuinũ examẽ
Caue ne de te saltem leuis suspitio in malo possit ori-
ri, ne dispergas quas educare cõaris: sic ordinata & cõ-
formia mandata sororibus proferas, vt etiam depra-
uatæ superbæq; mentes animentur ad obedientiæ se-
mitas. Sic dulcis & mitis sit sermo vt non duriciẽ susci
tet, aut furorem, sed frangat & deleat. Erga inobedi-
entes vero virilis & constans sit animus. Insuper dicit
Hieronymus: Caue ne ex officio regendi eleueris ad
alta vt agas illicita, & quæ subditis sunt importuna ac
inquieta. Non efficeris domina, sed ministra, nec da-
ta est tibi potestas, vt inter sorores & filias hanc eleues
hanc deprimas sicut velis, sed rerum & sororum mo-
nasterij solicitudo, administratio, & prouidentia tibi
committitur, vt cæteris dormiẽtibus te deceat noctes
crebras insomnes ducere, p vtilitatibus & necessarijs
domui prouidendis. Itaq; non tantum honor tibi im-
ponitur quantum onus. Non igitur tibi blandiaris de
domini pietate, qm̃ vult à te etiam de occultis & mini-
mis exigere ratiõem, & si quid eum defraudaueris, tra
det te diabolis puniendam. Ex his verbis sancti Hiero
nymi elucescit quam exemplarem, virtuosum, & irre
p̃hensibilem oporteat esse spiritualem patrem ac ma-
trem, quatinus sicut sibi vult obediri à subditis, sic ipse
superioribus suis & regularibus obseruãtijs iuxta san
ctorum patrum instituta solerter obediat. Dicit enim
beatissimus Augustinus: Quid iniquius quàm sibi vel
le obtemperari à minoribus, & nolle obtẽperare ma-
ioribus? Veruntamen bonorum subditorum non est
superiorum suorum facta & vitam audenter, incaute,
siue faciliter iudicare. Hæc p̃scripta Hieronymi, aliorũ-
que patrum sanctorum documenta & iussa, o venera-
biles ac deuotissimæ Christi ancillæ, & sponsæ, memo-
riter retinete, & efficaciter adimplete, quatinus tota
vita vestra plena sit dei & proximi charitate, profun-
dissima humilitate, veraq; obediẽtia, vt sitis penniter

Hiero.

Mat. 25

Augst.

2.Cor.2. bonus odor Christi in omni loco, meritis quoque vestris ac precibus deus misericordiam & salutem impẽdat quã pluribus. Postremo id puto iungendum, q̃d etiam in Statutis ordinis nostri videlicet Carthus. obedientia præcipue commendatur, ad quã prę cęteris obligamur. Sic ergo nostra dicunt statuta: Quãuis multa sunt quæ hic religiose agimus, vno tamen obedientiæ bono omnia nobis credimus profutura.

¶De vera cordis constantia, & omnis femineæ leuitatis, nobilitatis, & pusillanimitatis abiectione.

Eccl.26 ¶Art. 7.

GRatia super gratiam, mulier sancta & pudorata, & tacita: sic laudandæ estis in gloriosa conuersatione vestra, o sponsæ ac filiæ saluatoris vt ea non taceantur quæ vos cautiores & humiliores facere possunt. Attendite ergo quod Hieronymus ait

Hiero. in regula sanctis illis sororibus, quibus regulam scripsit: Debilis inq̃t est nimium sexus quem geritis, & fragilis ac mobilis, si suo relinquatur arbitrio. Et si ꝟtuosus sit animns, tamen nisi regatur nisi dirigatur conti-

Hiero. nue, cito deijcitur à suo proposito. Et iterum ait: Proh dolor infelix conditio sexus vestri &c. Huius ratio est secundum doctores, quoniam mulier naturaliter imperfectior, atq; in naturalibus defectuosior est viro. Communiter quoq; ratio fortior est in viris quam in fœminis: idcirco nisi gratia dei suppleat naturæ defectum, fœminę leues sunt animo, mutabiles, molles, & pusillanimes, ad risum & ꝟba procliues. Veruntamen ne hoc vobis tristitiam gignat, scitote quod fœminæ (vt communiter) sunt magis dispositæ a natura ad hu-

Thom. militatẽ, deuotiõem, compunctiõem & lachrymas pias q̃ viri. Cuius rationẽ sanctus Thomas pulchre assignat. Iterũ aliq̃ fœminę ex speciali dono creatoris sunt naturaliter fortes in ratione, verecundæ, maturę, prudentes. Porro perfectio nostra est vt in his specialius abundantiusq; proficere studeamus, in quibus naturaliter vel cõsuetudinaliter defectuosiores cõsistimus;

quem-

quemadmodum hi qui ex naturali dispositiõe ad irã superbiã, & impatientiã pni sunt, ad mãsuetudinẽ, humilitatẽ, & patientiã singulariter & incessabiliter aspirare conariq; debent. Simili modo hoc ad vestræ prudentiæ diligentiã pertinet, vt pro gratia veræ cõstantiæ spiritalis fortitudinis, seu virtuosæ stabilitatis, deum incessanter deuotissimis precibus exoretis, quatinus a feruenti proposito proficiendi nunquam cessetis quis sæpe difficultatẽ in proficiendo, vel tentationẽ seu gratię minorationẽ, aut cõsolatiõis internæ subtractionẽ, aut aliam quãlibet aduersitatẽ senseritis. Qm̃, vt ait Augustinus Nemo est in hac vita sic mũdus, vt nõ sit magis magisq; mundãdus. Et Leo papa fatetur: Ibi quisq; incidit deficiendi periculũ, vbi proficiendi postposuit appetitũ Propter hoc scdm Bernar. in via dei nõ pgredi est regredi, nõ proficere est deficere. Porro vera mẽtis cõstãtia hæc est, vt nec prosperis nec aduersis nec minis neq; blãditiis, nõ laudibus nec vituperiis, homo a virtutibus retrahatur. Talis fuit B. Iob q dixit: Donec deficiã nõ recedã ab innocentia mea. Iustificatiõnẽ quam cœpi tenere nõ deserã. Et Pau. q ait: Quis nos separabit an charitate dei? tribulatio, an angustia, an persequutio, an fames an gladius? Hic scriptũ est: Esto firmus in via dei, & in veritate sensus tui. Ad Iosue quoq; dñs ait: Cõfortare & esto robustus valde, vt custodias oẽm legẽ, ne declines ab ea ad dexterã vel ad sinistrã. Noli timere, qm̃ tecũ est dñs deus tuus. Ad hanc spiritalẽ animarũ corroborationẽ, hortatur nos Paulus dicẽdo: Cõfortamini in dño, & in potẽtia virtutis eius. Induite armaturã dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Ad istã deniq; perfectionem pertingere non valemus nisi passiones appetitus nostri sensitiui videlicet timor, tristitia, delectatio, & cæteræ fuerint imperio rationis subiectæ. Omnis quoque leuitas loquacitas & cachinnus vitentur, sicq; fortes & stabiles simus in ratiõe. Qm̃ scdm diuinũ & magnũ Dionysi. Optimũ hominis est esse scdm ratiõem; quod maxime verũ est scdm quod ratio nostra nõ

August.

Leo papa.

Bernar.

Iob. 27.

Roma. 8

Eccle. 5

Iosu. 1

Ephe. 6

Diony.

solum virtutibus moralibus adornatur, sed & septem donis spiritus sancti decoratur, per quæ in omnibus â spiritu sancto dirigitur. Ideo scriptum est: Homo sanctus in sapientia permanet vt sol, nam stultus mutatur vt luna. Et Salomon loquitur: Iustus quasi fundamentum æternum. Impius quasi tempestas transiēs non erit. Itaq; iuxta Pauli doctrinam: Non simus paruuli fluctuantes, nec efficiamur pueri sensibus, sed cōfortemur in gratia dei, quoniam optimum est gratia stabiliri cor. Ad hanc demum cordis constantiam præcipue disponit nos timor dei, q̄niam timor dei retrahit hominem a peccato, quod est causa instabilitatis, quemadmodum Ieremias scribit, peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est. Peccata quippe tollunt aut minuunt in nobis virtutes & gratiā dei p quas cor nostrū stabilitur in deo, ne peccatis, passionibus, & tentationibus, cæterisq; virtutum obstaculis recedat â recto iudicio ratiōis & actibus virtuosis. Hęc mentis constātia magna & ardua virtus est p̄sertim in fœminis, propter quod Salomon dicit: Mulierem fortem quis inueniet? Et iterum: fallax gratia & vana est pulchritudo, mulier timens dominum ipsa laudabitur. Præterea omnium operum meritoriorum in nobis generales causæ sunt gratia dei gratificans, id est, nos deo acceptos, atq; ad promerendum vitam æternam idoneos agens, & charitas: & quanto hæc duo in anima nostra amplius perficiuntur, tanto cæteræ virtutes, & septē dona spiritus sancti magis in nobis crescunt, & agiliores redduntur. Vt ergo charissimæ non solum in p̄dicta mentis constantia, sed in cunctis q̄q; virtutibus ac donis spiritus sancti vehemēter & digne proficiatis: debetis indefinēter quotidie, mane, ac vespere, omniq; hora sponsum vestrum cœlestem Iesum Christum p̄cordialissimis, internis, ac fiducialissimis precibus deprecari vt omni loco & tempore conseruet, augeat, atq; perficiat in vobis gratiam gratificantem, & charitatem, quatinus omnibus virtutibus in anima

Eccl. 27
Prou. 10
Ephe. 4.
1. Cori. 14.
Ephe. 6.
Hebr. 13.
Prou. 15
Ire. 1.
Prou. 31.
Eodem
Isai. 11.

anima vestra crescentibus impleatis omne opus dei q̄tidie magis reuerenter diligatisq; deum magis ardenter,& contemplemini eum magis synceriter. Et tunc vtiq; eritis vere constantes & fortes fortitudine spirituali sanctorum. De qua dicit Gregorius: Iustorum fortitudo est carnem vincere, proprijs voluntatibus cōtraire, delectationē vitæ p̄sentis extinguere, huius mūdi aduersa pro præmijs vitæ æternæ amare, prosperitatis blandimenta cōtemnere, aduersitatis metum in corde superare: O quā beata est soror quæ in hac veræ constantiæ perfectione, quotidie digne proficiēs, omnibus se exhibet exemplarem, amabilem, irreprehensibilem. Illi vtiq; competit istud in Ecclesiastico scriptum: Sicut sol oriens in mūdo in altissimis dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus suæ, id est, cōgregatiōis seu claustri. Nēpe vt ait Eusebius Emissenus: Non solum solitudo seu claustrum nos ad perfectionis necessitatem, sed etiam ipsa cōgregatiōis multitudo constringit. Nam sicut preciosum atq; præcipuum est in medio multorum bene agere, plurimos ad profectum exemplo boni operis excitare, ita periculosum atq; perniciosum est negligentius atq; tepidius agendo multorum fidem quantum in se est frangere, animasq; deprauare, & destructiōis aliquid agere. Præterea dicit Eusebius quod religiosis est diligentissime pensandum, qui inter multos vitam agere constituerunt, aut cum grandi fructu diligentes, aut cum grandi periculo negligentes sunt. Vnde felix est illa anima quæ dum bene in congregatione versatur multorum gaudium est & plurimi ex ea ædificantur aut illuminantur. Itaq; si in congregatiōe penitus obedientiam tenuit, si humilem & obedientem se præbuit, quantos ædificauit, tantos fœnerauit, & quantum bonum ex se proximis commendauit, tantū in sua lucra conuertit. Si vero ecōtrario per obedientiam, vel superbiam alios ad peccatum induxit, quantos destruxit de tantis periculum damnatiōis incurrit. Quāobrē sicut ille

Grego.

Eccle. 26

Euse.

valde laudandus est, cuius cursus multorũ profectus est: ita ille merito lugendus est cuius vita multorum ruina est. Ideo charissimi quæ ad ædificationem pertinẽt ea agere studeamus, ne vicia nostra aliorum virtutibus noceant. Ne aliorum feruorem tepor noster debilitet. Ne aliorum patientiam iracundia nostra violet. Ne aliorum humilitatem superbia nostra deprauet. Porro benedicta domino illa anima, cuius humilitas aliorum confundit superbiam, cuius patientia alterius extinguit iracundiam, cuius obedientia pigritiam alterius tacite increpat: Cuius feruor inertiam alieni teporis exuscitat, qui proximi sui turbatum præ ira oculum gratia consolationis & ædificationis illuminat. Hoc totũ docet Apost. dicens: Itaq; q̃ pacis sunt sectemur, & q̃ ædificationis sunt inuicem custodiamus.

Rom. 14

¶De humilitate, mansuetudine, & patientia Christi sectanda, quatinus omnis vana gloria & pompa, ira & impatientia expellantur.

¶Arti. 8.

Col. 3.

INduite vos sicut electi dei viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem, & donantes vobismeipsis, si quis aduersus aliquem habet querelã, sicut & Christus donauit vobis: Ad vitam contemplatiuam theoricam seu diuinã, nemo aptus est, nisi q per virtutes morales, quarum est animę passiões refrenare ac ordinare, seipsum à vitiis & passiõum immoderãtiis emũdauerit, atq; ad trãquillitatẽ q̃dam cordis sui perueuerit. Hoc aũt pcipue fit p humilitatẽ, mãsuetudinẽ, patientiã, cõtinentiã &c. Verũ de istis virtutibus q̃tidie tot auditis ac legitis o filiæ Christi venerãdæ, vt videatur pene superfluũ de eis aliqd hic loq, vnde nõ nisi cursorie modicũ de eis iam tangã: Est ergo humilitas per q̃ quis ex sui ipsius vera cognitiõe sibi ipsi vilescit, seipsum in omibus deprimit & accusat, increpatiõem & correctiõem hilariter recipit, se aliis subiicit, laudem gloriamq; humanã cõtemnit. Hanc habere poterimus, si corporum &

humilitas quid.

animarum

animarum nostrarum naturales defectuositates, innumerabilesque indigentias rite attenderemus, si pronitatē animæ & sensualitatis nostræ ad vicia bene perpendimus, si peccatorum multitudinem, magnitudinē, & enormitatē digne pensamus, si imperfectionē nostrā in dei obseqo efficaciter consideramus. Eo q̄d Isaia testante Omnes nostræ iustitiæ sint sicut pānus menstruatę. Si insuper attenderemus q̄les protinus efficeremur, si modicū dei gratia priuaremur. Si quoque profunde inspiceremus, quā vehementer cōuersatio nostra distat ac deficit à sanctorum patrum nostrorum conuersatione, virtute, ac gratia. Si etiam intueremur q̄ profundissime se humiliauerunt in omnibus viri & fœminæ qui in omni virtute perfecti fuerunt, quos & canonizauit ac colit ecclesia, quorum nō sumus digni osculari vestigia Cur ergo nos pauperes & pusilli peccatis & passionibus pleni, vanissime superbimus? Cur in superbia & duritia nostra manemus? Cur infinitas calamitates nostras excæcatissimo oculo præterimus? Quid cōtra deum tumet cor nostrum, qui nihil boni à nobis, sed omne ab illo bonum habemus? Quid supra proximos nostros erigimus nos, & illos contemnimus, quorum interiora, virtutumque opera ignoramus, & quales futuri sint ipsi prorsus nescimus? Præterea si Christi humilitatem perpendimus, in infinitum superbia nostra confunditur. Si postremo dei & creatoris nostri maiestatem immensam sanctitatem, perfectionem, & dignitatem penitus infinitam sagaciter contemplamur inuenimus infinitam rationem humiliandi nosipsos, cum ipse veraciter dignus sit amore, cultu, & reuerentia, in infinitum maiori ac perfectiori q̄ nos: imo quā totum vniuersum ei queat impendere, sicque omne q̄d ei immolamus, obsequium pro nihilo reputemus. Ista pēsauit quidam deuotus qui notabiliter ait: Si me nō inspicio, meipsum non nosco. Si aūt me inspicio, tolerare me nequeo, tāta in me inuenio q̄ digna sunt reprehensiōe, & q̄to sæpius atque subtilius meipsum discutio

Isaiæ. 64.

Iob. 15.

tanto

tantó plures abominationes in angulo cordis mei inuenio. Ex quo nanq; peccare cœpi nunquam vnum diem sine peccato transiui, nec adhuc peccare cesso, sed q̃tidie peccata peccatis adijcio, & ea p̄ oculis habeo, nec gemo, erubescenda video nec erubesco, dolẽda intueor & nõ doleo, leuis & dissolutus sum nec me corrigo, sed ad peccata quæ confessus sum quotidie redeo, nec caueo foueã in q̃ cecidi, vel alium cadere vidi. Cumq; plorare & orare deberem pro malis quæ feci & bonis quæ facere neglexi, proh dolor versum est mihi in contrarium, Nam tepui ab orationis feruore & frigui, iãq; sine sensu frigidus mansi, & ideo flere meipsum nõ valeo, quiam gratia lachrymarum exigentibus culpis meis recessit à me. En quanta est insipientia mea. Hæc itaq; præinducta humilitatis incitamenta, frequẽter ac luculeuter, imo acutissime perpendamus, atq; ex hoc nos profundissime humiliemus, certi quod quanto diuinæ maiestatis altitudini animas nostras humilius, bassius, seu profundius substrauerimus, eo copiosius de gratia eius suscipiemus. Quemadmodum stillicidia aquæ ad valles descendunt, & illico congregantur, donec valles penitus impleantur: Ita & gratiæ dona à fonte æterno atq; purissimo, deo glorioso & sancto, ad humilium corda descendunt: illicq; cumulantur donec corda illa plena reddãtur. Porro ex hac humilitate præscriptus actus mansuetudinis deriuatur. Ad mansuetudinem etiam pertinet iram frenare seu extinguere. Cum vero se homo prædicto modo humiliat ex consideratiõe peccatorum suorum, arbitratur se omni confusione pœna & contumelia dignum. Ideo quicquid ab alijs iniuriæ patiatur, nequaquam appetit vltionem, sed animo tranquillo omnia perfert, q̃d est non irasci, quoniam ira est appetitus vindictę propter paruipensiõem iniuriamue illatam. Mansuetudo enim est virtus valde suauis, decora, veneranda, & diligenda, quemadmodum ira est passio multum amara, turpis, inhõnesta, ac detestanda. Quia vt Salomon

Ira quid.

dicit

dicit: Ira in sinu stulti requiescit. Mansuetudo autem singularem à deo gratiam promeretur. Has duas præfatas virtutes, videlicet humilitatem & mansuetudinem, vult Christus ab ipso nos specialiter discere: Discite, inquiens, à me q̄a mitis sum, & humilis corde. Ex humilitate demū & mansuetudine, patientiæ actus p̄cedit: qui volentibus in via dei proficere atq; ad contemplationis charitatisq; apicem peruenire, valde singulariter necessarius est, nec sine eo potest quis inter proximos suos conuersari amabiliter, pacifice, & q̄ete. Ex hoc autem quod homo per humilitatem se omni aduersitate & pœna dignum existimat. Per mansuetudinem quoq; illatam aduersitatē æquanimiter sufferē sequitur quod contra aduersitatem & persequentē nō contristatur, sed potius diligit eum tanquam diuinæ iustitiæ instrumentum quo purgatur. Cum ergo patientia virtus sit tristitiam tollens, cōstat quod ex humilitate & mansuetudine actus patientiæ deriuatur. Quāta autem sit patiētiæ dignitas, elucescit ex testimonio Christi dicentis: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Iacobus quoq; ait: Patiētia opus perfectū habet. Et sapiens asserit: Qui patiens est multa gubernatur prudētia, stultus autem indicat iram suam. Istæ quoq; tres virtutes, putā humilitas, mansuetudo, & patientia ad vos o sponsæ Christi specialissime pertinēt, vosq; præcipue decent. Sponsa siquidē sponso suo debet assimilari præcipue in affectu. Cum ergo immortalis sponsus vester sit vniuersæ humilitatis, patientię mansuetudinisq; exemplar, sponsas humiles mansuetas, ac patiētes requirit, diligit, amplexatur. Superbas vero prorsus repellit, odit, & detestatur, imo verbis explicari non potest, quā indecens sit in fœmina religiosa, præsertim inclusa, tumor superbiæ, feruor iræ, impatientię moles. Itaq; quicquid boni in vobis est, quicquid virtutis & gratiæ, Christo semper cum omni humilitate ascribite. Omnē inanis glorię motum odite: Omnem præsumptionis atq; iactantię malignitatem toto

Eccls.7.
Mat.11
Patien.q̄d
Lucæ.21
Iaco.5
Prou.14.

toto corde reijcite, attendentes q̊d ait quidam deuot⁹ Christe Iesu creaturæ tuæ reformator, quis te inueniet, aut vbi vel quomodo quæret, nisi quærentem præueneris, præuentum direxeris, directo donec te inuenerit comes indiuiduus fueris? Dormientes vt surgāt excitas, tardos vt currāt acriter stimulas, & ne deficiāt lassos releuas, cibas, & potas, vulnus tui amoris sanis infligis, vt properent ad te sauciati, qui torpebant sani. Totum igitur das quod boni habemus, qui dedisti vt essemus, nec aliquid a nobis recipis, nisi quod dederis. O admirandæ dulcedinis pietas. O voluntariæ gratiæ suauitas, lege tua nos erudis, implendę legis virtutem tribuis, meritum in nobis cumulas, & quod das remuneras. Totum itaq; tuæ gratiæ debetur, quod homo proficiendo te meretur.

¶De reformatione passionum animæ.

¶Arti. 9.

Psal. 48

HOmo cum in honore esset non intellexit, cōparatus est iumentis insipientibus, & similis fact⁹ est illis. Duplex cognitio conuenit homini, scilicet sensitiua & intellectiua. Duplex quoq; appetitio homini conuenit. Ad cognitionem enim appetitio sequitur. Nam ad cognitiōem sensitiuā seq̄tur appetitio sensitiua quæ est in potentia animæ, q̄ appetitus sensitiuus vocatur. Dum em̄ aliq̄ rem sensibilē apprehēdimus interiori exterioue sensu, appetitus sensitiuus ad rem illam afficitur, vel ad eam inclinatur, si ipsa sub ratiōe boni conuenientis cōcipitur. Si vero sub ratiōe mali apprehendatur, appetitus sensitiuus eam detestatur, fugit, & execratur. Porro ad cognitionē intellectiuā, sequitur appetitio intellectualis, q̄ in voluntate cōsistit. Dum nanq; intelligimus aliqd, voluntas in illud fertur amādo, si bonū conueniensq; videtur: Vel odiendo, si inconueniens & malū apparet. Itaq; per cognitionē & appetitionē sensitiuā cōmunicamus cum bestijs. Per cognitiōem aūt & appetitiōem intellectualem cōmunionem habemus cum angelis, imo & cum deo, ad

cuius imaginē & similitudinem cōditi sumus. Sed qm̄ bestiæ cognitione & appetitiōe sensitiua, nil altius ha- bent, idcirco vires sensitiuæ & appetiuæ quibus sensi- biliter cognoscunt & appetunt, operātur in eis solum scd̄m naturalem habitudinē potentiæ ad obiecta, hoc est, scd̄m proportionem conuenientiæ, vel disconue- nientiæ potentiarum & obiectorum adinuicem & nō secundum comparationem ad rationis iudicium, eo ꝙ careant ratione. Propterea bestiæ impetum passio- nis semper quantum valent sequuntur, potiusq; agun tur quā agunt, quoniam non libere secundum ratiōis censuram, sed quasi de necessitate secundū naturæ in- clinationem mouentur in appetendo. Homo autem cum sit ratione ornatus sic se in sentiendo & sensibi- lia appetendo aut fugiendo habere non debet, sed exe- teriora, terrena & sensibilia debet solum appetere, aut horrere scd̄m rectę rationis iuditium, vtpote illa amā do vel desiderando, quæ recta ratio dictat amanda, vel desideranda. Illa quoq; odiendo vel fugiendo, quæ re cta ratio iudicat odienda vel fugienda. Cum em̄ sensi- bilia ad spiritualia ordināda sint, toties peccamus, q̊- ties circa sensibilia aliter quam secundum verum ra- tionis dictamen, vel contra illud afficimur, hoc enim est secundum carnem, vel sensualiter atq; carnaliter viuere, vt Apostolus ait: Si secundum carnem vixeri- tis moriemini. Vtiq; morte culpæ & sempiternæ mise riæ. Prædictas igitur appetitus sensitiui affectiōes, seu animæ passiones oportet nos refrenare ac gubernare per virtutes morales, ac omnem delectationem & su- perfluitatem, quæ est in cibo & potu, refrenare per tem perantiam vt iuxta Saluatoris doctrinam: Non gra- uentur corda nostra crapula vel ebrietate. Abstine amus quoque (iuxta PETRI sententiam) à car- nalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. Sicque in victualibus necessitatem naturæ, non car nis, ac sensus voluntatem quæramus. Per quod par tim implemus quod ad Timotheum docet Apostolus:

Gen. 1

Rom. 13

Luc. 21.

1. Pet. 2.

1. Tim. 6

Habentes victum & quibus tegamur, his contenti simus. Per fortitudinem autem refrenamus passionem quae dicitur timor: Ne dura corpori, imo nec mortem seu mortis pericula immoderanter formidemus: Sed propter deum atque iustitiam oia fortiter toleremus, quemadmodum ait Saluator: Nolite timere eos qui corpus occidunt: animam autem non possunt occidere. Itaque dum animae passiones per virtutes morales debite ordinantur, fit homo virtuosus. Dum enim in sensibilibus & terrenis ac corporalibus rebus homo nil amat aut odit. Nihil desiderat aut fugit, in nullo delectatur aut contristatur, nisi secundum rectae ratiōis dictamē vtpote in praesentis vitae rebus, sola amanda amans, sola odienda odiens, sola desideranda desiderās, sola fugienda fugiens, atque in horum adeptione seu praesentia nō delectās aut moerens, nisi vt ratio iudicat. Dum insuper sola speranda sperat, sola aggredienda seu audenda audet, sola desperāda desperat, sola timenda timet, de solis irascendis irascitur, neque pdictas affectiones seu passiones excessiue vel immoderanter admittit, tunc virtutibus moralibus adornatur, ad pfectionem superiorum virium animae est dispositus. Nec pars sensitiua ratiōem eius obtenebrat, vincit, vel impedit, imo substernitur eidē, & obedit in omnibus, & cooperatur ei in bonis. In hac perfectione condidit deus hominem primum, dando & concreando ei originalem iustitiam, per quam in eo caro spiritui, sensualitas rationi, & ratio deo erat subiecta, quousque diuinum praeceptum transgressus est. Tunc enim ratione a deo per peccatum mortale auersa, coepit caro reluctari spiritui, & sensualitas rationi. Vnde perfectio nostra est, vt ad originalis iustitiae conformitatem studendo virtutibus redeamus. Quod fit dum modo praefato passiones animae reformamus, per quod Christi cōuersationem virtuosissimā sequimur in nouitate spiritus ambulando, & primi nostri parentis Adae vetustam infectionem, praeuaricationem, ac deformatam imaginē digne

1.Tim.6
Mat.10
Gene.1
Eccles.7
Gene.3
Rom.6

digne abijciam⁹. Prout monet Paulus dicẽdo: Primus homo de terra terrenus, scds homo de cœlo cœlestis Igitur sicut portauimus imaginẽ terrẽi, ita portemus imaginẽ & cœlestis. Hic primus homo de terra teren⁹ est Adam de limo terræ formatus, cuius conuersatio esse debebat in cœlis, sed diuinum mandatum trãsgre diẽs, factus est magis terrenus, & extra paradisum pul sus, coactus est terram spinas tribulosq; ferentem ex colere, deo ad eum dicẽte: In sudore vultus tui, vesce ris pane tuo. Porro secũdus homo de cœlo cœlestis est Christus, qui de cœlo descendit, & cœlesti virtute con ceptus ac natus, non terrenam sed cœlestem vitam in hoc seculo duxit, qui dictus est secundus homo: quoni am sicut Adam caput principiumq; fuit hominum v niuersorum, quo ad naturalem generatiõem: sic Chri stus est caput principiumq; ipsorum, quantum ad spi ritalem regeneratiõem. Igitur sicut portauimus ima ginem terreni.i. sicut primo nostro parenti assimilati sumus per diuinorum inobedientiam præceptorum, & originalis peccati cõtractionem: sic portemus ima ginem cœlestis, hoc est Christo assimilari conemur p virtutes & gratiam, ac reformationem internam, ser uiendo ei in sanctitate & iustitia omnibus diebus vitę nostræ. Itaq; o deuotissimę filiæ saluatoris ac dominę meæ: vtpote spõsæ domini mei, circa nullam rem sen sibilem, hoc est visibilem, audibilem, odorabilem, gu stabilem, habeatis inordinatam affectionem, aut dele ctationem carnalem: Nec circa cibum & potum, nec circa vestem, domum, & lectum, nec circa sermonem aut somnum: sed omnibus istis atq; similibus ordina te vtamini secundum quod prodest vobis ad profectũ virtutum, & non magis nec minus quam vt implere possitis, Christum pro gratia magna incessanter ore tis. Deniq; ad hoc assumpsimus exteriora ista virtutũ exercitia & corporales labores, puta abstinentias, ie iunia, disciplinas, vigilias, clausurã, silẽtiũ, vestes mo nasticas, multaq; alia, q̃tinus per hęc tanq̃ instrumẽta

1.Cori.15. Gene.1 Phil.3 Gene.3 Iohan.3. Luc.1.2 1.Cor.15. Luc.1

auxiliante nobis gratia dei per omnia, passiones animę modo nunc dicto reformemus, & vicia extirpem⁹ Quod si passiones & vicia dominantur & perseuerant in nobis, nõne vana & infructuosa sunt p̃fata exteriora exercitia nostra, sumusq; miserabiles & miserrimi, pauperes, cæci, & nudi? Ideo dicit Eusebius Emissenus:

Eusebius

Quid est quod nos preciosis vigilijs, laboribusq; confi cimus, & ea quæ maxime dominus noster Iesus Christus à nobis desiderat, atq; à nobis requirit, non habemus? hoc est cor mundum, & à quotidianis negligentijs liberum, quas q seruat paulatim defluit, & ad maiora mala ꝓlabitur. Illud ergo in primis habere studeamus, quod à nobis deus expectat & exigit, id est, benignum, suauemq; sermõem, mentem ab omni malitia liberam, & vitatis his quibus spiritus sanctus offenditur, humilitati, quieti, charitatiq; operam demus. Hęc sunt præcipua sacrificia, hæc pinguia holocausta deo placentia, quæ in conspectu eius ascendunt. Hoc etiam maxime studeamus, vt ea quæ in honore dei agimus, cum claro agamus animo, cum fidei gaudio, cum bonæ atq; deuotæ volũtatis affectu, ne in eius obsequio tristes. graues. & ingrati inueniamur, potiusq; pœnã mereamur quã gloriam. Rursus ait Eusebius: Nouerimus nihil nobis prodesse, si corpus nostrum ieiunijs atq; vigilijs affligamus, & mentem nostram non emũdemus, nec interiora nostra curemus. Quid prodest afflictio corporis, si linguam nostram nequitijs & obtrectatiõibus polluamus? Inaniter nobis de cruce & corporis afflictione blandimur, si exterior homo sanctus laborib⁹ exercetur, & interior à peccatis & passionib⁹ non curetur. Sic est quomodo si quis statuam faciat à foris auream, & intus luteam. Ieiunare & vigilare, & mores non corrigere, sic est, quomodo si quis extra & citra vineam extirpet & colat, vineã autem ipsam incultam atq; desertam relinquat, vt spinas & tribulos germinet. Quid iuuat si quis corpore sit castus, & mente pollutus? quem malitia deprauat, furor iracundiæ agitat,

Idem.

agitat, ſupbia omni gratia ſpoliat? Nōne ipſe ſeipſum decipit ac deridet? Deniq; quam glorioſum & ſalutare ſit per præmemorata exteriora virtutum exercitia à paſſionibus purificari, ad mentis munditiam perueni re, in gratia dei quotidie creſcere, innoteſcit ex verbis beati Bernardi, ad Sophiam virginem ita ſcribentis: Omitto bona gloriç tibi in futuro repoſita, prçſentia tantum loquor gratiæ dona, videlicet cœleſtis ſponſi encænia, arras, ſponſalia, benedictiones dulcedinis, q bus te præuenit. Ille in medium veniat ſpiritalis orna tus tibi collatus in virtutibus & gratia dei conſiſtens, ſummo decore ſpectabilis, ipſiſq; angelicis ſpiritibus admirandus, & præferam ſi quid ſimile habeant filiæ Babylonis, huius ſeculi amatrices, quarum gloria eſt in confuſione peccati. Induuntur byſſo & purpura & ſub his conſcientia iacet pannoſa, fulgent monilibus & moribus ſordent. Econtra, tu foris pannoſa, intus autem ſpecioſa, reſplendens diuino conſpectui, nō hu mano. Præterea certum eſt quod bonæ ac virtuoſæ conuerſationis præmium incipit quodammodo in p̄ſenti quod Chriſtus ad perfectiōem tendentibus re p̄miſit. Qui reliquerit, inquiens, patrem, vel matrē &c. cētuplum accipiet, id eſt, bona ſpiritualia, bona virtu tum & gratiæ exterioribus bonis nimis præſtantiora & vitam æternā poſſidebit. Hinc optime ait Euſebius: Si bene aſpicimus in hoc ipſo opere bono q̄d agimus in præſenti vita, quodammodo partem præmij poſſi demus. Et plane magnus vitæ fructus eſt ſeculum poſſe deſpicere, deo ſeruire cœpiſſe, euaſiſſe viciorum infeliciſſimum dominatum, effugiſſe gulæ atq; luxu riæ fœdiſſimam ſeruitutem. Quid ergo? Nonne nunc prçmij pars eſt nihil iam commune habere cum mun do, vanarum rerum cupiditatibus non excruciari, ſceleribus non admiſceri, & in inocentia diem tranſi gere, beatæ caſtitati operam dare, glorioſæ pauperta tis ſufficiētiā cum timore domini poſſidere? Intelliga mus itaq; quantum nobis deus pia vocatiōe cōtulerit

Bernar.

Euſebius.

Consideremus ex illo tempore quo hic conuersari incepimus, quanta peccata euasimus, de quantis iniquitatibus liberati sumus, & tunc videbimus quantum etiam de præsentibus beneficijs domino debeamus. Si enim nunc in mũdo essemus, quid aliud ageremus q̃ volueremur in malis nostris, & animas nostras q̃tidianis violaremus maculis, quotidianis confoderemus vulneribus, & ita immaniter atq; tam grauiter q̃ nec sentiremus? Habet enim hoc infelix consuetudo peccãdi, vt quãto amplius quis peccauerit, tãto minus ipsa peccata intelligat, tantoque amplius eum peccare delectet. Peccatum enim rationem excæcat & lædit, & q̃tomagis peccamus, tãto anima nostra excæcatior redditur. Idcirco in libro Sapientiæ scriptum est. Excæcauit eos malitia eorũ. Et Salomõ loqtur. Impius cum in profundum peccatorum venerit cõtemnit.i. induratus efficitur, & nec increpatiõem charitatiuam, nec iustam correctionem patienter admittit, sicq; cõtumaciter legem dei trãsgreditur. Cui timendum est valde quod dominus ait per Mosen: Anima quæ per superbiã aliqd cõmiserit, qm̃ cõtra dñm rebellis fuit, p̃ribit

Sap. 2.
Prou. 18
Leui. 15

¶ De reformatiõe interna, vtpote de spirituali ornatu rationis, voluntatis, atq; memoriæ.

¶ Art. 10.

Ephe. 4.

Renouamini spiritu mẽtis vestræ, & induite nouum hominem qui secũdum deum creatus est. Postquam inferior pars animæ vtpote sensitiuus appetitus fuerit reformatus, & ratiõi perfecte subiectus, factus est homo capax omnium gratiarum virtutum atq; donorum: Est enim per virtutes morales factus trãquillus, quietus, patiens, mitis, modestus humilis, atq; in omnibus bene dispositus ad excellentissimam rationis illuminationem, ac feruentissimam voluntatis inflammatiõem à spiritu sancto. Vnde nil restat, nisi vt cor suum applicet deo, illudque aperiat spiritui sancto per orationem & affectionem mentalem, vt ibi mox intret deus adorãdus, superglorio sus

& sanctus

&sanctus qui est sol intellectualis ac spiritalis scdm diuinum Dionysium: Sol vtiq; intelligentiæ, atq; iustitię adimplebit illud donis & gratijs suis. Rationem enim implebit dono sapientiæ, donisq; intellectus & scientiæ atq; consilij. Voluntatem vero implebit donis fortitudinis & pietatis, ac timoris, quæ sunt septem dona spiritus sancti. Tunc quoq; charitas dei in corde maxime accendetur, spes confortabitur longanimis, & certissima fiet, fides etiam maxima charitate fulgebit, atq; immobilis erit, & in omnibus bonis his memoria mentis nostræ fixa, firma, robustaq; stabit; quo facto anima nostra quotidie, imo quasi indefincter in omni perfectione deifica, in omni gratia salutari, in omni decore interno proficiet, quousq; vitæ præsentis cursum feliciter in Christo consummet. In his ergo consistit reformatio nostra interna, vt sc;, ratio nostra in summæ trinitatis perfectæ ac simplicis deitatis cōtemplatione syncera, suaui, & stabili sit erecta. Voluntas q̄sque in eius ardenti amore sit radicata, atq; memoria in vtroq; stabiliter eleuata. Quanto in hac perfectiōe magis ꝓficimus, tanto vere perfectiores sumus, & beatitudini cœlestis patriæ vehementius propinquamus. In his nempe secundum omnes theologos felicitas vię & summa præsentis vitæ consistit perfectio. Itaq; deū altissimum synceriter contemplari, eius amore succēdi, eius immensæ perfectioni ac beatitudini cordialiter congratulari, in eius laude ac seruitute promptissimo animo iocundari, est plenitudo iustitiæ, summaq; adornatio animæ nostræ, ad quem vtiq; spiritalē cordis nostri decorem ordinare debemus omne exercitiū nostrum, vt concupiscat rex regum deus omnipotens decorem nostrum, dicatq; animæ nostræ illud ex Canticis: Aperi mihi soror mea, colūba mea. Itēq;: Pulchra es amica mea, suauis & decora sicut Ierusalem. Porro de gratia contemplationis admonet Hieronymus deuotissimas illas sanctimoniales, quibus regulam scribit, vt intus manentes, nihil sentiāt præter piū Iesum

Isai.11.

Psal.44
Cant.5
Cant.6
Hiero.

& hunc ꝓ paradiso possideāt, vbi ineffabilis trinitatis immensam beatitudinem cōtemplentur, cœlestium quoque spirituum & omnium beatorum gaudia spe culentur. Ex consideratione obedientiæ patriarcharum, antiquorumque patrum ad obediendum doceantur. Ex prophetarum vaticinijs ad diuinorum promissorum adeptionem accendantur. Ex doctrina Apostolorum in illuminatione sacramentorum fidei prouehantur. Ex consideratione fortitudinis ac patientiæ martyrum, cuncta aduersa mundi & tentamenta diaboli superare addiscant. Ex deuotione confessorum ad diuinorum contemplatiōem assiduam surgant. Ex conuersatione monachorum sanctorum in obseruantia regularis vitæ proficiant. Exemplo virginis Mariæ, aliarumq; virginum beatarum, omnem fœminei sexus molliciem superare, & sanctæ virginitatis propositum obseruare iugiter curent. Hęc autem omnia etiam vos prædilectæ Christi filiæ adimplere satagite, & vere vobis conueniet quod ait Hieronym^9 O felix societas vestra, o felices vos, si tali ac tantę gratiæ non estis ingratæ, si dignitatem vestram cognoscitis, qua omnium regi spiritali matrimonio estis coniunctæ. Ipsumq; in sponsum habere meremini, quem angeli videre desiderant. Si ad præfatam dei ac beatorum contemplationem pertingere atque cœlestibus gaudijs interesse curatis, nil vobis dulcius, nil iocundius erit quàm spiritalibus ferculis, consolationibusque internis recreari ac refici: quibus semel gustatis, terrena omnia videbuntur amara. Tunc clausuram cœnobij quam vagæ ac deuiæ mentes abhorrent, summam reputabitis gloriam. Exire vero monasterij limites, abhorrebitis quasi mortem. De hac vita contemplatiua plura prosequi, aut profundiora inserere non videtur hoc loco consultum. Modicum tamen adhuc inde tangendum videtur.

Idem.

1.Pet.1

¶ De contemplatiōe sponsi cœlestis, & summæ deitatis, ęternæque trinitatis. ¶ Art. 11.

Existimo

Existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiã dñi nostri Iesu Christi. Secũdũ Augustinum: Amor ex cognitiõe ꝓcedit. Ignota enim amari nõ possunt. Quomodo ergo o filiæ regis æterni Christum sponsum vestrũ perfecte diligere poteritis, nisi eum clare fideliterq; noueritis? Vnde vt in Christi amore inflammetur vester affectus, & deum ardentius diligatis, aliquid de ista materia nõ subtiliter sed simpliciter est tãgendũ. Itaq; in primis scire debetis q̃d Iesus Christus spõsus vester est ꝟus de⁹ & ꝟus homo nõ in vnitate naturæ, sed in vnitate ꝑsonæ, ita q̃d in ipso sunt duæ perfectæ naturæ, videlicet, humanitas atq; diuinitas, & vna duntaxat persona. Nam humanã naturam Christ⁹ filius dei suę diuinitati ꝑsonali vnione coniunxit. Contemplari ergo debetis Christum secundum vtramq; eius naturam: Contemplatio autem Christi secundum suam humilitatem via est, & ordinatur ad cõtẽplatiõem ipsius scd̃m suã diuinitatem tanq̃ ad finem. Deniq; Christum scd̃m suã humanitatem cõtemplari debetis hoc modo, videlicet quod statim postq̃ virgo Maria respondit Gabrieli archãgelo Ecce ancilla domini: fiat mihi secundum verbum tuũ quibus verbis dedit assensum vt ex ea filius dei nasceretur. Tunc inquam in instanti concepit vnigenitum dei filium: Ita quod tunc spiritus sanctus ex purissimis sanguinibus sanctæ virginis corpus Christi perfecte formauit, & in eodem instanti deus trinitas animam Christi creauit, suoq; corpori copulauit, atq; in eodem instanti, vtrumq; filio vnigenito vniuit. In illo q̃q; instãti ornauit ac adimpleuit animã Christi omni virtute perfecta & gratia, ac sapientia, septemq; donis spiritus sancti, ita quod anima Christi ex tunc vidit deum, seu trinitatem clare per speciem, sicut beati in patria, imo tam clare vt modo. Sic itaque contemplari debetis spõsum vestrũ scd̃m suã humanitatẽ, ꝙ etiã scd̃m illã fuit semꝑ ab incarnatiõis principio ꝟe splẽdissimus, pulcherrimus, purissimus atq; sanctissimus,

Phil.3

August.

Cõtemplatio de icartione filij dei quõ captanda

Lucæ.1

&magis perfectus,ampliusq; deo dilectus,quã omnes electi simul accepti,imo quàm totum pariter vniuersum.Deinde contemplari debetis Christum secũdum humanitatem quam pro nobis assumpsit,considerando de eo omnia quæ pro nostra salute ęgit ac pertulit iuxta omnia quæ de ipso secundum suam humanitatem beatissimi Euangelistæ scripserunt.Cætera quoque quæ Apostoli ac prophetæ loquuti sunt. Et qmodo tota conuersatio eius in seculo isto plena fuit paupertate,humilitate,patientia,mansuetudine,charitate,omniq; virtute,sanctitate,ac perfectiõe: Quemadmodum ex diligenti consideratione sancti Euangelij clare patescit.Quomodo etiam amarissimam pro nobis mortem summa charitatẽ sustinuit,quam gloriose à morte surrexit,& ad cœlos ascendit. In omnium horum contemplatione accendi debet merito anima vestra,ardentissimo sponsi vestri amore,desiderio qꝫ sequendi vestigia eius in prænominatis virtutibus,qui tanta pro animarum vestrarum salute operari,ac pati dignatus est. Præterea contemplari debetis sponsum vestrum secundum ipsius diuinitatem.Et de hac quidem contemplatione multa ꝓfunda atq; subtilia dici possunt quæ vestrę simplicitati proponenda non sunt sed tantum sufficiat dicere,quod Iesus Christus secundum ipsius deitatem,consubstantialis coæqualis & cõsempiternus est patri ac sancto spiritui.Patris enim & filij ac spiritus sancti vna est essentia atq; diuinitas,ęqlis gloria,eademq; felicitas,&coæterna maiestas.Quẽadmodum ergo spõsus vester Iesus Christus secundũ humanã naturã natus est ex virgine matre temporaliter sine patre, sic natus est secundum naturam diuinã ex deo patre æternaliter sine matre.Hoc ergo modo contemplemini sponsum vestrum tãquam verum adorandum, æternum, immensum, perfectũq; deum cui inest infinita pulchritudo, immensa dulcedo, incircumscripta perfectio,infinita quoque felicitas,immẽsa potestas, sapiẽtia interminata.Sicq; à dulcedine

Za ch.9
Mar.8
Lucæ.9
Mar.15
Iohan.20.
Augst.

bonitate

bonitate,pulchritudine,nobilitate,&sapientia ſponſi veſtri, diſtat ac deficit infinite omnis vtiq; creatura. Ex hac igitur contemplatione Chriſti creatoris,ſaluatoris,ſponſiq; veſtri toto corde accendi debetis ignea dilectione ipſius,amando eum incomparabiliter,magis quam vniuerſa creata. Hæc de contemplatione ſpōſi cœleſtis breuiſſime tacta ſint potius quam expreſſa. Fœminis nanq; quamuis deuotis,contemplatio diuinorum multum profunda,periculoſa videtur. Porro ad contemplatiōem deitatis ſeu dei omnipotentis hoc modo ꝓcedite: Inprimis penſando q̄d quicq̄d bonitatis,felicitatis, dulcedinis, pulchritudinis, nobilitatis, amabilitatis,&perfectionis,eſt in omnibus creaturis per modum finitum ac diſpertitum: Hoc totum eſt in deo ſublimi,glorioſo,&benedicto per modum infinitum ac ſimplicem. Hoc eſt,cum plenitudine,ſeu excellentia &perfectiōe penitus infinita,& ſimplicitate immenſa. Sic itaq; contemplemini deum,ſicut ens omnino perfectum: quod eſt bonitas infinita ac pura,ſynceriſſima vita, immenſa ſapientia, beatitudo æterna, omnipotens virtus: In quo cum infinita plenitudine continetur ac inuenitur,quicquid perfectionis,felicitatis,&excellentiæ poterit cogitari. Sicq; dominus deus noſter in infinitum amabilior,deſiderabilior,perfectior,dulcior,pulchrior,glorioſiorq; conſiſtit omnibus creaturis: Quicquid itaq; bonitatis,decoris,dulcedinis,deſiderabilitatis & perfectiōis in creaturis videritis,ſtatim ex hoc ad contemplationem dei creatoris cor veſtrum aſſurgat, conſiderando quod omnia iſta in ipſo perfectiſſime,&cum incomparabili excellentia continentur: Sicq; ex omnium creaturarum intuitu in dei contemplatione ac dilectione creſcatis. Poſtremo de contemplatione benedictæ ſummæ ac indiuiduæ trinitatis aliqua veſtrę humilitati ꝓponere magis formido. Si tamen dulciter contemplari poteſtis,q̄modo tres perſonę,videlicet,pater,&filius,ac ſpiritus ſanctus,quæ ſunt vnus deus, ſe mutuo diligūt infinito

amore ardentissimo &perfecto, cum sint æque perfe-
ctę, æque sapientes & æque sublimes, & quomodo cum
infinita cōplacētia vnaquæq; cōplacet alteri, & q̄libet sibi
quō etiā seinuicē æternaliter cū infinita delectatione
inspiciunt, & vitam infinite beatam inuariabiliter du
cunt. Ita quod dulcedo, opulētia, pax, beatitudo, & glo
ria superbeatissimæ trinitatis in seipsa est prorsus im
mensa, perfecta, & plena. Si inquam hæc suauiter con-
templari potestis, magnum est & valde salubre. Verū
ista quæ de Christi & diuinitatis ac trinitatis contem-
platione prætacta sunt non nisi cum magna reueren-
tia, timore, humilitate, atq; cautela speculari debetis,
vtpote simpliciter ac deuote, non cum curiosa ac peri
culosa perscrutatione, perpendentes, eo quod præser-
tim in fœminis periculosa sit valde profunda secreto
rum perscrutatio diuinorum. Nam & viris quamuis
ingeniosis atque doctissimis periculosa est satis, secun-
dum quod Salomon contestatur: *Sicut qui multum
comedit mel, non est ei bonum, sed postea euomet il-
lud: sic qui perscrutator est maiestatis opprimetur à
gloria.*

Pro. 25.

¶Quod ad obtinendā prædictam charitatis perfe-
ctionem contemplationisq; gratiam, & animæ purita
tē, necesse sit omnes sensus iugiter custodire, linguam
frenare, in victu moderātiam obseruare, cordis quo-
que custodiæ incessabiliter cum seriosa vigilantia in-
sudare. ¶Arti. 11.

Prou. 4
Euse.

OMni custodia custodi cor tuū, quia ex ipso vi-
ta procedit. Sicut dicit Eusebius: Hæc est spiri-
tualium bonorū ratio siue ꝓprietas, q̄ cū sum
mo acquirantur labore, tam facile pereunt atq; perdū-
tur, vt vix possit intelligi. Cum eīm virtus sit de nume-
ro horum q̄ difficulter acquirūtur, q̄to vtuosa perfe-
ctio fuerit altior, tāto laboriosi⁹ obtinetur, & amplio
ri opus est diligētia, vt in suo vigore seruetur. Difficul
ter nempe ad alta ascenditur, faciliter vero descendi-
tur. Cum ergo, sicut præhabitum est feruor dilectiōis

puritas

puritas cordis,& gratia contemplationis, sit excellēs perfectio animæ,constat quod non nisi grandi labore perenni oratione,ac diligentissima cordis custodia ad eam pertingitur: faciliter vero, nisi cor in sua perseue ret custodia,perditur.Itaq; volens proficere,perfectusque fieri,vel in perfectiōe adepta permanere, indiget primo omnes exteriores sensus diligentissime custodire:ne per eos venenum spiritale introeat in animā morsq; ingrediatur per corporis fenestras ad mētem. Et vos ergo charissimę vt timorate,fructuose,& solicite coram deo iudice omnia inspiciente,consideran te,iudicante,ac remunerāte ambuletis,exteriores sensus per dei timorem, & æquitatis amorem sapiēter in omnibus custodite,visum frenando,ne hinc inde vagetur,ne curiose discurrat, ne in vultū alicuius morose ac periculose figatur,& ea incaute aspiciat,quæ desiderare nō licet.Hinc orat Psalm. Auerte oculos meos ne videāt vanitatē. Sic quoq; præsertim custodiendus est visus tēpore diuini officij,&potissime tēpore missæ præcipue quoque in ecclesia, in choro, in refectorio. Hinc dominus per Mosen filijs Israel ne sequerentur oculos suos per res varias fornicātes. Insuper auditū à verbis inutilibus,detractorijs,vanis,sæcularibus,pūgitiuis auertite,præsertim à detractiōe,quia detractio est maius peccatum quam furtum secundum beatum Thomā,vnde in Ecclesiastico scriptum est: Sepi aures tuas spinis,&noli audire linguā nequā Sic &tactus custodiendus est,ne illa tāgamus ex qbus corpus nostrū inordinate moueatur. Gust⁹ quoq; à voluptate ciborum ac potuum,omniumq; saporum,ne delectetur in his nisi inq̄tum natura requirit. Sed &olfactus à carnali delectatiōe odoriferorum seruādus est. Insuper quam necessaria sit, nō solum religiosis, sed cunctis qnoq; deo placere volentibus,refrenatio linguæ, sacra scriptura copiosissime ꝓtestat. Hinc nāq; orat Psalm. Pone dn̄e custodiā ori meo,&ostiū circūstātiæ labijs meis. Et iterū q̄d loquax nō gubernetur à deo, demōstrat dicēdo:

Ier.9

Psal.118

Nume.15

Detractio detestabilius peccatū quā furtū.

Eccl.28

Psal.140

Vir lin

Psal. 139 Vir linguosus non dirigetur in terra. Propterea dicit Psal. 38 Dixi custodiam vias meas, vt non delinquā in lingua Prou. 29. mea. Salomon quoq; fatetur & loquitur: Vidisti hominem Prou. 21 velocem ad loquendum, stultitia magis speranda Eccl. 20 est quam illius correctio. Et denuo ait: Qui custodit os suum, & linguā suam: custodit ab angustijs animā suam. Et in Ecclesiastico scriptum est: Qui multis vtitur verbis, lædit animam suam. Maxime demum aduertendum Iaco. 1 est religiosis quod Iacobus scribit Apost. Iaco. 3 Si quis putat se religiosum esse, non refrenans linguā suam, huius vana est religio. Itemq; Vniuersitas iniquitatis lingua cōstituitur in membris nostris. Ideo dicit Prou. 3 Iaco. 1 scriptura diuina: Qui moderatur labia sua, prudentissimus est. Hinc ergo iuxta Iacobi documenta: Simus veloces ad audiendum q̄ dei sunt: tardi aūt ad loquendum, & tardi ad iram. Deniq; in loquendo obseruare debemus aptum locum, & congruum tempus: quantitatem quoq;, ne pluribus q̄ oportet seu expedit, verbis vtamur: & qualitatem, quatinus modeste, mansuete, suauiterq; loquamur. Oportet quoq; attendere cui loquamur, & quo fine, seu propter quid. Nam aliter loq oportet superiori, aliter pari aut inferiori. Sed quoniam ista implere & inuiolabiliter obseruare ē satis difficile, nec sine magna gratia nobis possibile, inuocare debemus deum intentissima prece, vt nobis gratiā præstet semper, & vbiq;, moderamen rectum tenere in Iaco. 3 loquendo atq; tacendo, linguam enim (vt Iacob9 ait) Prou. 13 nemo domare potest, vc3, sine gratia singulari, propter quod Salomon loquitur: Hominis est animā præparare, & dn̄i est gubernare linguam. Hinc dicit sanct9 Hiero. Hieronymus: In refrenatione linguę beatitudo ponitur, vt detur intelligi, q̊d in multiloquio deus, qui est beatitudo nostra, haberi nō potest. Hinc sancti patres religiosis summe obseruandum statuerunt silentium Porro omnis oratio habēs aut faciens intelligibilem sensum, sine licentia vel necessitate, aut valde euidenti vtilitate prolata, est fractio silentij: vt si quis dicat:

Quis est ille? Præterea Hieronymus filias suas hortatur in regula sua, ne aliorum vitam iudicent, siue discutiant: sed seipsas omnibus peiores existiment, propriaque peccata attendant & defleant, à detrahentibus quoque tanquam à serpentibus fugiant, & fenestram p quam loquebantur mox claudant. Hæc omnia o virtutum amatrices immobiliter obseruate, & cum licentia datur loquendi de spiritalibus rebus fit sermo, de his quibus feruor proficiendi augetur, quibus deus altissimus delectatur, quibus audientes ædificantur, quibus cordis euagatio minoratur, ne post loquutionem sitis turbatæ & animo vagæ, atque in precibus, meditationibus laudibusque diuinis distractę. Sic enim cor vestrum custodire poteritis, vniuersa vitãdo, quibus puritas mentis, stabilitas animæ, deuotiõisque feruor impediuntur: Sic ergo cum metu, timore, atque tremore operemini vestram salutem, omni mane ac vespere, aut sæpius, conuersationem vestram discutiendo, defectus vestros deflendo, emendationem fortiter proponendo, & quotidie quasi de nouo cum recenti diligentia inchoando. Præterea scitis quod superfluitatẽ cibi, ac potus & somni, vicia multa sequuntur. Idcirco sobrietatem ametis, omnemque carnalem consolationem, quietem & delectationem vitetis, quoniam teste Hieronymo. Non potest ad diuinæ contemplationis dulcedinem cor secularibus plenum negocijs aspirare, sed oportet vt seculo moriatur: quatenus soli deo p sanctas meditationes & desideria superna inhæreat. Domum nãque paternam, & vestes seculares relinquere, & nomen sumere monachi, parum prodest, si mẽs misera ea quæ in mundo habẽtur desideret, & quæ reliquerat, affectibus repetat. Pensate qua pœna sunt puniendæ quæ mundi vanitates affectant in monasterio Nam cum vxore Loth retro aspiciente efficiuntur insensibiles statuæ salis: vt iam nihil de supernæ contemplationis dulcedine valeant degustare. Idcirco secundum Augustinũ, ad diuinorum cœlestiumque bonorũ speculatio

Hiero. Phil. 2 Hiero. Gene. 19 August.

ſpeculationem, non poteſt anima eleuari, niſi à terre‑
nis & exterioribus rebus à paſſionum & viciorum tu
multu, atque à carnalibus delitijs ſtudeat expurgari.
Vt ergo mũdiſſimis ac internis ſpõſi cœleſtis amplexi‑
bus mereamini ſtringi ac frui, vt eius conſolatiõe oc
culta efficiamini dignæ, vt ab eo quotidie ꝑ amplioris
gratiæ infuſionem viſitari poſſitis, cõſolatiunculas vi
les, leuitates, cachinnos, & riſus abijcite. In ſolo deo de
lectari, cõſolari, & recreari eligite, mentem puriſſimã
omnipotenti ſaluatori ſemper offerre ſatagite: parua
peccata vt magna vitate ac plangite. Et breuiter quic‑
quid æterni ſponſi oculos offendere aliquo modo no
ueritis, cum omni vigilãtia vitare curetis, atq; in hoc
ſancto labore totum huius breuiſſimę vitę tempus ex
pendere nullatenus omittatis.

¶De propriæ ꝓfeſſionis adimpletione, & inceſſan
ti mentis profectu. ¶Art. 13.

Eccle. 5 — Vouere deo q̃ddã quid.

SI quid vouiſti deo, nõ moreris ſoluere: diſplicet
enim ei ſtulta & infidelis promiſſio. Aliquid deo
vouere, eſt actus virtutis quæ latria appellatur
ſecundum doctores. Porro inter virtutes morales la‑
tria eſt digniſſima, quia per eam deo altiſſimo cultum
ceremoniamq; impendimus. Idcirco vouere aliquid,
eſt actus valde virtuoſus ac meritorius: & multo perfe
ctius eſt opus bonũ ex voto facere, quã ſine voto. Nem
pe q facit bona ex voto, offert arborem ſimul cum fru
ctu. Verũtamẽ ſicut ait ſcriptura diuina: Melius eſt nõ
vouere, quã vouere & vota nõ ſoluere, ꝓpter q̃d dicit
Pſalmiſta: Vouete & reddite dño deo veſtro. Inſup ꝓ‑
feſſio q̃ faciunt religioſi, eſt ſolẽniſſima ꝓmiſſio. Pro‑
miſſio quoq; (ſcdm beatum Thomã) plus obligat quã
iuramentum: Ita vt iam periuro videatur eſſe deterior
qui ꝓmiſſionem, multoq; amplius qui ꝓfeſſionẽ ſuã
adimplere nõ ſatagit. Idcirco chariſſimæ ꝓfeſſionem
q̃ immortali atq; digniſſimo ſpõſo veſtro feciſtis, cum
debita diligentia, omni hora implete conemini: vicio
rum expulſiõi, paſſionũ refrenatiõi, mentali ꝑfectiõi,
q̃tidie

Votũ faciẽtis vtilitas quæ. — Eccls. 5 — pſal. 75. — Profeſſio quãtũ obligat.

quotidie insudando. Per professiōem etem̄ obligat se religiosus ad perfectiōem non q̄d mox facta ꝓfessiōe teneatur esse perfectus, sed q̄d ex tunc quo ꝓfessiōem egit obligetur ad perfectionem quotidie tendere atq; proficere, studendo puritati internæ cum seriosa cordis custodia: & hoc vocat incessanter in gratia ac donis spiritus sancti, cunctisq; virtutibus crescere. Quo autem religiosus in studio isto virtutum constantius steterit, fortiusq; profecerit, eo plus delectabit eum taliter viuere, iugiterq; proficere. Sicut enim vnum peccatum disponit ad aliud, & animam lædit atq; debilitat, sic vna actio virtuosa disponit ad aliam, & animā spiritaliter sanat ac roborat: gratiamq; in ea cōfortat per quod ad omnia opera meritoria efficitur homo agilior. Si vero cœperit religiosus studium virtutum paululū laxare, siue remittere seq; ad exteriora effundere, & cordis custodiam minorare, paulatim decrescet, & protinus nisi fortiter resipiscat, omnino, insensibiliterq; deficiet. Hoc etiam est q̄d ait Eusebius Emissenus: Quotidie addamus ad merita, nec aliqd p̄sumamus de nobis quoniam dei est omne quod possumus. Simus itaq; in opere dei indeficientes, propter retributionem æternam, & quotidie ad meliora tendamus. Ipsa enim apprehendendi auiditas, ipsa consuetudo proficiendi, semper nos ad meliora prouocabit, & vbi viderit deus animi nostri deuotiōem, ardentiorem insinuabit affectum, & quātum nos addiderimus ad studium, tantum ille apponet auxilium, quātum nos apposuerimus ad diligentiam, tantum ille addet ad gratiam, quemadmodum ipse dicit: Qui habet dabitur ei & abundabit. Et alio loco: Posui adiutorium super potentem. Gratia ergo de gratia nascitur, & profectus ꝓfectibus seruiunt, lucraque lucris, & merita meritis lucrifaciunt. Vt quanto quis plus acquirere cœperit: tanto plus conetur ac delectetur acquirere, vt acquisitiōis lucrū, acquirēdi nutriat appetitū. Vrgeamus itaq; cursum nostrū, vt crescat in nouissimo vita nostra,

Eusebius

Matth. 25

Psal. 88

q̄ramus

quæramus vsq; in finem, vnde sine fine gaudere mereamur: nulla ętate, nulla infirmitate, a spiritali ascēsu lassemur. Rursus, vt ꝓficiatis ardentius, audite q̄d ait Eusebius: Certum est, inquit, nisi quotidie in claustro nostras resecemus & circumcidamus passiones, deteriores nos multomagis hic efficimur, quam fuimus dum in seculo viueremus: ita vt fiant posteriora nostra peiora prioribus. Et denuo: Venire inquit ad claustrum seu eremum, summa perfectio est: sed non perfecte viuere illic, summa damnatio est. Igitur o venerabiles Christi ancillæ ac filiæ ad cōplendum ꝓfessionem vestram, hoc est, ad adipiscendum mentis perfectionem, estote semper agiles atq; solicitæ, vt vnicuique vestrum conueniat, quod ad quādam religiosam ait Bernardus: Iocundare filia Sion, exulta filia Ierusalem, quia concupiuit rex speciem tuam. Porro si quæ vestrum ita nō egerit, sed (quod absit) rebellis, infructuosa, indeuotaque fuerit, & sub habitu claustrali mundanum cor gesserit, conueniet ei increpatio illa quam scribit sanctus Bernardus ad quādam, cui sic loquitur. Cur sanctimonialis vocata es, quæ sub sanctitatis nomine, non sancte conuersata es: cui velum in capite tuo reuerentiam mendaciter demonstrabat, & sub velo petulās oculus impudicitiā exhibebat? Caput quidem gerebas velatum, sed elatum, sub verecundię signo resonabat inuerecundus & indecēs sermo, risus immoderatior, incessus lasciuior, vestitus ornatior vympelatę magis quàm velatę hæc congruunt. Enitamini itaq; prædilectæ spōsę Christi, ac famulę Christi omne opusdei quotidie cum reuerentia ampliori exsoluere, cū maiori humilitate, stabilitate, perfectiōeq; cordis illud implere. Corde attento, deuoto, ac timorato, deum orate, laudate, atq; in omnibus honorate pro omni statu ecclesiæ, pro viuis ac mortuis, pro propinquis, commissis, & benefactoribus vestris: ꝓ amicis & inimicis feruenter ac frequēter deo preces offerte. Si habueritis feruentē zelū honorādi dēū oīpotētē,

Euse.
Luc. 11
Euse.
Berna.
Zacha. 9
Psal. 44
Bernar.

beatum

beatum & sanctum, tunc sicut ignis stuppam, sic zelus iste vestra consumet peccata. Deniq; nō segniter, raro & fastidiose, sed indesinenter, ardenter, pmptoq; animo deum laudare & exorare debetis, quemadmodū Christus docet in Euāgelio: Oportet semper orare & non deficere. Siquidem dona gratiæ in præsenti, & munera gloriæ in futuro, cum sint pclarissima dona bona, cum condigna diligentia sunt q̄renda, secundum quod ait Eusebius: In spe cœlestium præmiorum, tanto incitemur studio, tantoq; inardescamus affectu, vt cum premiorum dignitate, desideriorum magnitudo concordet. Non vult deus noster bona sua nimia inueniendi facilitate vilescere. Preciosa & concupiscibilis merces, cupidum amatorem, & auidum negotiatorē requirit. Ille ergo tantorum munerum repromissor, nō vult in opere suo tepidum, despicit fastidiosum, recusat coactum, respuit indeuotum: Lētum eñ & parū gratum quęrere gratiam diuini muneris, maxima est iniuria remuneratoris. Ergo licet totis animæ & corporis laboribus insudemus, licet totis obedientiæ viribus exerceamus, nihil tamen dignum pro cœlestibus bonis offerre & compensare valebimus. Non enim valent præsentis vitæ obsequia, æternæ vitæ gaudiis cōparari. Quamuis etenim membra lassescant vigiliis & ora pallescāt ieiuniis, nō tamen erunt cōdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Idcirco pulsemus adianuā diuinæ pietatis quantum valemus, quoniam non possumus quā tum debemus. Verum si fecerimus quod in nobis est, & imperfectum nostrum humiliter fassi fuerimus, deus per gratiam suam supplebit, nosq; saluabit.

Luc. 18

Eusebius

Rom. 8

Psal. 138

¶De spiritali desponsatione & singulari fiducia ac familiaritate dei acquirenda.

¶Art. 14.

SPonsabo te mihi in fide. Secundum beatum Augustinum: Omnis anima rationalis, aut est Christi sponsa, aut dæmōis adultera. Si enim summo

Osee. 2

August.

bono magis adhæret quã alicui bono creato, caduco, &vano, si magis inhæret virtutibus quã vitijs, si bona cœlestia plus diligit q̃ terrena, tunc sponsa est Christi Si aũt contrario modo se habet, dæmonis est adultera. Itaq; spiritalis desponsatio est amorosa seu virtuosa mentis cum Christo, vel deitate vnitio, siue adhæsio. Quanto ergo o deuotæ Christi filiæ affectum animæ vestræ à rebus creatus, mundanis, caducis, vanis, sensibilibus, seu carnalibus, purius, totaliusq; abstraxeritis, atq; omnipotenti deo, summo, perfecto, & inuariabili bono, ardentius integriusq; vnieritis, omne desiderium vestræ mentis, eo verius ac sublimius dici potestis sponsæ vestri creatoris ac Saluatoris: tuncq; necesse est, vt omnem alienum amatorem penitus contemnatis, imo & omnem carnalem ac viciosum amorem procul ab anima vestra pellatis. Non enim simul stant amor Christi & amor mundi, amor deitatis & amor carnis. Deniq; speciali modo puellæ & fœminæ religionem ingressæ continentiamq; professæ, dicendæ sunt Christi sponsę, quoniam eius amore omnem carnalem secularemq; sponsum spreuerunt, quatinus sponso immortali, casto corpore, puroq; corde semp adhærere valeant, & placere. Si ergo charissimæ singularem fiduciam, peculiarem amicitiam ac præcipuam dulcemq; familiaritatem cum Christo sponso vestro adipisci & conseruare optatis, oportet omnino vt ad vitam internam vos detis, ambulãdo cum deo in medio cordis vestri, abstrahendo videlicet vos ab his quę non spectant ad vos, & sponsi vestri præsentiam cogitando vbique qualiter incessanter, clare, & infallibiliter respicit vos, sicque erubescatis, nec audiatis in ei9 præsentia cogitare, affectare, operari, aut loqui, quod coram honestis hominibus exprimere vel agere non auderetis, sed potius quantum per gratiam dei potestis, semper detis vos tempore ad hoc vacante, etiam in labore ac mensa, ad mentalem dei laudem, & ad orationes internas, præcordiales, secretas, quasi ex pro

Psal. 100

prij coro

pri) cordis affectu, verba deuotissima intra vos formā do, vel silenter in ore proferendo, ea videlicet quę cordis affectum magis accendere possunt, dicendo: Benignissime deus, dulcissime, amabilissime, pulcherrime domine Iesu Christe, vel similia, prout deuotio suggerit, & spiritus sanctus dabit. Et ea quæ vobis magis necessaria esse cognoscitis ad proficiendum in dei amore, & animæ puritate, præcordialius incessabiliusque poscatis. Insuper habere oportet feruidum zelum honorandi in omnibus deum, & vt ab omnibus honoretur, nec aliquam temporis partem infructuose trāsire sinatis, sed aliquid laudis diuinæ, orationis, vel deuotiōis in corde vestro semper versetur, vt cum Psalmista dicatis: Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Maxime vero necesse est deum iugiter totis præcordiis pro gratię incremēto orare, propriam imperfectionem cum omni humilitate attendere, bonum quoque propositum quotidie renouare, atque in omnibus spiritus sancti illuminatiōem expetere, quatinus vnctio eius doceat vos de omnibus. Si igitur hoc modo ad tempus vixeritis (quod vtique sine grandi exterioris hominis nisu ac violētia fieri nequit) incipietis sentire & experiri maximum gratiæ fructum, & incrementum virtutū, consolationes cœlestes, occultas, internas. Sicq; concipietis ad Christum singularem fiduciam, & quasi amicitiam socialem. Considerādo eīn & quotidie per diuinorum donorum infusionem dulciter experiendo, quantū Christus vos dilexit ac diligit, q̄ta dedit, ꝓmisit, ac ꝑparauit, orief in vobis certissima q̄dā fiducia ipsum orandi, atq; ab ipso imperrādi quicquid salubriter ac constāter rogaueritis ipsum ꝓ vobis, nec ꝓpter exauditiōis dilatiōem frangetur aut minuetur spes vestra, sed semper de sponsi vestri amore ad vos certæ securæq; eritis. Per hoc q̄q; ad familiaritatē ipsius pringetis, & vnus cū eo efficiemini spiritus, ita q̄d ipse vos freq̄ntissime alloquetur intrinsecus, & ad secretorum suorum

Psal. 33

1 Johan. 2

1. Cor. 6.

contemplationem vos introducet, ac de mysterijs fidei edocebit: Ita postmodum diuinæ visitationis consolatione cessante, eructabitis memoriam abundātiæ suauitatis sponsi cœlestis ac immortalis. Ad hanc perfectionem vos date, beneficia Christi recolite, omne opus dei cum diligentia adimplere studete. Matri vestræ spiritali, & confessori secreta vestra, & quicquid tentationis vos grauauerit aperite. Ad diuinæ charitatis feruorem iugiter aspirate: quatinus incolatu vitæ huius instabilis cōsummato, ad cœlestis spōsi amplexum dulcissimum, beatificumq; aspectum, sine dilatione valeatis feliciter introire: quod & omnibus nobis præstare dignetur creator omnipotens, qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen

Psal. 144.

Finis.

D. DIONY. CARTHV. DE PROFECTV SPIRITVALI & custodia cordis tractatus, cũ omnibus Christianis, tum maxime religiosis & monastice vitæ mancipatis, perquàm vtilis ac necessarius.

GRatia super gratiam, mulier sancta, pudorata, & tacita: Mulier virtuosa q̃to ex sexu videtur fragilior, tanto ex virtute est præstantior: Virtus nanq; est summa & vera nobilitas hominis, per quam suo creatori assimilatur, complacet, & vnitur: & quanto rationalis creatura est ad mala procliuior ex seipsa, tãto cõmẽdabilior est. dum ingenitã illam ꝓnitatem ad culpas, refrenãs ac supans adhęret virtutibus, veramq; sapientiam apprehendit, amplectitur, & cõseruat. Porro sapientes seculi huius (hoc est philosophi, qui de naturis & proprietatibus rerum ac hominum, multe subtiliter conscripserunt) hoc inter cætera protestantur, quod mulieres ex naturali dispositione communiter sunt instabiles mente, atq; ad curiosa & vana procliues, & cupidæ laudis humanæ, ad concupiscentias quoq; ac multiloquium ꝓnę. Merito igitur dictum est: Gratia super gratiam, id est, res valde gratiosa, donum præcipuũm, beneficiumq; præclarum ac preciosum est mulier sancta, hoc est mente & corpore pura ac pudorata, quę timet incurrere oĩa inhonesta & turpia, & quicquid probitati bonisq; moribus aduersatur, abhorret ac fugit: & tacita, quę ori suo ponit custodiam, & linguam suam refrẽat ab omi verbo inutili: imo nec in bonis sermonibus modum excedit. Omnis huiuscemodi mulier, siue sit ꝟgo siue maritata aut vidua, magnis præconiis est condigna: præsertim si etiam opibus sæculi, potentia propinquorũ, nobilitate originis, iuuentute, ac pulchritudine decoretur. Quod si omnia hæc desiderio sponsi cœlestis & dei

Eccl. 26
Eccle. 26
Psal. 140
Psal. 33
Iaco. 3

dei

dei amore contemnat, & mundum cum vnuerso suo ornatu relinquēs, claustrum ingrediatur atq; ibidem se quasi viuam sepeliens ac recludens, religiosam vitam assumat & prosequatur, excellentissimis laudibus digna censebitur. Laudanda ergo es valde & honoranda præcipue, o illustris deuota & optima domicella, in qua omnia iam prætacta concurrunt: quæ non immerito Iacoba es vocata. Iacoba enim supplantatrix interpretatur: & tu iam carnem cum vitijs & concupiscentijs, mundum cum suis curiositatibus & vanitatibus viriliter supplantasti, quæ ad omnipotentis & supergloriosissimi dei honorem, vniuersorumq; hominum ædificationem, & tuiipsius copiosam salutem in diebus adolescentiæ tuæ, regnum mūdi & omnem ornatum eius, magnifice reliquisti, & monasterium reclusarum sanctimōialium es ingressa, propter amorem domini tui Iesu Christi, in quem credis, quem diligis: quoniam ipse conditor & saluator ac sponsus animæ tuæ est, speciosus forma præ filijs hominū: imo in finitum & prorsus incomparabiliter dulcis, amabilis, formosus, diues, delitiosus, sanctus ac nobilis, sapiens, & perfectus prę cunctis ordinibus angelorum. Hęc interim ad laudem & gloriam dei, à quo tanta tibi cōcessa est gratia, potius quā ad tuum præconium tacta sint, quoniam scriptum est: Ne laudes hominem in vita sua. Et Sapiens quidam locutus est: Parce vitupera, parcius lauda. Sed non ignoro quā laudo, imo plene confido in domino quod tantę sis bonitatis, vt ex laudibus non nisi ad meliora nequaquam ad inania incitaberis. Iam enim vnctiōem accepisti à spiritu sancto, & in hoc confirmasti cor tuum, vt soli creatori tuo placere desideres: alijs autem non nisi in ipso. Gustasti (ni fallor) quam dulcis sit dominus, quām immēsa sit magnitudo dulcedinis eis. Iam mel & lac ex ore Christi sumpsisti, & sanguis eius ornauit genas tuas: cuius organa modulatis vocibus auribus cordis tui dulcissime insonuerūt, & acquieuisti intus te admonenti: Egredere

Psal. 44

Ec. le. 11

1. Iohan. 2

1. Pet. 2.

Psal. 30

Egredere de terra,&de cognatiõe tua,&de domo patris tui.Itemque:Audi filia &vide & inclina aurem tuam,& obliuiscere populum tuũ,&domum patris tui. Etenim nisi cum beata Agnete prætacta verba humiliter &ex sentẽtia dicere posses,qualiter cum ipsa beatissima Agnete potuisses tam prompte ac subito vniuersa prædicta relinquere,& teipsam saluatori tuo in holocaustum & quotidianum martyrium(tamen re uera dulcissimum)immolare?Præterea quantum tuum diligas creatorem, quã vere & spiritualiter ames proximas,&consanguineas tuas,salubriter ostendisti tot nobiles domicellas tecum ad religiosam vitam ducendo,ac interim attrahendo:quibus omnibus ac cæteris, exempla totius humilitatis atq; constantiæ spiritalis feruoris,&quotidiani profectus in omni virtute,debes iugiter,infatigabiliterq; præbere:quia si te tepidius aut incõstantius agere cernerent,infirmari possent in suo proposito, & à sancto ardore refrigescere charitatis. Quod ne vnquam contingat,conabor in isto libello aliqua exhortatoria cõscribere verba ad spiritalẽ profectũ introductoria: sicut hoc ipsum desiderauit sublimis humilitas,humilisq; sublimitas tua.

Gene.12. Psal.44

¶Quàm copiosam specialemq; gratiam paratus sit pius & omnipotens deus,conferre religiosis personis præsertim illustribus atq; nobilibus.

¶Art. 1.

SI diligenter & frequenter pensemus, quã pura & infinita sit bonitas dei nostri,quã incomprehensibilis sit liberalitas eius,& quanta sit charitas ei⁹ ad genus humanũ,q̃ magna &innumerabilia sint beneficia q̃ gratiose ac misericorditer donauit hominibus dubitare nõ possumus,quin ipse altissimus,supergloriosissimusque creator(quantum in se est)pararatissimus sit omnibus nobis pie adesse, clementissime subuenire,&gratiarum suarum charismata cordibus nostris infundere. Propter quod de ipso cantat sancta mater ecclesia, quod abundantia pietatis suæ merita

2.Cor.9. supplicum excedit & vota. Apostolus quoque ait, quod potens est omnem gratiam facere super abundare in nobis, supra quam petimus aut intelligimus: Quid ergo in causa est, quod sumus tam defectuosi & inuirtuosi, aut certe tam imperfecti in omni virtute & donis spiritus sancti, nisi negligentia nostra? quia negligimus & differimus ad dominum deum nostrum confugere & viscera misericordiæ eius totis præcordiorum affectibus incessabiliter inuocare? Ipse enim desiderat nostram salutem, ipse inuitat & excitat nos ad orandum & ad sperrandum in se, atque ad confugiendum ad se. Promittit quoque se exauditurum nos, dummodo salubriter & constanter innocauerimus eum. Hinc nanque protestatur scriptura in libro beati Iob: Si direxerit homo ad deum cor suum, spiritum illius & flatum ad se trahet. Et per Ieremiam prophetã dominus loquitur: Quis est iste, qui applicet cor suum vt appropinquet mihi? Ex quibus verbis elicitur, quod quanto plus disponit & aptat se homo ad obtinendum ac suscipiendum gratiam ac virtutes & dona spiritus sancti, feruorem deuotionis, & incrementa internæ compunctionis, consolationemque spiritalem: tãto celerius ac copiosius acquirit hæc omnia â deo æterno ac adorando. Porro hi qui propter deum, & desiderio æternæ salutis, vniuersum mũdũ relinquũt, diuitias delitias & honores seculi aspernantur, parentes ac propinquos ac patriã deserunt, religionemque ingrediuntur, & in ea abnegant relinquunt ac domino offerunt semetipsos, maxime disponunt & applicant se ad obtinendum ab ipso exuberanter præfata diuina charismata. Ideo & abundãtius suscipiunt ea ab opulentissimo & indeficientissimo fonte â quo bona cuncta procedunt, qui riuos gratiæ ac virtutum, lucem sapientiæ, & charitatis ardorẽ effluendo ac dando nequaquam minui potest nec vnquam deficere. Abundantius (inquam) suscipiunt gratiosa hæc dona ab oĩpotente, nisi per propriã negligẽtiã & cæteras suas culpas obicẽ ponãt, impediãtque seipsos.

Iob.34.

Iere.30.

Lucæ.9

Deniq;

Deniq; quãto quis plura ac maiora deserit ꝓpter deũ, tanto ipse dominus vniuersorum exuberantiora gratias charismata paratus est illi repẽdere: nisi (vt tactũ est) p negligentiam aut alio modo, videlicet inaniter gloriãdo, aut se extollẽdo, ponat obicem spiritui sancto. Hinc personæ nobiles & illustres, diuites, & potentes, formosæ ac iuuenes, quæ synceriter propter deum mundum relinquunt, & sanctam religionem ingrediuntur, ad excellentissima gratiarum munera se dispo nunt & ea sortiuntur a domino, atq; ꝓficiunt in eisdẽ dummodo in vera humilitate ac dei timore & cordis custodia se fundent, ac perseuerent. Tales ergo ꝑsonæ attendant se accepisse à deo, quicquid habent & sunt. Ideoq; non reputent se magnum quid egisse, ea q̃ mũdi sunt deserendo & claustrum intrando, nec inde extollant se. Nec vnquam in se inaniter glorientur: sed cum sancto Dauid, grata & humili mente dicant deo excelso ac metuendo: Quæ de manu tua accepimus, hæc dedimus & obtulimus tibi. Omnia etenim nostra bona sunt dei dona. Hinc tales personæ tanto præcordialius atq; humilius regratientur domino saluatori, quãto à periculosiori statu, maioribus laqueis, pompis & vanitatibus sunt ereptæ: & quanto paucioribus personis nobilibus potentibus ac diuitibus datur gratia talis ac tanta: cum & Apostolus dicat in priori sua quam ad Corinthios scripsit, epistola: Videte vocationem vestram, quia non multi sapientens secundũ carnem, non multi potentes, nõ multi nobiles sunt inter vos: sed quę stulta sunt mundi elegit deus vt cõfundat sapientes: & infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia: & ignobilia & contemptibilia mundi elegit deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt nõ glorietur in conspectu eius omnis caro. Ideo sanctus fatetur Gregorius: Hos eligit deus, quos despicit mũdus. Non ergo superbiant, nec pręsumant, neq; inaniter glorientur nobiles ac potentes: sed timeant vehementer & seipsos humilient semper, quia de eorum

1.Para.29

1.Cori.1

Grego.

Hiero. numero pauſciſſimi ſunt electi. Imo vt beat⁹ teſtatur Hieronymus: Vix vnus de cētum aut mille talibus, regno dei eſt aptus. Idcirco per Ieremiam ꝓphetam præcipit deus: Nō glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & nō glorietur fortis in fortitudine ſua, & nō glorietur diues in diuitĳs ſuis: ſed in hoc glorietur, qui gloriatur ſcire & noſſe me. Iere. 9.

¶Qualiter religioſæ perſonæ debeāt cōuerſatiōem ſuā in clauſtro ſapiēter incipere, ſtabiliterq́ꝫ fundare.

¶Art. 2.

IAm declaratum eſt, quā cōpioſam ac præcipuam gratiæ affluentiam ſanctus & miſericors deus paratus ſit largiri his, qui propter ipſum deſerunt totū mundum, & intrant cœnobium. Nam ſicut ſe totos, & cuncta quæ habent, ꝓpter deum reliquēt: ſic benigniſſimus & liberaliſſimus deus, ſe totum & omnes diuitias gratiæ ac gloriæ ſuæ paratus eſt eis communicare: & quibus miſericorditer inſpirauit propoſitum intrādi religionem, eiſdem paratus eſt dare gratiam digne conuerſandi in religione: dummodo totam ſpem ſuam figant indeſinenter in ipſo, dicentes cum ſctō Iob: Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo. Sed qa videmus quod quædam religioſæ perſonæ, quæ bona intentione clauſtrum ingreſſæ ſunt, parum aut nihil in clauſtro proficiunt, imo paulatim tepeſcant: penſandum atq́ꝫ tangendum eſt, qualiter religioſi debeant vitam ſuam inſtituere ſapienter, & conuerſationem ſuā fundare ſalubriter. Primo itaque in hoc ſe immobiliter fundent, & in hoc totam conuerſationem ſuam ſapientialiter inchoent, imo quotidie quaſi de nouo incipiant, vt in omni loco & tempore, in omni actiōe verbo & afflictione, in omni cogitatiōe & affectione, ſumme & præcordialiter intendant ac cupiāt ſoli deo placere, & eum in omnibus honorare. Nam ipſe ſolus altiſſimus eſt, ipſe creator & ſaluator eſt omniū noſtrū in quo tota ſalus noſtra conſiſtit. Iſtud ſit ſummum deſideriū noſtrū, inceſſabiliſq́ꝫ intētio. Iſtud inceſſanter Iob. 13.

verſetur

versetur in corde, renouetur in mēte, atq; ad hoc oculi cordis infatigabiliter dirigantur, vtpote deo placere & ipsum in omnibus venerari, & quicquid displicet ei cum omni diligentia euitare. Ideo ait Apostolus: Seruiamus deo placentes cum metu & reuerentia. Verum tamen quod dictum est, quod debeamus summe ac iugiter desiderare soli deo placere, non est ita intelligēdum, quasi non debeamus velle etiam proximis complacere, cū rursus dicat Apostolus Paulus: Vnusquisq; proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem, qa nec deo placere valemus, nisi & proximis complacere cupiamus, ac laboremus in deo, per bona & exemplaria opera ad dei honorem & proximorum ædificationem. Non aūt debemus velle proximis placere ꝑpter ipsos finaliter aut ꝑpter humanū fauorē, seu ꝑprium cōmodū honorē & laudē, ꝑpter qd rursus ait Apost. An quæro hominibus placere? quasi dicat non. Vnde subiungit: Si adhuc hominibus placerē, seruus Christi non essem. Hinc & Psalmista disseruit: Quoniam deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam deus spreuit eos.

Hebræ. 12

Rom. 15.

Gala. 1.

Ibidem.

Psal. 52.

¶De his quæ necessaria sunt ad hoc quod religiosa persona placeat deo.

¶Art. 3.

NIhil facit ratiōalem creaturam deo altissimo displicentem, nisi peccatum, propter quod in libro Sapientiæ scriptū est: Odio sunt deo impius & impietas eius. Atq; in psalmo dicit deo: Odisti oēs, qui operantur iniquitatem. Isaias quoq; testatur: Iniquitates vestræ diuiserunt inter deum vestrum & vos. Ad hoc igitur vt religiosus placeat deo, primo exigitur, vt cum omni diligentia vitet vniuersa peccata, præsertim mortalia. Ideo asserit Isaias ꝑpheta: Iste est omnis fructus, vt auferatur iniquitas. Et quia venialia peccata ad mortale peccatum disponunt intātum qd secūdum sanctoꝝ patrum doctrinam, irrefrenata consuetudo venialium peccatoꝝ, est culpa mortalis.

Sap. 14.

Psal. 5

Isaiæ. 59.

Isaiæ. 27.

Idcirco

Idcirco volētem deo placere oportet nō solum culpas vitare mortales, sed etiam veniales, ita vt & venialia q̃ quotidie incidit ex fragilitate humaua, deploret quotidie: Nam & Sapiens quidam protestatur: Qui negligit modica, paulatim decidit. Et rursus ait: Si nō in timore dei tenueris te instāter, cito subuertetur domus tua. Istud nō solum ad religiosos, sed ad vniuersos quoq; pertinet Christianos, propter quod Christus in exordio suæ prædicationis locutus est: Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cœlorum. Porro pœnitere est præteritas culpas deflere, & deflenda iterum non committere. Præterea peccata mortalia euitare non est aliud, quā præcepta implere, quoniam cuncta mortalia vitia sunt à deo prohibita, vel ab ei⁹ vicarijs ac prælatis. quibus ait: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Sicque vitare peccata est cunctis hominibus necessarium ad salutem promerendā ac obtinendam, cum dicat Saluator: Si vis intrare ad vitam (hoc est, si vere desideras nunc spiritaliter viuere per charitatem & gratiam, atq; post vitæ huius curriculum adipisci ac ingredi vitā gloriæ æternalis) serua mandata. Nec sufficit vnum aut duo mandata seruare, sed necesse est vniuersa & singula adimplere, loco & tempore opportuno, cū dicat apostolus Iacobus: Quicunq; totam legem impleuerit offendat autem in vno, factus est omnium reus. Ecce quā arta est via salutis. Deniq; præcepta implere est, nō solum mala nō agere, sed etiam bona cum debitis circumstantijs facere: vtpote congruo loco & tempore, recta intentione, & cum discretione, atq; ex charitate. Et nisi homo sit diligens coram deo, & tempus sibi concessum studeat fructuose expendere, frequenter faciliterq; contingit, vt quotidie magis ac grauius peccet, bona opera omittendo, quā mala agendo. Et hoc multi nō satis aduertunt, propter quod interdum dicere solent: Ego hoc die, seu post vltimā confessionem meam, non feci aliquid mali, quid debeo confiteri? Istu modicum pēsan t quod &

Eccle. 19
Eccl. 27
Matth. 4
Lucæ. 10
Mat. 19
Iaco. 2
Matth. 7.

quod &quanta bona possint quotidie, imo &qualibet hora per agere, quę negligunt &omittunt. Secundo ad hoc quod religiosa persona placeat deo, requiritur q̃d feruens, velox, &agilis sit ad obseruandum ea quæ sui sunt ordinis, vel quæ ad suam vocationem congregationemq; pertinent: quatinus iuxta doctrinā Apostoli ambulet digne deo secundum exigentiā suæ vocationis, aut professionis. Nam vt ait Eusebius Emissenus: Hoc deus præcipue reqrit à religiosis personis, vt bona quæ agunt, agant corde prompto ac feruido claroque animo. Ita vt seruiant deo cum iucunditate interna, sine torpore atq; fastidio. Quemadmodum scriptum est: Seruite domino in lætitia. Propter quod hortatur Apostolus: Gaudete in domino semper. Religiosus ergo omni tarditate, pigritia, fastidio ac torpore abiectis, spretis ac conculcatis, viriliter, celeriter, & feruenter aggrediatur & inchoet opera bona, q̃ & strenue prosequatur, ac virtuose consummet. Tertio ad hoc quod religiosus placeat deo requiritur, vt à pristino suo feruore non infrigidetur per negligentiam & teporem, sed quotidie conetur in charitate & in omni virtute proficere, &omne opus dei cum puriori stabiliori ac diligentiori mente implere. Quia vt sctūs fatetur Bernardus: In via dei non progredi est regredi. Et in schola virtutum, in claustro, in congregatione deuota nō proficere in charismatibus spiritus sancti, in cordis munditia, in exercitatione interna, est deficere atq; corruere ad peccata. Hinc in Apocalypsi domin⁹ deus omnipotens cuidam improperat dicens: Habeo aduersum te, quod charitatem tuam primam reliqsti Memor esto itaq; vnde excideris, &pœnitentiam age, &prima opera fac: alioquin venio tibi cito. Aduertāt hæc instabiles, insipientes, & negligentes: qui ad tēpus in dei obsequio sunt feruentes, deinde vana &periculosa securitate torpescunt, leuitatibus resoluuntur, & quasi iam aliquid sint, de suo profectu præsumunt: & tanq̃ nunc apprehenderint, de præteritis suis operib⁹ merito

Colos. 1.

Eusebius.

Psal. 99

Philip. 4

Bernar.

Apoc. 3

Philp. 3 meritorijs stolide gloriantes, remissius agunt, cum tamen dicat Apostolus: Ego non arbitror me apprehẽdisse, sed in anteriora extendo meipsum. Aduertamus

Apoc. 3 ergo & iugiter formidem⁹, quod in Apocalypsi iudex cœlestis increpatorie loqtur negligenti & pigro: Scio opera tua, quia nec calidus es, neque frigidus: vtinam calidus esses, aut frigidus: sed nunc quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Ecce quantum iustus & sanctus deus detestatur omnem accidiam & teporẽ. Pensent & metuant hoc, qui opera dei quæ quotidie agunt, non nisi ex quadam arida atq; insipida consuetudine operantur: & tanto indeuotius faciunt ea quanto frequentius. Vnicuiq; tali religioso clamat Iohannes Apostolus:

Apoc. 3 Nomen habes, inquit, quod viuis sed mortuus es. Non enim inuenio opera tua plena corã deo meo. In mente itaque habe, qualiter acceperis & audieris, & pœnitentiam age & esto vigilans, id est, solicitus coram deo ac diligens. Religiosa ergo persona opera bona quæ agit quotidie, studeat omni die perfectius agere, ardentiusq; complere. Ecce si princeps terrenus videat suos ministros sibi cum fastidio & torpore seruire, & irreuerenter astare, inuite quoq; & cum mœstitia obedire: nonne indignabitur talibus seruis, & potius reputabit sibi factam iniuriã, irreuerentiam & obedientiam, quã honorem & debitum famulatũ?

Acto. 10. Apoc. 19 Quomagis deus maiestatis immensę rex regum & dñs vniuersorũ, indignabitur nobis si viderit nos in suo obsequio indeuotos, in suis laudibus frigidos, in oratiõe distractos, in missarum solennijs, in sacra cõmuniõe, in p̃sentia superdignissimi sacramẽti insipidos, in spiritalib⁹ exercitijs fastidiosos ac pigros? Insuper sunt & alia multa quæ exigũtur ad hoc, quod religiosa persona placeat deo, de quibus infra tãgetur.

¶De diligenti & indefinenti cordis custodia.

¶Art. 4.

IN scripturis diuinis multa documenta traduntur quæ sub alijs & alijs verbis eundẽ cõtinent sensum

Cum enim ad complacendum deo, primo & maxime necessariū sit, vitare pctā. Idcirco scriptura sua diuersis vbis dat nobis de hoc plurima documenta, vt cū sctūs Moses legifer filiorum Israel ait ac iubet: Custodi teipsum & animam tuam solicite. Ne obliuiscaris verborum domini, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuę. Nempe quid est seipsum & propriam animam solicite custodire, nisi ab omni peccato se pseruare? Et quid est verborum dei nunquā obliuisci, nisi scd̄m ea iugiter conuersari? Hinc & Salomō: Omni (inquit) custodia custodi cor tuum. In Eccle. q̄q; habetur: Quasi à facie colubri fuge pctā. Et Thobias hortatur: Omnibus diebus vitæ tuę deū in mēte habeto, & caue ne aliq̄do cōsentias peccato. Sed qm̄ homo non potest ista implere sine speciali & gratioso auxilio spiritus sancti, ideo Dauid rex & ppheta ad dei subsidium sapienter cōfugit, ipsum deuotissime deprecās: Gressus meos dirige scd̄m eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniustitia. Sed de⁹ iustus & sapiēs, pius atq; omnipotens, qui paratus est hoēm paterne & misericorditer adiuuare, reqrit ab homine vt faciat etiā q̄d est in se. i. diligētiā suā, se disponēs ad gratiā & ỽtutes ac spiritalē pfectū, p hoc q̄d diligēter p posse vitat peccata, & adiutoriū dei implorat. Ideo Salo. admōuit dicēs: Omi custodia custodi cor tuū. Quid est omi custodia cor custodire? nisi intellectū & rationē ab omi immūda & mala cogitatiōe purgare, ab omni falsitate & errore immunē seruare, voluntatē quoq; ab vniuersis illicitis desiderijs & à cūctis malitijs purificare & pseruare? Itemq; memoriā ab euagatiōibus cohibere & à diuinoꝝ obliuiōe cōpescere? Totū istud agendū est cū omni custodia, hoc est, cū diligētia summa, cū indesinenti conatu, cū solicitudine timorata, & etiā cū exteriorum sensuū custoditiōe, interiorumque sensuū directione & cum sensitiui appetitus forti refrenatione: ne aliquid sensibile aut carnale seu transitorium appetatur, nisi secundum rectæ rationis iudicium.

Deut. 4. Prou. 4. Eccl. 21 Thobi. 4 Psal. 118 Prou. 4

Hoc igitur

Hoc igitur creator noster summe ac specialissime req rit à religiosa persona, vt incessanter cum ingenti diligentia mentem suam custodiat, quoniam menti impressa est & in ea resplendet superbenedictæ æternæ & adorãdæ trinitatis imago: & ipsa mens debet esse thronus ac thalamus altissimæ ac gloriosissimæ trinitatis, atq; post vitam hanc in regno cœlorum ipsa mens vnienda est clare & immediate deo puritatis immẽsæ & quã diu mens cum omni custodia custoditur, caro & sensualitas à vitijs cohibẽtur: imo & actibus virtuosis, rationi, voluntatiq; obsequuntur. Purgãda ergo & refrenanda est mens ab omni cogitatione fœda, vili, immunda, carnali & praua, qm̃ per Isaiam dñs iubet:

Isaiæ. 1. Auferte malum cogitationum vestrarum ab occulis

Iere. 4. meis. Et item per Ieremiam in vtero matris suæ sanctificatum differuit: Vsquequo morabuntur in te cogitatiões noxiæ? Hinc & q; in libro Sapiẽtię scriptũ est:

Sap. 1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, & aufert se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu. Deniq; mẽs hominis est q̃si aurea speciosaq; tabula: quẽadmodũ ergo aurea tabula pulcherrima, valde deturparetur si super eam stercora ac putredines ꝓijcerentur, atque deformes picturę ei imprimerentur: sic, imo & incomparabiliter & vere in effabiliter plus, mens hominis ꝑ prauas cogitationes & vitiosas affectiones inquinatur, dehonestat, & vilificatur. Erubescamus igitur in præsentia dei sanctissimi & in aspectu infinitæ sapiẽtiæ ei cogitationes immundas & malas habere in mente, & iniustum aliquid desiderare aut velle, omnẽq; immũditiam culpæ toto corde abhorreamus ac repellamus ne in oculis summi ac supdignissimi dei simus viliter occupati, aut turpiter mente depicti. Nec solum fugiamus hæc mala, sed etiam sapientibus ac salubrib⁹ meditationibus, virtuosis ac sanctis affectionibus, occupemus, impleamus, decoremus ac depingamus incessabiliter corda nostra, & custodiamus ea in illis, quatinus sanctis meditationibus ac virtuosis affectibus stabiliter

biliter immoremur. Prǣterea a . . i atur q̄liter possit ac debeat homo cor suū sic custodire, ita vt prauas cogitationes, & vitiosas affectiones, semper deuitet, in bonisq; meditatiōibus ac salubribus affectibus stabiliter immoret atq; adhæreat? Dicendū, q̄ ad hoc multa sunt necessaria, de q̄bus erit mētio in seq̄nti articulo.

¶De his q̄ necessaria sunt ad interiorē ac diligentē cordis custodiā. ¶Art. 5.

EXteriores oculi videre non possunt seipsos, nisi in aqua, aut speculo aut aliquo tali: in quibus potius vident similitudines suas, quam semetipsos. Proprium vero actum videre non queunt. Porro interiores oculi, scilicet intellectus & ratio seipsos possunt intellectualiter videre, id est, cognoscere: p̄prios quoque actus considerare & inspicere valent. Ideo homo potest ac debet custodire cor suum, considerando per intellectum actiones, hoc est, cogitationes & affectiones ac cæteras occupatiōes proprij cordis. Hinc dn̄s ait per Aggeum p̄phetam: Ponite corda vestra super vias vestras. Id est, opera vestra per considerationem intellectualem attendite. Itaque qui cupit cor suum custodire, debet frequenter, imo sæpissime omni die considerare ac intueri cogitationes, appetitiones, occupationesq; cordis sui, an sint bonæ, iustæ ac deo placētes cūq; iuenerit & viderit in se aliq̄ cogitationē malā, occupationē iutilē, intētionē p̄uersam aut carnalē vanā & vitiosam affectionē: debet hæc oīa stati sine dilatiōe abijcere, detestari, & nullaten⁹ cōsentire: ac mentē suā conuertere ad cogitatiōes salubres, ad desideria iusta ad rectam intentionem, occupationemq; fructuosam. Præterea, ad hoc quod homo & specialiter religiosa p̄sona hæc faciat, multa sunt necessaria. Primum est refrenatio & custoditio sensuum exterioꝝ, qui sunt q̄si quædam fenestræ ac nuncij, per quos anima videt & p̄cipit exteriora. Primo igitur p̄cipue custodiēdus est visus, ne incaute inspiciat, q̄d concupisci nō licet, vel q̄d mēti inducere p̄t distractiōes & cogitatiōes inutiles

Agg. 1

Præſertim cum a... os qui huiuſmodi vanas cogitatio nes animam ſuam ſubire ſinunt, nec mētem ab his co hibere curant, dominus dicat per Macheam propheтam: Væ vobis qui cogitatis inutile. Hinc Dauid rex in ſeipſo expertus, quanta vitia homo incurrat ex incu ſtodia oculorum ſuorum, dominum exorauit: Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Etenim incuſtoditus oculus ſignum eſt vtique cordis incuſtoditi. Nec dignus eſt religioſus vocari, q oculos ſuos ab imprudenti circumſpectione non reprimit. Nec dubium quin in eccleſia, & in choro, & in diuino officio, præſer tim tempore orationis, refrenandi ac cuſtodiendi ſint oculi, ne aliquod deuotionis atq; internæ recollectionis impedimentum ingerant cordi: Hinc Salomon loquitur: Oculi ſapientis in capite eius, oculi autem ſtul torum in finibus terræ. Et vt alia habet tranſlatio: Oculi hominis ſtulti ſunt in calcaneo. Quid eſt hoc quod Salomon ait: Oculi ſapientis in capite eius? Nonne etiā oculi ſtulti ſtant & ſunt in capite eius? & quomodo oculi ſtulti dicuntur eſſe in pede ipſius? Ad hoc reſponden dum quod oculi ſapientis ſunt in capite, id eſt, in corde ipſius. Non quod corporales oculi ſtent in corde, ſed quoniam ſapiens per rationis iudicium regit ac reprimit oculos ſuos exteriores. Porro oculi ſtultorum ſunt in finibus terræ, quia vndique euagātur nec refrenantur. Sunt quoq; in pede, quia ad intuendum carnalia ac terrena aperiuntur magis, quàm ad inſpiciendum cœleſtia, & ea quæ deuotionem poſſunt inducere: vel ad legendum ſcripturas diuinas ac libros deuotionales. Legitur de ſancta virgine Catharina de Senis, q̄d dum quadam vice in Eccleſia aperuiſſet oculos ſuos ad videndum quendam ante ſe tranſeuntem ſponſus cœleſtis dominus Ieſus mox eam acriter rep̄hendit, dicendo: Deberes tu oculos cordis tui auertere à me creatore tuo, aperiendo oculos tuos exteriores ad videndum creaturā mortalem, & hoc in Eccleſia? Legitur quoq; in Vitaſpatrū de ſctā v̄gine nomine

Mich. 2

Pſal. 118

Eccls. 2

Sara, egregium sane, & hominib maxime imitãdum de visus custodia exemplum. Nam vsque adeo ab omnium vanarum rerum inspectiõe visum reprimere solita fuisse perhibetur, quod vndecim annis habitauit super fluuium quendã, nec vnquã infra tot annos inspexit fluuium illum. Secundo reprimendus & auertẽdus est auditus à verbis illicitis detractorijs & nociuis imo ab omni locutiõe ociosa, vana, non ædificatoria. Propter q̃d in Eccle. scriptum est: Sepi aures tuas spinis & noli audire linguã neq̃. Qui em̃ ṽba illicita seu in risum & dissolutiõem mouentia audit libenter, seu per consensum, nec corripit culpabiliter loquentem, ita peccat vt is q talia ꝓfert. Itaq; non sine cordis afflictiõe audiat religiosa ꝑsõna loquutionẽ inutilẽ, sed excluso humano timore, mox charitatiue corripiat sic loquentẽ. Tertio refrenãdus est tactus ab omni carnali amplexu, deosculatiõe, attactu, ac sensuali mollitie, ex quibus potest cõcupiscentia mala gigni, & caro moueri. Quod si qs ex aliq̃ tali sentiat se carnaliter stimulari, & non statim cessauerit inde, nõ excusatur à culpa mortali, vt ait Bonauentura. Ideo Clyma. ait: Cohibe tactũ inuerecũdeꝓsilientẽ. In regula q̃q; sc̃ti Pachomij de cœlo allata ab ãgelo fuit ꝓhibitũ, ꝙ vnus religiosꝰ non teneret manũ alterius. Vñ legitur de quadã ṽgine sc̃tã, q̃d dum confessor eius teneret manũ ipsius, & ipse cõfessor ex hoc stimularetur, virgo illa statim audiuit in spiritu: Noli me tãgere. Ignorãs cur vocẽ illã audisset, retulit suo cõfessori ṽba audita, & tunc confessor in cõsciẽtia sua ꝑcussus agnouit, q̃d ꝓpter incautum illum culpabilemq; attactum virgo illa sancta audisset huiusmodi verba. Quarto refrenãdus est gustus à voluptate ciboꝝ ac potuũ, in qbus q̃renda est necessaria ac moderata refectio, non delectatio sensualis. Quinto, choercendus est odoratus à carnali odorum suauitate. Insuper ad custodiendũ cor in sua puritate ac deuotione valde necessaria ac vtilissima est custoditio oris & refrenatio linguæ ab oĩ ocioso sermõe. & ab

Eccle. 28

Bonauen.
Iohã. Cly.
Pachom.

August.

omni verbo illicito: vt sine præmeditatione & timore dei nihil loquamur. Nec solum vitemus verba illicita sed in verbis quoq; bonis atq; salubribus modum nō excedamus: sed iuxta exigentiam loci ac tēporis, causæ atq; personæ, cum qua seu ad quā loquimur, verba cum mēsura & modestia dirigamus. Nec etiam taceamus, quādo rationabilis causa loquendi occurrit: Est enim tempus loquendi, & tempus tacendi. Cum ergo difficile & valde salubre sit modum obseruare in verbis: imo cum omnino necessarium sit ad ꝓficiendū in vita spirituali, refrenare & debite gubernare linguā debet religiosa ꝑsona cum magno & indesinenti conatu diligentiam adhibere circa oris sui custodiam & linguę cohertionem, in multiloquio nanq; peccatum non deerit. Et qui multis vtitur verbis, lędit animam suam: imo loquacitas est signum stultitiæ, cū Salomō dicat: Stultus ỽba multiplicat. Et rursus: Vidisti hominem velocem ad loquendum, stultitia magis sperāda est, quā illius correctio. Sanctus quoq; Iob ait. Vtinam taceretis, vt putaremini esse sapiētes. Ex quo constat, ꝙ taciturnitas sit sapientię signum. Nam vt Salomō contestatur: Qui moderatur labia sua, prudentissimus est. Qui iterum loquitur: Qui custodit os suum & linguā suam, custodit ab angustijs animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. Hinc sancti patres inter regulares obseruantias ꝓcipue atq; concorditer statuerunt obseruatiōem silentij, cuius fractionem voluerunt & instituerunt percussione virgarum vlcisci. Nempe quemadmodum olla non tecta impletur pulueribus, immūdicijsq; diuersis: sic anima non claudens os suum, multis & magnis repletur peccatis. Propterea dixit Apostolus Iacobus: Si quis putat se religiosum esse, non refrenās linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Hæc refrenatio linguæ tanto plus necessaria est religiosis fœminis & monialibus, quanto communiter solent esse magis pronæ ad loquacitatem. Ideo ait sanctus Ambrosius:

Eccles. 3; Prou. 10; Eccle. 20; Eccls. 10; Prou. 29; Iob. 13; Prou. 10; Prou. 21; Iaco. 1; Ambro.

Dominica virgo ab omni irrueri ... sermõe & risu dissoluto debet penitus abstinere, & cum disciplina atque silentio omnem vitã suam ornare: Imo virgo sermone garrula, aut loquacitate excessiua, vel curiositate superflua, non est digna casta aut virgo vocari. Itez ait Ambrosius: Dominica virgo, nec sermonis iactantia, nec diuitijs, nec generis dignitate, se debet extollere: sed in humilitate & spiritus paupertate, q̃ diu vixerit permanere. Atq; vt sancti patres conscribunt: Ad virgines pertinet, vt semper sint verecundæ ac pauidæ & ad omnem virorum affatum formidolosæ, & vt vitent discursus, nec vnquam sint otiosæ sed semper laudabiliter occupatæ, virorum quoq; ac iuuenum vitẽt aspectum. Præterea cum refrenatio ac moderatio linguæ sit valde difficilis, & speciale donum dei cũ Salomon asserat: Dñi est gubernare linguam: Ideo religiosus, imo & quilibet Christianus cupiẽs deo placere, & in via virtutũ ꝓficere, debet deum incessabiliter exorare, vt sibi dignetur cõferre gratiam refrenandi ac moderãdi ꝓpriam linguã. Hinc nanq; orauit Psalmista: Pone dñe custodiam ori meo, & ostiũ circunstantiæ labijs meis. Hic etiã Sapiẽs in Eccle. ait: Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certũ, vt non cadam ab ipsis, & lingua mea me perdat? Amplius, ad diligẽtem cordis custodiam valde necessaria est refrenatio gustus & ventris ab omni immoderantia & excessu cibi ac potus. Ex immoderata nanq; repletione ventris, multa & grauia vitia oriuntur. Puta pigritia, accidia, loquacitas, somnolentia etiam in diuinis obsequijs, vana lætitia, cõcupiscentia carnis, hebetudo rationis, multaq; alia quę sancti patres, Gregorius, Isidorus, Climachus, & Cassianus, numerãt & describũt. Hinc beatissimi patres eremitæ & anachoretæ dixerunt, quod ad cordis vigilantem & indefinentem custodiam præcipue exiguntur, refrenatio exterioꝝ sensuum & lingue ac ventris. Postremo qui in cibo & potu aliud quærit, quàm necessariam & mediocrem

[Margin: Idem. | Prou. 16 | Psal. 140 | Eccl. 22 | Grego. Isidorus Iohan. Clima. Iohan Cassianus]

corporis refectiõem, vt cõuenientius ac fortius possit deo seruire, hoc est, qui in cibo & potu quærit sensualẽ delectationem, aut recreationem carnalem, omni spĩritali consolatione se facit indignum. Qui vero in tantum se replet cibo ac potu, quod ex hoc ineptior redditur ad actiones virtutum, non euadit peccatum, & agit contra id quod Christus in Euangelio loquitur: Videte, ne grauent corda vestra crapula vel ebrietate. Hinc iuxta sanctorum patrum doctrinam, fundamẽtũ vitæ spiritualis est sobrietas in cibo & potu. Et sanctus Benedictus ait in regula sua, quod nihil ita vitandum est religioso vt gula. Veruntamen valde quoque cauendum est, ne religiosa persona ex indiscreto feruore caput & vires corporis sui sic per abstinentiam ieiuniumq; debilitet, quod ad diuinum obsequium & ad virtuosos atque communes labores, & ad sequendum conuentum impotens fiat.

Luce. 21

Benedict.

¶De saluberrima assuefactiõe eleuãdi ꝓpriã mẽtẽ ad deũ, in omni loco & tempore, quantũ possibile est.

¶Arti. 6.

SAnctus Dauid de se ipso testatur, & ait: Oculi mei semper ad dñm: q̃d de interioribus oculis, vtpote intellectu & ratiõe, est intelligendũ. Hi oculi semꝑ sunt dirigendi ac eleuandi ad deũ per cõtemplationẽ & dilectionẽ ipsius, per meditationes deuotas, per feruentes oratiões, ꝑ rectã intentiõem, per aspirationem assiduã ad cœlestis regni introitum, ęternalisq; glorię securã possessionẽ, atq; per iucũdã & internã omnipotentis creatoris laudationẽ. In his actibus sctis religiosus debet mentẽ suã iugiter exercere & occupare: q̃madmodum rursus beatissimus Dauid se fecisse fatetur Prouidebã (inquiens) dñm in cõspectu meo semꝑ q̃niam à dextris est mihi, ne cõmouear. Ecce si Dauid rex in exterioribus Israelitici regni negotijs multipliciter occupatus, atq; in medio hoĩm omni die conuersans mentẽ suã tam indesinenter deuote erexit, & recte direxit ad creatorem; quãtomagis religiosa persona ab

Psal. 24

Psal. 15

exterioribus occupatiōibus liberata a tumultu & inquietudine hominū segregata, & in deuota congregatiōe consistens, aut in monasterio clausa, debet cor suum incessanter ad deum suum erigere & animam suam spōso cœlesti vnire, nec ab eius inuocatiōe & laude cessare? Sed forsan quis dicet: Qualiter potest fragilis & instabilis creatura mentem suam indesinēter ad deum leuare: præsertim cum oporteat interdū dormire quādoq; mādúcare & bibere, aliquando cum hominibus loq, nonnunquā manualiter laborare, & vicissim vti exteriori solatio? Ad hoc respondendū, q̊d religiosus debet cor suum eleuare ad deū indesinēter, & semp id est, omni tempore opportuno, scd̄m q̊d Saluator in Euangelio loquitur: Oportet semp orare, & nō deficere. Et Psal. Benedicā (ait) dn̄m in omni tempore, semp laus eius in ore meo. Præterea q̊d homo nō potest ex seipso ac proprijs viribus, potest per adiutoriū gratiæ & per cōfortationē omnipotentis, sicut ait Apostolus: Omnia possum in eo qui me cōforrat. Idcirco religiosus debet deum cum omni fiducia & feruore omni hora orare, vt mentem suam in ipso q̊tidie magis ac magis stabiliat, & cordi suo gratiā tātam dignetur infundere, q̊d mentē suā iugiter leuet ad ipsum, omniū fontem bonorum: Insuper sicut cōmuniter dicitur, cōsuetudo est quasi altera natura, nihil est homini ita difficile, quin per consuetudinē facile ei fiat. Consuetudo aūt ex multis actibus frequenter reiteratis generatur Et sicut cōsuetudo mala ac vitiosa gignitur ex actibus prauis: sic consuetudo virtuosa oritur & conseruatur ex actibus bonis. Ideo certum est, quod si homo studeat mentem suam ad deum omni hora leuare, non solum in oratione, celebratione, & Psalmodia: sed item in refectione, & exteriore labore, colloquioque humano & in omni actu & occupatione, cito veniet ad consuetudinem bonam ac optimam, & erit sibi quotidie magis ac magis facile & suaue cor suum ad DOMINVM eleuare, & cogitare de ipso.

Luc. 18
Psal. 33
Philp. 4

psal. 38 In sanctis quoque meditationibus inflammari amore ipsius, quemadmodum ait propheta: Concaluit cor meũ intra me, & in meditatione mea exardescet ignis id est, flamma diuini amoris. Assuesce ergo, o religiose cor tuũ ad deum assidue eleuare, ipsum intra te recogitando, ipsum laudando & exorando, eius infinitã excellentiam cõtemplando, & suæ superpurissimæ bonitatis amore te inflammando. Hinc quippe Salomon

Prou. 3. dixit: In omnibus vijs tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. Fac tibi violentiam salutarem, & a distractionibus vanis, & cogitationibus friuolis reprime intellectum, & sicut per ancorã figitur nauis, ne fluctuet: Ita per virtuosum istum conatum diligentiamq; quotidianam, fige, stabili, & immobilita mentem tuam in

Psal. 72 deo, dicens cum viro sancto: Mihi adhęrere deo bonũ est. Quicquid ab ista recollectione & occupatione mẽtis tuæ in deo impedit & auertit, fuge tãquam venenũ & pestem, omnem videlicet confabulatiõem inutilem & quicquid offensiuum est dei. Postremo, amor est via vnitiua, vniens amantem cum amato, & frequentem dilecti memoriam ingerens cordi amantis: & quanto quis aliquid ardentius amat, tanto frequentius recor

Matth. 6. datur illius. Propter quod Saluator disseruit: Vbi

August. fuerit thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Augustinus quoque testatur: Vbi amor, ibi oculus. Si ergo religiosa psona digne studuerit quotidię in dei amore proficere & in vera ac feruida creuerit charitate, sentiet sibi nõ solũ possibile, sed etiã dulce ac facile esse mentem suã præfato modo ad dominum eleuare: & ita siue eat ad mensam, siue ad laborem, siue ad lectum, memor erit domini dei sui. Et si hominem alloquatur aut humanę intersit collationi, frequenter tamen mente loquatur cum deo per orationes internas, & laudes secretas Deniq; & in exteriori solatio pcauebit, ne mẽs sua immoderanter aut inaniter resoluatur. Quemadmodũ enim ignis iugiter sursum mouetur, & sicut calor solis vapores tralut in altũ: sic feruidus amor dei mentẽ

amantis

amantis excitat, mouet,& eri[illegible]n ad deum: & cogitatiões, affectionesq; animæ, trahit ad creatorem: in quo solo dulciter requiescit, nec alibi quietatur.

¶De quibusdam actib⁹ ac medijs necessarijs, & valde pficuis ad pficiẽdum in vita spiritali ac religiosa. ¶Art. 7.

AD hoc, quod religiosa seu deuota psona digne deo ambulet in sua vocatione & professione, primo perutile est, vt penset quotidie diligẽter ad quid venerit, hoc est, cur reliquerit mundũ, & claustrum seu cõgregationem deuotam ingressa est. Ideo nanque hoc egit, quatinus varias occasiones peccandi vitaret, & deo liberius perfectiusque seruiret. Non ergo in congregatione admittat nec quærat peccandi occasiones, propter quas vitãdas semel reliquit mundũ. Porro occasiones peccandi sunt solicitudo circa exteriora, societas mala, frequens & diuturna locutio, humanum solatium, sensualis affectio, propria libertas, rumorum perceptio. Igitur omnia ista statim ac prorsus deuitet religiosa persona à primo die quo congregationem seu religionem intrauerit. Omnia quoque mundana quæ propter deum reliquit, excludat de sua memoria. Nisi quod pro suis propinquis amicis ac notis spiritaliter oret. Non inquirat rumores nec superfluas narrationes aduertat, sed cũ propheta dicat humiliter deo: Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. Quod si persona excellens habuerit secum in monasterio personas, sibi olim in seculo seruientes, aut cognatas, seu familiariter notas: nequaquam tamẽ afficiatur ad illas sensuali amore, nec immoderatam habeat familiaritatẽ cum ipsis, nec in eis quærat vel habeat priuata solatia: sed vniuersam suã affectionem, intentionem, & occupationem, in deo cõstituat, simplificet, & cõseruet. Nec acquiescat neq; permittat se ab illis more solito specialiter honorari, vel domicellam aut dominam appellari: sed quo nobilior excellentior maiorque extitit & existit, eo p cũctis

Colos. 1.

Occasiões peccãdi q.

Psal. 118

seipsam humiliet: in tantum, vt potius velit vocari & esse ancilla, quã domina: & soror, quã domicella. Carnis nobilitatem arbitretur quasi pro nihilo, atq; in infima sorore plus reputet minimum gradum humilitatis, quã omnem suæ nobilitatem propaginis. Secundo ad proficiendum in congregatione valde perutile necessariumq; consistit, vt persona spiritalis non sit curiosa ad obseruandum aut considerandum aliorum defectus, nec eos imprimat suæ memoriæ, nec temere iudicet quẽquam: sed proprios defectus quotidianasque culpas assidue intueatur, ponderet, puniat, defleat & emendare conetur. Valde etenim attendendum est, quod filius dei in Euangelio ait: Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Hypocrita ejce primo trabem de oculo tuo: & tũc videbis vt ejcias festucã de oculo fratris tui. Hinc ait Gregori⁹: Graue curiositatis est vitium, quod dum hominem immoderate occupat circa aliorũ defectũ, abscõdit ei seipsum. Propterea sancti patres in eremo maxime abhorruerunt hoc vitium, & omne temerarium iudicium. Tertio ad proficiendum in congregatione & religione, omnino proficuum est, non intromittere se de impertinentibus sibi: sed quod ad se pertinet & quod deus requirit à se, primo & principaliter adimplere. Ideo personæ in officijs non constitutæ, non debent se de exterioribus rebus & officialium factis inutiliter occupare: Nec velle ad consilium euocari: Nec aliquam ad officia promotionem optare. Vnde in Vitas patrum narratur, q̃d dum sanctus vir abbas Pastor percepisset quendã fratrem ita in monasterio facientem vocauit eũ ad se, interrogauitq; illum: Vnde tibi o frater hæc virtus? Qui respondit: A primo die quo cõgregationẽ ingressus sum, posui in corde meo, q̃d ego & asinus vnum sumus. Hinc quoq; religiosa persona nõ debet contristari, si viderit sua verba non reputari. Quartum est, vt religiosus à principio sui ingressus in monasterium, discat & assuescat nõ esse proprij sensus, nec pro-

Matth. 7
Lucæ. 6
Grego.

nec proprio iuditio pertinaciter inhærere: sed docilis ac dirigibilis esse in omnibus, & superiorum ac sapientiorum informationi libenter obtemperare. Hinc Salomon ait: Ne sis sapiens apud temetipsum, & ne innitaris prudentiæ tuæ. Isaias quoque: Væ (inquit) vobis qui sapientes estis in oculis vestris. Nam & sanctus testatur Bernardus: Pessima animæ lepra est, immansio ꝓprij sensus. Quintũ est, vt oẽs tẽtatões quas patitur & vniuersas suggestiones ac vitia quibus pulsatur, & impugnatur, superioribus suis humiliter & confidenter ac clare aperiat, omni periculosa erubescentia cõculcata, & iuxta illorum consilium ac doctrinam procedat, resistat ac operetur. Et istud etiam in sacramentali confessione est faciendum. Veruntamen periculosum esset, inexpertis & indiscretis sic reuelare proprij cordis secreta. Sextum est, vt à principio suæ cõuersionis discat & assuescat seipsum in omnibus abnegare, & frangere atq; salubriter mortificare, subiectione & abiectione gaudere, superioribus quoq; hilariter obedire, ac perseuerare in his vsque in finem. Hoc nanque est vere ac saluberrime sequi vnigenitum patris æterni, qui venit non propriam sed patris facere voluntatem, cui factus est obediens vsq; ad mortem, & dixit: Qui vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Qui in congregatione ista seruauerit, mirabiliter crescet in gratia, celeriterque pertinget ad veram perfectionem, atque de die in diem abundantius in spiritali conuersatione gaudebit, & copiose experietur in se quam verissime dixit Saluator: Iugum meum suaue est, & onus meum leue. Prædictis addi potest & septimum, vt scilicet q̃tidie discutiat cõscientiã suã, & pẽset quid deo ꝓmiserit, qualiter hucusq; professionẽ suã impleuerit, quousq; in via virtutũ ꝑuenerit, q̃d omiserit boni, & cõmiserit mali: sicq; conetur q̃tidie cũ grãdi diligentia adimplere ea ad q̃ tenetur, & quæ ordinis sunt & vltra hęc aliquid superogatiõis deo offerre nitatur.

Prou. 3
Isaiæ. 5.
Bernar.

¶Quod

¶Quod aliquid vnum stabiliter infigẽdũ sit cordi, ꝑ qd se reducat ad dñm quotiens cœperit euagari ab eo ¶Art. 8

QVoniam mens humana nõ diu in vna cogitatione permanet fixa, imprimendum est ei aliquid salubre ad cogitandum, quod sæpissime intra se reuoluat & firmissime recordetur, atque indelebiliter inhęreat suę memorię: quatinus illud intuendo ac recolendo vitet distractiones, & omnes cogitatiões illicitas, ac quotienscumq; senserit se distractã & inutiliter occupatã, mox sine mora reducat ad illud suam memoriam ac suum intuitum, atque ꝑ hoc recolligat se in deo, & ad deuotionem pristinam reducatur, ac sanctæ charitatis accendatur feruore. Hoc itaque vnum menti sic imprimendum potest vnusquisq; eligere, quod viderit sibi ad hoc magis accommodum Nam potest quis ad hoc assumere verbum illud quod viri & prophetæ sanctissimi Helias & Heliseus sæpe dixerunt, videlicet: Viuit deus in cuius conspectu & ante cuius vultum sto hodie: quod dixerunt ad innuendum quod assidue considerauerunt se esse & conuersari indesinenter in præsentia atque intuitu summi dei iudicisque metuendissimi ac æterni omnia intuentis ac iudicantis, quæ consideratio est valde retractiua ab omni peccato, ab omni negligentia irreuerẽtia & torpore, attractiua quoque ad omne bonum atque ad cõuersandum syncere & feruide coram deo. Etenim consideratio illa parit salubrem pudorem quo homo veraciter sapiens erubescit ac metuit male agere & turpiter seu negligenter se habere in pręsentia & conspectu sui creatoris ac iudicis summi. Propter q̃d dixit Dauid ad dominum: Seruaui mandata tua & testimonia tua quia omnes viæ meæ in conspectu tuo, & sanctus Iob ait: Nonne deus cõsiderat vias meas & omnes gressus meos dinumerat? Viles ergo insipientes & imꝓbi sunt qui in præsentia maiestatis immensæ & coram oculis superdignissimæ deitatis ac infinitæ sanctitatis ac sapientiæ

pientiæ eius non verecundantur prauas & turpes cogitationes habere in corde, vitiosas affectiões habere in volũtate, illicita verba loqui, & prohibita operari seu etiam fieri iussa negligere. Religiosus igitur prætactũ verbum Heliȩ ac Helisæi firmissime imprimat suæ memoriæ, & sæpissime id cogitet ac perpendat, & quotiẽscunque senserit se distractum, negligẽtem, aut illicite occupatum, aut immundis seu inutilibus cogitationibus inhærentem aut aliquo modo peccantem, statim verbum illud: Viuit deus in cuius conspẽctu & ante cuius vultum sto hodie, ad memoriam reuocet: sicq́ de sua culpa & negligentia erubescat, & coram deo reuerẽter fructuose habiliter ac feruenter habere se studeat, & in isto se incessanter ac indefesse exerceat, sentietque in breui fructum mirabilem. Pręterea ad istud agendũ potest cui placet assumere versiculũ illũ sancti Dauid ex psalmo: Oculi mei semper ad dominum, q̃tenus quãdocunq; senserit oculos cordis sui à deo distractos & cogitationibus vanis seu rebus inutilibus occupatos, protinus reminiscatur huius versiculi, atque de sua auersione distractione culpa & negligentia erubescens, ad meditãdum de deo se erigat. Postremo in collationibus patrum docetur, quod ad istud agendum pręcipuè valeat versus hic: Deus in adiutoriũ meum intende, domine ad adiuuandum me festina: quatinus quacunque suggestione tentatione distractione negligentia aut malitia senserit se homo à deo elongari aut impediri, mox memor sit huius versus, & deũ in adiutorium suum inuocet & inuitet.

¶ De assidua exercitatiõe cordis in meditationibus bonis. ¶ Art. 9.

QVemadmodum quidam homines seculares ita inuoluti intenti & occupati sunt imaginationibus & desiderijs carnis, & curis mundanis, atque affectibus proprij honoris, ac promotionis ad altiora in seculo isto, ita quod raro vel nũquã cogitãt de spiritalibus rebus & pertinẽtibus ad salutẽ,

nec me-

nec meditatiões suas figunt in creatore: sed potius de vna cogitatione peruersa & vana ad aliam peruersiorem labuntur: Sic homo spiritalis & religiosus tam diligenter & frequenter, imo & indesinenter occupare se debet in meditatiõibus salubribus ac diuinis: vt quãuis non possit incessanter aut diuturne immorari ac inhærere vni cogitationi salutari ac virtuosæ: non tamen à cogitatione bona ad cogitatiõem corruat malam: sed de vna meditatione sancta labatur, vel potius ascendat, ad aliam meditationem sanctam ac meliorem. Quod si interdum ex fragilitate humana, aut negligentia quadam, corruerit ad cogiationem aliquam malam, celeriter inde se retrahat, ac redeat ad cogitationes salubres, & cum maiori diligentia ac diuturnitate in illis permaneat. Præterea quanto quis ad maiorem virtutum perfectionem deuenerit, tanto altioribus ac diuinioribus meditationibus potest & debet se occupare. Qui enim perfectus est, atque ad contemplationis gratiam, lumen ac culmen perductus, potest & debet assidue cogitare de domino deo suo: & nunc de infinita sapientia eius, nunc de eius omnipotentia, nunc de eius beatitudine & gloria prorsus immensa, nunc de eius bonitate purissima, nunc de eius pietate & misericordia, nunc de eius iustitia & rigore nunc de eius pulchritudine vere incircumscripta, nũc de eius sanctitate cuius nullus est finis, nunc de eius dulcedine incomparabili, quæ nullam habet mensuram, nunc de superbeatissima trinitate, patre, & filio, ac spiritu sancto, & de harum trium superuenerabilissimarum & superdignissimarum personarum mutua intuitiõe dilectione, amplexu & gloria, & de emanatiõe earum ad intra. Nunc de operibus supergloriosæ trinitatis naturalibus & supernaturalibus, & de beneficijs eius. Specialiter de admirabili atque altissimo eius cõsilio super redemptione generis humani, & de incomprehensibili incarnatione verbi æterni, id est, vnigeniti filij dei. Porro qui adhuc imperfectus est, cogitare diligenter

genter ac frequenter potest ac atoce de enormitate & multitudine peccatorũ suorum, de mortis terribili acerbitate, & metuendissimo dei iuditio, de suppliciis illis durissimis purgatorij & inferni, de breuitate incertitudine & fallacia vitæ præsentis: Omnes vero tã perfecti quam imperfecti quotidie cogitare debent intente & affectuose de amarissima Christi passione, & de omni eius charitate ac beneficentia ad genus humanum, de eius operibus virtutibus & doctrinis, de gaudijs regni cœlestis. Postremo, quamuis de omnibus iam prædictis sit quotidie cogitandum, potest tamen homo die dominico specialiter meditari de omni felicitate & gloria electorum in cœlo Feria secunda de morte. Feria tertia de beneficijs dei. Feria quarta de iuditio dei. Feria quinta de pœnis purgatorij & inferni. Feria sexta de passione Christi. Sabbato de peccatis.

¶De fructuosa temporis deductione.

¶Art. 10.

QVanto quis crescit in charitate dei & in spiritali feruore, tanto plus illuminatur à spiritu sancto. Propter q̃d ait scriptura: Qui timetis dominum, diligite illum, & illuminabuntur corda vestra. Et quanto quis plus illuminatur à spiritu sctõ, tanto clarius intuetur q̃ preciosum sit tempus, quãta bona possit omni bona pagere, & quantum valeat q̃tidie in charitate dei atq; in omi virtute ꝓficere, & q̃ stultũ sit, tẽpus expendere negligenter, seq; elongare à deo, ac retroire & propriam lædere animam. Ex quorum consideratione accenditur ac bene & fructuose agendum indesinenter, ita, vt nullum temporis partem nullum momentum infructuose expendat. Hinc homines sancti ex feruentissimo desiderio honorãdi deũ, & ꝓficiẽdi in eius amore, ac fructificãdi in actibus ꝟtuosis, maxime studuerũt icessabiliter meritorie occupari: & nõ solũ bõa, sed etiã meliora ac viciniora saluti ifatigabiliter opari, in tãtũ, ꝙ modico somno erãt

conten

contenti, nec in contabulatiõibus vanis & inutilibus tempus aliquod expenderunt: sed vel orando, vel meditando, aut contemplando, seu psallendo, siue studẽdo, aut scribendo, vel corporales exercendo labores, oẽ tẽpus suũ cõsumere nitebãtur. In exterioribus quoque laborib9, & in studendo atq; scribendo conuerterunt mentem suam ad deum sæpissime, per orationes breues, ac feruidas, per meditationes salubres, per ardentes affectiones ad creatorem, & per frequentes aspirationes ad regnum cœleste. Porro necessaria corpori parce sumpserunt, quantum vtile aut necessarium extitit animæ ad spiritalem profectum, & ad verã salutem. Sic ergo & tu, o religiosa persona, quæ cupis spiritaliter locupletari, & deo quotidie magis syncere ac feruenter vniri, assuesce indesinenter cum deo te occupare. Ab oratiõe & laudibus eius nõ cesses, siue ad mensam eas, siue ad lectum, vel ad quodcunq; aliud opus, deum inuoca & collauda, & salutaribus meditationibus semper insiste. Nunquam tædium tibi insit in dei obsequio occupari, delectare in domino, & dabit tibi quod postulas. In oñi opere bono gaude, nec vllum damnũ ita abhorreas ac deuites, sicut infructuosam temporis tibi concessi deductionem.

¶De refrenatione & rectificatione passionum.

¶Art. 11.

FRequenter contingit, quod homo cupit deo cũ tranquillitate & stabilitate cordis seruire, & adhærere: sed per aduersa aut prospera occurrẽtia impeditur, dum ex aduersis ad iram impatientiamq; mouetur, aut inordinate tristatur: vel in humanum & carnalem cadit timorem, p quæ omnia synceritas mentis, quies animæ, lumen sapientiæ, sancta deuotio affectio charitatis impediuntur, minuuntur, seu penitus amittuntur. Vel dum ex prosperis ad inanem lætitiam, elationem, aut præsumptionẽ stolide excitatur: sicq; compunctio cordis, timor dei, & timorata custodia animæ dissipantur. Interdum quoque contingit, quod

quod homo ex propria carne ta[illegible] domestico hoste tentatur, inquietatur, & ad diuersa inducitur vitia sensibilia vel obiecta, vt cibus, potus, pecunia, vestes & ornamenta: & hominum pulchritudo ac dispositio sæpe alliciunt hominem ad concupiscentias & amores & delectationes illicitas. Idcirco ad hoc q̊d hō sit in virtutibus stabilis & firmus, in spiritali profectu atq; in vera deuotione tranquillus ac constans, necesse est, vt omnes præfatas passiones & inordinatos motus sensualitatis refrenet & vincat, ita vt per mãsuetudinem vincat iram, per patientiam superet prauam tristitiã, per humilitatem extirpet omnem superbiam, per castitatem & sobrietatem suppeditet & contemnat oēm gustus & tactus voluptatem, per liberalitatem & spiritus paupertatem extinguat in se vniuersam cupiditatem, sicq; ad nullam rem temporalem & corporalem afficiatur, nisi inq̃tum vtilis aut necessaria est ad proficiendum in spiritalibus bonis, & ad æternam salutem. Nec delectetur in aliqua creatura, nisi in deo & scd̃m deū, hoc est ỳtuose in q̃tū creatura sibi deseruit & necessaria vtili sue cōsistit ad cōplacendū deo & ad crescēdū in eius amore ac gratia, atque ad obtinendum felicitatem perpetuam. Necesse est ergo vt in prætactis virtutibus quotidie exerceat homo seipsum, & vincat proprium animum, ac contra omnia tentamenta diaboli stet armatus. In aduersis non perturbetur, nec cō tristetur, sed in eis tanquam in cunctis diuitijs glorietur. In prosperis quoque non extollatur, sed in eis occulta dei iuditia vehementius expauescat, & omnem carnalem amorem ac concupiscentiam sensualem p̄ spiritalem dilectionem & corporis sui discretam castigationem reprimat, despiciat, & conculcet: & non nisi in deo suo consolari, & delectari, desideret. Deniq; totū hoc poterit homo deo auxiliante implere, si discat & assuescat seipsum pure in deo amare. Qui em̄ amat se vere in deo, omnia illa appetit amat atq; amplectit, quæ sibi vtilia & proficua extãt ad hoc, q̃d deo placeat,

Iaco. I

vniatur ac perfru[illegible]. Hoc est aduersa & aspera corpori, disciplinas, vigilias, correptiones & correctiones in vita præsenti, humiliari, subesse & despici: prospera autem & delectabilia carni, prælationem & ꝓpriam laudem, omnem gulositatem, & somnum superfluum, vilemq; consolationem detestatur & vitare conatur. Ad istam passionum refrenationem & virtutum constantiam indesinenter laborare debemus, dei auxilium iugiter inuocando, sanctorum patrum doctrinam & exempla diligenter pensando & contra nosipsos viriliter præliando: quoniã regnum cœlorum vim patitur & violenti rapiunt illud. Non etenim potest homo regnum cœleste mereri & ad virtutum stabilitatem pertingere, nisi seipsum fortiter superãdo, nec coronatur nisi qui legitime certauerit. Insuper religiosa persona abijcere debet ac spernere vanas suspitiões, fœmineas leuitates, temeraria quoq; iudicia ac pueriles timores & dominum deum filialiter formidare, ac eius rigorẽ iudicij semp metuere, ꝓpriosq; defect⁹ & culpas q̃tidie ponderare, discutere, & punire. seq; in omnibus exemplarem præbere.

Mat. 11

2. Timo. 2

Titum. 2

¶ De interiori mẽtis decore innouatiõe & reformatione. ¶ Art. 12.

IN hoc consistit animæ rationalis nobilitas, per quã cunctis terrenis & irrationabilibus creaturis excellentior nobiliorq; cõsistit, q̃d habet sibi impressam summæ & adorãdæ superbenedictæq; trinitatis imaginẽ. Per hoc q̃d habet in se intellectiuã potentiã, liberã volũtatem, & intellectualẽ memoriã: ita q̃d capax est dei, cognoscendo diligendoq; eũ, & ipsum intra se memoriter retinẽdo. Nẽpe cũ deus gloriosus & sanctus sit prima & summa veritas, infinitaq; bonitas, & beatitudo pfecta, p intellectũ coniungimur deo tanq̃ primæ & summæ veritati, & capaces sumus beatificæ cognitionis eius in regno cœloꝝ. Per voluntatem aũt vnimur deo, tã q̃ æternali & interminabili bonitati. Per memoriam vero ei tenaciter adhæremus, & in nobis ipsum

amplecti

amplectimur, tanquam fontem & causam totius beatitudinis nostræ: Itaq; sicut deus suam veritatem æternam & propriam bonitatem æternaliter inuariabiliter ardentissime ac delitiosissime contemplatur & diligit, atq; in sua perfecta & infinita beatitudine plenissime contentatur, immobiliterq; quiescit: Sic homo spiritalis ac desuper illustratus per intellectũ suũ cõtemplatur altissimã veritatem, & diligit deum p voluntatẽ tanq̃ summum & incomparabile bonum, atq; p memoriã firmiter stabilitur in actibus istis. Reformatio ergo & innouatio rationis & intellectus, est ipsum intellectũ & rationẽ ab omni perfidia & errore, ab ignorantia falsitate & distractione purgare, & intellectum seu ratiõem per fidem sanctam & dona spiritus sancti (quæ sunt sapientia scientia consiliũ) decorare, rationesq; fidei synceriter contemplari. Vera ã falsis, virtutes ã vitijs discernere, documenta scripturæ, opera & miracula Christi cognoscere. Deinde deum per donũ sapientiæ frequẽter ac lympide contemplari, & in diuitias gloriæ eius rapi. Porro reformatio voluntatis, est ipsam voluntatẽ ab omni malitia emundare, tẽtationibus & peccatis inuicte resistere, vniuersas animæ affectiones congregare & rectificare in deo, & illud vnum altissimũ q̃d solum necessariũ est, toto corde diligere, ac per ardentissimæ charitatis affectũ fieri vnum cũ deo. Reformatio memoriæ est, prauis obliuiõibus euagatiõibusq; exclusis, in meditatiõibus bonis salubriter stabilire, beneficia & ꝓmissa dei assidue recordari, ac iugiter esse memorẽ dei & oĩm q̃ pertinẽt ad salutẽ. Cũq; ꝑfatæ tres suꝑiores aĩæ ꝟes sic fuerint reformatę ac decoratę, tũc trinitas suꝑgloriosissima libẽter cõmorat & qesc̃it in aĩa, tã q̃ in throno & thalamo suo & tã q̃ in spõsa, amica, & filia. Imo p reformationẽ istã internã fit homo ꝟtuosus & sc̃tũs q̃si secretarius & cõsiliarius dei, & copiosissime illuminat, inflãmat, exhilarat, spiritalit̃q; ditat ab ipso, & ꝑpẽ exaudit ab eo. Cũq; ad istã ꝑfectionẽ ꝑuenerit hõ, hz paradisũ in t̃ra

Isaiæ.11.

Lucæ.10

Phil.3 psal.33 1.Pet.1.2 Psal.30 Treno.3

&vnum pedē hab[illegible] in cœlo, imo tota conuersatio sua in cœlis est, &cum ingenti lætitia seruit deo vacans, gustans, &videns quam dulcis sit dominus, & quàm infinita magnitudo dulcedinis ei⁹. Tunc salubriter &feruēter facillime & frequēter leuat se homo huiusmodi sup se, & in suo quiescit suauiter creatore, atq; in deo super omnia incomparabiliter prædilecto obdormit feliciter.

¶De perfecta suiipsius abnegatione.

¶Art. 11.

Lucæ.9

CHristus in Euangelio loquitur: Qui vult venire pòst me, abneget semeipsum, & tollat crucē suā quotidie &sequatur me. Nemo potest deo placere, nisi aliquo modo abneget semetipsum, id est, propriam voluntatem diuinæ voluntati subiiciat, ob seruando ad minus præcepta dei atque ecclesiæ. Sic q̄sque nemo potest deo placere, nisi aliquo modo tollat crucem suam quotidie, id est, proprium corpus castiget, desideria praua frāgat, & per artam incedat viam salutis. Nam vt ait Apostol⁹: Qui Christi sunt (hoc est qui per charitatem &gratiam spectant ad Christum) carnem suam crucifixerunt cum vitiis &concupiscentiis. Cōformiter nemo potest deo placere, nisi aliquo modo relinquat mundum, id est, mundanas despiciat vanitates, nec carnaliter afficiatur ad homines q sunt in mundo, nec immoderāter amet aut cupiat res terrenas seu opes mundanas. Ait namq; Iohannes Apostolus: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mūdo sunt. Quoniam si quis diligit mundum, nō est charitas dei patris in eo. Hinc quoq; Apostolus Iacob⁹ loquitur: An nescitis, quia amicitia huius mūdi inimica est deo? Quicunq; ergo voluerit esse amicus huius mūdi, inimicus dei constituetur. Est igitur alia abnegatio suiipsius altior atq; perfectior, quàm prædicta, qua religiosa persona abnegat se per professiōem solēnem, renunciando propriæ voluntati per obedientiæ votū q̄ obligat se ad seruiendū deo sub obediētia spiritalis patris

Matth.7. Gala.5.

1.Iohan.2

Iaco.4

patris, aut matris, ita quod seipsum offert deo totaliter, exhibens ei arborem cum fructibus, & indissolubiliter vinciens se cum deo: quod est acceptissimum creatori. Et sicut omnes sancti patres atque doctores concorditer protestantur, multo plus meritorium est apud deum, eadem opera bona facere ex voto, quàm sine voto. Tertio abnegatio suipsius est perfectissima, qua homo per ardentissimum dei amorem sic transformatur in deum, & tam eminēter ei vnitur ac cōformatur quod tota conuersatio sua est diuina potius q̄ humana, quia nil agit secundum propriam voluntatem, neque secundum propriæ naturæ inclinatiōem nec per respectum ad proprium commodū & honorē sed omne q̄d agit intus & extra, agit ex charitate diuina, iuxta voluntatem dei & iuxta legem consiliumq; ipsius, ad dei honorem & gloriam. De taliter se abnegantibus ait Apostolus: Mortui estis & vita vestra abscondita est cū Christo in deo. Tales quippe sunt mortui propriæ voluntati, sed viuunt deo per ardentissimam charitatem, & gratiam excellentem. Qui talis est cum Apostolo Paulo dicere potest: Viuo aūt iam non ego, viuit vero in me Christus. Ad hanc perfectionem hortatur nos idem Apostolus: Omne (inquiens) quodcunq; facitis in vbo aut opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes deo patri per ipsum. Et rursus: Siue manducatis siue bibitis, siue aliud aliquid facitis, omnia in gloriam dei facite. Tali homini graue est & molestum quidquid displicet deo, vtpote omnis vanitas & voluptas huius mundi, id est, hominum mundanorum atq; carnalium hominū & cum diuino Apostolo dicere potest: Mihi absit gloriari nisi in cruce domini mei Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mūdo. Si ad istam abnegationē & perfectionem peruenissemus, nequaq̄ delectaret nos cum hominibus inutiliter fabulari, ridere, iocari, diu dormire, ornate vestiri, delicate abūdanterq; refici, aut ab hoībus honorari ac reputari:

Colos.3.

Gala.2.

1.Cori.10.

Gala.6.

sed tota delectatio cōsolatio affectio & occupatio nostra esset in deo, in oratiōibus, psalmodijs, meditationibus sanctis, in cōtemplationibus diuinorum & æternorum, in desiderio delectatiōe & amplexu superoptimi ac superdulcissimi dei: nec in exterioribus operibus aut diuinis illis actibus cessaremus. In subiectione quoque & abiectiōe, in aduersitatibus, aspernationibus, correptionibus, & correctionibus cordialiter gauderemus, Deoque gratias ageremus. Imo qui ad abnegationem hanc suiipsius peruenit, interdum in deum tam valide rapitur, & in infinitas diuitias gloriæ supergloriosissimi dei sic eleuatur ac absorbetur, quod ab omni exteriori sensu alienat & obliuiscitur suiipsius, rerumque omniū creatarum. O quanta est negligentia nostra, quod ad diuinos & præclarissimos actus istos tam modice aspiramus, quod tam parum proficimus, quod ad veram perfectionem tam pigre ascendimus. Imo instar cancrorum potius retroimus, & quicquid deuotionis vna hora colligimus, alia hora amittimus, quicquid spiritualis profectus & gratiæ vna hora à deo haurimus, alia hora per negligentiam & ingratitudinē nostrā effundimus. Sicque post longum tempus, quo in monasterio aut congregatiōe extitimus, sumus magis indeuoti & frigidi, magis leues & intimorati, aut etiam (quod pessimum est) magis impatientes iracundi atque ad exteriora solatia proni, quàm in exordio nostræ conuersionis eramus. Erubescamus igitur coram deo, & redeamus ac cor, ad defleamus nosipsos, & resuscitemus gratiam dei in nobis. Atque de cætero indefinenter proficiamus, & iugiter custoditi perseueremus.

Isaix. 46.
2. Tim. 1

¶De plena mūdi relictiōe. ¶Art. 14.

DOminus & saluator docuit atque consuluit nobis mundū relinquere: non quod debeamus cœlum & terrā exire: sed vt propinquos & cognatos, diuitias & honores, voluptatesque mundi & carnis propter deum deseramus & fugiamus: quatinus ab omni carnali & seculari affectu purgati, tota & syncerissima

cordis

cordis affectione deo feruentu adhæreamus. Est itaq; triplex gradus relictionis mũdi, Primus &infimus est, quo corporaliter deserimus consanguineos, facultates, honores, delectationesq; seculi: & iste gradus non est, per se sufficiens ad salutem. Ideo secundus est, quo omnem inordinatam atq; culpabilem affectionẽ ad prædicta abijcimus, ita quod propinquos solo spiritali amore diligimus, & ad nullam rem corporalem afficimur, nisi inquantum nobis vtilis aut necessaria extat ad bene viuendum, & ad spiritalem profectum. Iste secundus gradus relinquendi mundũ valde est necessarius religiosis psonis, quia sine eo primus ille gradus ipsis nil prodest, sed potius obest. Valde etenim opprobriosum & turpe est religiosæ & spirituali personæ omnia illa iam dicta propter deum corporaliter reliquisse: &tamen in congregatiõe seu claustro carnales &seculares pueriles &immoderatas affectiones ad cognatos, &ad ea quæ mundi sunt, intra se retinere. Vile & fatuum est, & coram deo ridiculosum, mundum & ea quæ mundi sunt, corporaliter reliquisse: & tamen per mentis affectum, per cogitationes inanes, per incustodiam miseri cordis, mundum discurrere, & mundum intra se clausum tenere, per fœda & vana phantasmata distrahi, &eos qui in mundo prosperantur & sublimantur quodãmodo beatificare. Hinc iuxta sanctorum patrum doctrinam, spiritali personæ cupienti proficere prorsus necessarium est, omnem carnalem sensualem & inordinatam ad terrena affectiõem radicit⁹ pure & plene de proprio corde eradicare atq; abijcere: &nisi hoc fecerit, multa vitia incidet, imo q̃; doq; magis intense &inordinate afficietur ad rem vilem &paruã in claustro, q̃ ad magna & ꝑciosa afficiebatur in seculo: & tm̃ aut plus cõturbabitur &cõtristabit̃ de puaꝝ &viliũ reꝝ amissiõe, peioratiõe, aut substractiõe in cõgregatiõe deuota, q̃tũ turbabat̃ de magnis dãnis ĩ mũdo. Religiosa ergo &spiritalis ꝑsona nõ reputet magnũ, q̃d ea q̃ mũdi sunt corporalit̃ deseruit
 nisi ab

nisi ab omni mundano & inordinato affectu se intus expurget, mores reformet: & id propter quod mũdum reliquit corpore, obtineat atque possideat mẽte, videlicet puram feruentem ac stabilem vniõem cum deo reformationem internam & plenam ad suum creatorem conuersionem. Imo vt sancti patres testantur nisi relgiosa persona conetur quotidie se intus purgare, motus & impetus passionum refrenare, & corã deo solicite ambulare ac digne proficere: efficitur multo incorrigibilior, durior, & peior in claustro, quam erat in seculo: Nunquam ergo periculosa & stulta securitate dissoluatur aut torpeat religios⁹, sed quotidie timoratior ac diligentior & fructuosior fiat. Tertius grad⁹ relictionis mũdi est, etiã semetipsum & propriũ volũtatẽ ꝓpter deum oĩo relinq̃re & nihil sui relinq̃re sibi sed queadmodũ totũ q̃d est, potest, & habet, à deo omnipotẽte æterno & benedicto accepit: Sic totum q̃d est quod potest, quod habet, deo rependat offerat obliget ac persoluat, & ꝓpter deum pure & perfecte tota prõptitudine cordis obediat. Sicque totaliter eleuetur ac transferatur in deum, ac stabiliatur in ipso, & igne amoris incendatur ac comburatur in eo, atq; per hoc fiat holocaustum deo gratissimum.

Mich.6

¶Qualiter religiosa ꝑsona debeat deum incessanter ac feruide inuocare.

¶Art. 15.

Fundamentum atque principium spiritalis & fructuosæ conuersatiõis est fides ista, qua verè & humiliter credimus, quod nõ possumus aliquid meritorie cogitare, appetere, loqui, operari aut pati sine gratia dei, & supernaturali auxilio, ac motione spirit⁹ sancti: & non solum habemus à deo & eius adiutorio gratioso principium actus boni, sed etiam ꝓsecutionem & completionem omnis operis virtuosi. Etenim ex nobisipsis non habemus nisi omnem defectuositatem, peruersitatem, & culpam. Propterea dominus loquitur vnicuiq; per Osee ꝓphetã: Perditio tua ex te, in me tan-

2.Cor.3.

Osee.13

me tantummodo auxilium tuum. Hinc sancti viri de suo spiritali ꝓfectu, & de omni eminentia gratiæ eis concessæ non extolluntur, neque inaniter gloriantur sed tāto humilius affectuosius & obedientialius regratiantur altissimo, quāto plura & excellentiora gratiæ dona ac merita susceperunt ab eo. Hinc ait Apostolus Gratia dei sum id q̄d sum. Cū ergo iā multa sint tacta de cordis puritate atq; custodia, de spiritali ꝓfectu & ꝑfectiōe virtutum, debet spiritalis homo attēdere, q̊d ad ista obtinēda ꝓsequēda ac ꝑficiēda, primo ac maxime semper indigeat speciali & indefinēti gratia, directiōe & cōseruatiōe spirit⁹ sancti. Ideo vt q̄at hæc omnia impetrare à domino, digne proficere, perseueranter implere, debet dn̄m deum omni hora infatigabiliter exorare, cum omni humilitate fiducia & feruore. Nā & Saluator in Euāgelio dicit: Oportet semp orare & non deficere. Paulus quoque apost. Sine intermissione, inquit, orate. Deniq; qualiter debeamus deum inuocare, possumus pensare ex multis. Primo ex magnitudine causæ, quam habemus cum deo, & pro cuius felici expeditione dominum deprecamur: & hæc causa est æternam damnationem euadere, & gloriam obtinere perpetuam. Ecce quàm magna incomparabilis & preciosissima causa, in qua nō aurum, pecunia, aut temporale quid postulatur: sed salus æterna, & quicq̄d ad illam adipiscendā requiritur: vtpote remissio oīm peccatorum, gratia & virtutes, perseuerantia quoque finalis in actibus virtuosis: Consideremus, quàm diligenter obedienter humiliter diuturne aliqui seruiūt ac supplicant principibus aut prælatis pro beneficio ecclesiastico, pro temporali mercede, ꝓ corporalibus rebus. Cur ergo tā irreuerenter & frigide deprecamur altissimum pro præmio illo incomporabili & æterno pro charismatibus spiritus sancti, pro remissione omnis peccati? Secundo possumus ponderare, qualiter debeamus deum orare ex magnitudine periculorū̊m, q̄ imminent nobis. Grauiter nanq; & multipliciter deū

1.Cor.15.

Luc.18

1.Thess.5

offendimus, per q̃d æternã damnationẽ varijs modis meruimus, atq; in medio laqueorum incedimus, & inuisibilib⁹ acrocissimis & calidissimis hostibus sumus vndiq; circũuallati. Proni quoq; sumus ex nobisipsis ad diuersa enormiaq; peccata. Idcirco ex omni parte imminẽt nobis ineffabiliter plura & maxima prorsus pericula. Hinc cum omni timore, reuerẽtia, affectu, fletu & perseuerantia debemus inuocare omnipotentem quatenus nobis indesinẽter misericordissime & paternaliter subuenire, & à cũctis piculis nos saluare dignetur: Ecce latrões & fures & homicidę depræhensi, si aliquam habeant spem euadendi suppliciũ mortis temporalis quã meruerunt, quã vehemẽter se corã iudice suo humiliant, qualiter se psternunt, inclinant, quàm affectuose lacrymoseq; rogant, quantã etiam emẽdationẽ promittũt. Nos ergo q toties toties animas proprias, imo & animas proximorum nostrorum peccando & scãdalizando occidimus, honorẽ quoq; & gloriã quæ soli deo debentur, vsurpauimus nobis & per innumerabilia peccata innumerabiliter æterna tormẽta meruimus: Nõne cũ omni timore, humiliatiõe, cõtritiõe, reuerentia, affectione, & lachrymis deũ indesinẽter inuocare debemus, vt nobis indulgere, & ab infernalib⁹ pœnis eruere nos dignetur? Tertio ppendere possum⁹ q̃liter creatorẽ nostrũ orare debeamus, ex infinita excellẽtia, maiestate, dignitate, iustitia, liberalitate, & misericordia eius. Videmus, cũ q̃ta reuerẽtia & humilitate attentione atq; modestia serui loquãtur regibus & principib⁹ suis terrenis. Nõne igitur magis meremur repulsam & iram ac condẽnationẽ, q̃ indulgẽtiam & gratiam & salutem, pro eo q̃d tam inattente, irreuerẽter, intimorate, impure deum altissimũ exorare psumimus? Itaq; cũ deus sit rex excellentiæ maiestatis & dignitatis penitus infinitæ, debemus eum cũ omni attentione & reuerentia, nobis possibili, inuocare adorare laudare & colere. Et qm̃ ipse est iudex infinitæ iustitiæ cui⁹ iudicia sunt incõpræhẽsibilia metuẽdissima & secre-

1. Timo. 1

Rom. 11

&secreta,tanq̃ abyssus multa, debemus eum orare cũ ingenti metu atq; tremore. Præsertim cũ ignoremus, qualiter stemus cum ipso,& an simus amore digni an odio. Cumq; sit libertatis & misericordiæ prorsus immensæ, debemus eum inuocare laudare & colere, cũ spe magna & cõfidentia copiosa. Præsertim, quoniam ipse qui nec fallere potest neq; mentiri, promisit piam exauditionem & gratiam inuocantibus se sicut oportet. Quarto possumus idem perpendere ex considera tione propriæ vilitatis & indigentiæ atq; miseriæ, ex quarum intuitione debemus deum orare: sicut mendici pauperrimi vulneribus pleni & penitus nudi, solent rogare eleemosynam à pertranseuntibus coram se. Sic ergo cum profundissima humilitate, ardentissima affectione, præcordialissima contritione, summa attentione, vehementi pauore, & pia spe, Deum gloriosum & infinitum indesinenter oremus. Nec cesset cor nostrum clamare ad ipsum, vt nos sine cessatione pie & paterne aspiciat, purget, conseruet, accendat, cõfirmet, pficiat & illustret, ac sibi placentes efficiat. Præterea si queratur qualiter possit mens humana instabilis, defectuosa, inuisibilem deum cum tam intima & stabili attentione orare? Respondẽdum, quod deo auxiliante hoc potest, si adhibuerit & fecerit omnem diligentiam suam, implendo quod ait Scriptura: Ante orationem præpara animam tuam. Quid est ante orationem præparare animam ad orandũ, nisi ante orationis inceptionem, cogitationes impertinentes inanes ac prauas abijcere, meditationes quoque salubres menti inserere, & qualiter sit orandum præcogitare? Sicq; corde recollecto ad orandum accedere, tanquã ad loquendũ cum principe summo, q vniuersis & singulis extat pstantior infinite? Specialiter ꝟo tam ante orationis inchoationẽ quã in ipsa oratione debet homo ppendere omnipotẽtis dei maiestatem immẽsam & propriã vilitatẽ, ac magnitudinẽ causæ pro q̃ orat.

Psal.35 Eccls.9 Hebræ.4 Psal.90 Eccl.18

¶De profectu in cognitione & contemplatiõe dei.

¶Art. 16.

Iohan.17. FIlius dei in Euangelio loquitur deo patri: Hęc est vita ęterna, vt cognoscāt te solum verum deum & quem misisti Iesum Christum. Itaque vita ęterna, id est, vera & perpetua nostra felicitas, est clara & immediata cognitio dei, qui in essentia est simplex & vnus, & in personis trinus. Cum itaq; felicitas nostra futura, quam speramus in regno cœlesti suscipere, sit deitatem in seipsa ardentissime ac fruitiue conspicere certum est, quod quanto in hac vita magis proficim⁹ in amorosa & pura dei cognitione, tanto plus appropinquamus ad beatitudinem illam futuram. Ideo ait Colos.1 Apostolus: Postulamus, vt impleamini agnitione voluntatis dei in omni sapientia & intellectu spirituali, vt ambuletis digne deo per oīa, crescentes in sciā dei. Veruntamē his auditis, forsitā cōtristabitur religiosa pſona humilis & deuota, sed simplex & idiota, & forsitan rudis, aut mediocris ingenij: eo quod non sit multum erudita, nec capax altæ & magnæ scientiæ neque materiarum subtilium: Vtpote qualiter pater ætern⁹ seipsum intelligendo producat & gignat intra se verbum æternum, q̄d est vnigenitus filius eius, & qualiter pater æternus ac vnigenitus filius eius se inuicem diligendo producant, & intra se emanent ac spirent spiritum sanctum: Qualiter etiam deus sit esse purissimum simplicissimū, prorsus immateriale infinite perfectū & penitus incircumscriptum. Et quoniam ista & consimilia alta ac difficilia capere nequit, putabit se valde elongatam à felicitate futura, nec posse ad eam multū appropinquare: sicq; valde imperfectam consistere, & quod dolorosius est, non posse multum proficere. Sed noli o deuota persona, quæ talis es, noli tristari. Quoniam vnusquisque tanto est melior, ac felicitati futuræ propinquior, imo & tanto maiori beatitudine dignus ac præmiandus, quanto plus diligit deum vero & spiritali amore. Deniq; ea quæ dicta sunt de ꝓfectu cognitionis dei, non sunt intelligēda de q̄cumq; dei cognitione; sed de ea q̄ est actus sapiētiæ salutaris,

quæ est

quæ eſt vnum & primũ donum inter ſeptem dona ſpiritus ſancti. Hanc autem ſapientiam nemo habet, q eſt in peccato mortali: ſed quicunq; eſt in charitate dei & proximi, habet ſapientiam iſtam: & quanto plus creſcit & proficit homo in charitate ſyncera infuſa & ſpiritali, quæ nõ eſt naturalis amor dei, ſed theologica virtus infuſa & data à ſpiritu ſancto: tãto plus creſcit & proficit in hac ſapientia ſalutari, & in cognitione dei formata, & amoroſa. Cuius magiſter eſt deus, ſicut ait Johannes Apoſtolus: Vnctio (id eſt, gratioſa illuminatio) eius docet vos de omnibus. Et Paulus Apoſtolus: Dabit, inquit, tibi dominus deus de omnibus intellectum. Preterea per ſapiẽtiam iſtam ſalutarem cognoſcimus deum cognitione formata, id eſt, per dilectionẽ & bona opera meritorie decorata, & per interiorem ac ſpiritalem mentis ſaporem, Ita quod deo tanquam ſummo & incomparabili bono finaliter adhæremus & delectamur in ipſo, totam ſpem ac ſalutem noſtram conſtituentes in eo. Qui igitur cupit illuminari à deo, & in cognitione ſeu contemplatione ipſius proficere, conetur ab omni peccato ſe præſeruare, & in puritate cordis proficere, atq; in diuinæ charitatis profectu ac incendio ſtabiliri: quoniam ſapientia iſta in maliuolam non ingreditur animam, nec habitat in corpore ſubdito peccatis: ſed in animas ſanctas ſe trãsfert, & in mentibus puris moratur. Amplius, quamuis ſapiẽtia iſta infundatur menti ac detur à ſpiritu ſancto, creſcit tamen & perficitur per exercitia virtuoſa, vt tactum eſt & ex ſacra ſcriptura, ex informatione ſapientiorum, ex conſideratiõe creaturarum proficit homo in dei cognitione. Ideo homo debet à deo ſic quærere illuminationem & inſtructionem, vt tamen informationem hominum non excludat, nec omittat facere diligentiam ſuam ad proficiendum in ſalubri notitia dei. Ad proficiendum ergo in cognitione dei aduertẽdum, q̃d Chriſtus in Euãgelio ait: Spiritus eſt deus, & eos q adorãt eũ, in ſpiritu & veritate adorare oportet.

1. Iohan. 2 · 2. Tim. 2 · Sap. 1. · Iohan. 4

Ex quib⁹

Ex quibus verbis duo eliciuntur. Primum est, q̃d deus in propria sua natura est substantia penit⁹ simplex, incorporalis, immaterialis, insensibilis, pura. Secũdum est, quod hi qui volunt deum orare, debent mẽtem suam eleuare super omnia sensibilia atq; corporea, ne cogitent deum esse corporalem, aut aliquo sensu perceptibilem, aut liniamenta seu figuram corporalem in sua deitate habentem: quamuis vnigenitus dei filius habeat ista in natura sua humana, quam pro nobis assumpsit. Sicque in spiritu & veritate deum orare debent, credendo seu intelligendo quod deus sit ens purissimum, simplicissimum, incircumscriptum, vbique præsens omnia penetrans, vniuersa inspiciens. Deinde aduertendum, quod rursus in Euãgelio ait Saluator: Nemo bonus nisi deus, ex quo patet quod deus sit in seipso tam pura perfecta infinitaq; bonitas, q̃d eius cõmparatione nulla creatura vocetur bona: ideo dei natura est bonitas pura & infinita, in qua nil esse nil cogitari potest, nisi bonũ sanctum & virtuosum. Deinceps pensandũ est q̃d deus dixit ad Mosen: Ego sum q sum. Hęc dices filijs Israel: Qui est misit me ad vos. Ex quibus ỹbis docemur, q̃d deus est esse q̃ddã altissimũ tam nobilissimum perfectissimũ & immẽsum, q̃d esse omniũ creaturarum comparatiõe esse diuini & increati est potius non esse & nihil, quã esse aut aliquid, tam infinite & incõporabiliter esse dei est pfectius omni esse creato Hinc esse dei comprehendit & simplicissime cõtinet atq; cum infinita eminentia includit in se omnẽ nobilitatẽ, beatitudinẽ, potestatẽ, opulentiã, pulchritudinẽ, suauitatẽ, omnẽ bonitatẽ, amabilitatẽ, sapientiam, iustitiam, sanctitatem & pietatẽ. Et quicquid bonitatis amabilitatis perfectionis decoris dulcedinis & delectabilitatis extat in creaturis, hoc in infinitum perfectius & excellentius est in creatore omnipotẽte superbeatissimo & æterno. Ideo deus benedictus sublimis & adorandus est præ vniuersis & singulis creaturis prorsus incõparabiliter & immẽse, optim⁹, amabilissimus,

Iere. 23. Hebræo. 4 Matth. 19. Mar. 10 Luc. 18. Exodi. 3

pulcherrimus,suauissimus,sapientissimus,ditissimus honorabilissimus,sanctissimus,iustissimus, pijssimus metuendissimus,omnipotẽs, superfelicissimus,& sine omni mensura perfectus. Hoc itaq; modo deum cognoscere & contemplari debemus,cum omni admiratione & veneratione maiestatis & excellentię suę,cum nostræ paruitatis profundissima humiliatiõe,& cum feruenti summæ deitatis amore.

¶De moderata & humili cõtẽplatiõe summę ac beatissimæ trinitatis. ¶Art. 17.

PErsonis simplicibus non multũ eruditis non cõuenit nec expedit,vt multũ se occupent circa cognitionẽ & contẽplationẽ adorãdæ benedictęq; trinitatis.Sed sufficit eis simpliciter credere,q pater & filius & spiritus sctũs sunt tres personæ æternę & increatæ,cõsubstãtiales,coæq̃les & adorandæ,ita q̃d pater à nullo est,filius aũt à solo patre est genitus,spiritus sanctus ab vtroq; pcedens:& hæ tres psonę altissimę sunt vnus ꝟus deus,vnus vniuersoꝝ creator, gubernator, & iudex.Deinde deuotus & simplex hõ potest humiliter atq; suauiter contẽplari aut cogitare,q̃d pater æternus vnigenitũ filiũ suũ æternaliter intuetur cũ infinita iucũditate,& q̃d diligit eundẽ filiũ suũ ardentissimo infinito iucundissimoq; amore. Filius quoq; patrẽ suum æternũ æternaliter amat & inspicit tã amorose & gaudiose,sicut pater inspicit ac diligit ipsum. Similiter pater & filius intuentur ac diligunt spiritũ sanctũ tã ardentissime & delitiosissime,sicut seinuicẽ & seipsos.Sic quoq; qualibet diuina increata & æterna persona infinitam & suauissimam complacentiam habet in qualibet altera persona diuina,& cũ infinita purissima voluptate fruuntur se inuicem.Hæc considerando debemus tantæ felicitati & glorię superdignissimæ trinitatis toto corde ex charitate ipsius cõgratulari:Insup cõsiderare debemus,q̃ ineffabiliter magna sit charitas & misericordia huius altissimæ trinitatis sup nos qm̃ ppter nostram salutem vnigenitus filius patris æterni dignat⁹

deuotionem, ac proprium angelum sanctum. Considerare breuitatem, fallaciam & incertitudinem vitæ præsentis, amaritudinem mortis, rigorem diuini iudicij, supplicia purgatorij & inferni. Gaudia quoque regni cœlestis, & quanta sit beatitudo & gloria horum, q̃ tentationes ac vitia superant, quanta item eorum calamitas qui superantur ab illis. Item vitare ociositatẽ & semper agere aliquid boni, sanctorum vitam & sacras historias legere, dei præsentiam assidue considerare. Et specialissime ad omnia tentamẽta ac vitia superanda, ad fugiendum omnia delectabilia carni, ad salubrem compunctionem, & ad proficiendum feruẽter in omni virtute, specialissime valet, quotidie, imo omni die sæpissime, recordari, ac diligentissime considerare, cum cordiali compassione, quasi cum sensibili quodam dolore, quæ quanta & qualia vnigenitus patris æterni pro nostra redemptiõe sustinuit: & omnia illa ita distincte & attente inspicere mente, ac si iam in præsentia nostra talia pateretur. Sicq; pensare, quales habebat dolores, dum claui illi grossi penetrabant sacratissimas manus eius & pedes. Dum tota caro eius tenerrima lacerabatur flagellis, & nobilissimum caput ipsius spinis pforabatur, totumq; corpus in cruce violentissime distendebatur.

¶De modo & ordine ascendendi ac pertingẽdi ad sanctam perfectionem.

¶Art. 19.

Sicut in corporali ædificio primo proponitur fundamentum, deinde parietes, & postea tectum quibus completis dom⁹ intus ornatur & fiunt in ea interstitia multa atq; solaria, vtensilia quoq;, candelabrum, mensa, lectus, & consimilia: Ita in spirituali ædificio animæ in fabrica & connexione ac profectu virtutum, primo ponẽdum est fundamentum, cũ & Apostolus dicat: Non prius quod spiritale est, sed q̃d animale, deinde q̃d spiritale est. Quemadmodum etiã fundamentum fit tãto fortius atq; profundius, quãto

1.Cor.15.

maius ac alti⁹ habitaculum, castrum, aut fortalitium super ipsum est construendũ: Ita necesse est, vt quo spiritalis homo intendit ad maiorem perfectionem ascẽdere, eo in fortiori ac profundiori virtutũ fundamento figat & fundet suam conuersationem & suum profectum, sicq; in proficiendo ordinate procedat. Praeterea quamuis fundamentum istud possit dici fides, sine qua nihil est meritorium, & quae est oculus cordis ostẽdens homini quo debeat suam dirigere intentionem, & quis sit suus vltimus finis ac ṽa felicitas: cõmuniter tamen fertur, ꝙ fundamẽtum istud existat humilitas, quae est securissima virtus collocans hominem in statione salubri ac firma, & protegens eum à cunctis insidijs aduersariorum suae salutis. Itaq; religiosa persona primo studeat habere in se profundam & stabilem humilitatem, & in ea seipsam exerceat & concrescat q̃tidie. Aspiciat indesinenter vniuersas suas culpas, defectuositates, fragilitates & pronitates ad vitia, q̃tidianas omissiones, & cõmissiones illicitas: & quã vehemẽter indigeat misericordia, conseruatione, auxilo, protectione & gratia dei: quantum etiam à vita sanctorum deficiat, & quod à seipsa non habeat nisi deficere & peccare, nec aliqd habeat boni nisi à deo: cui tenetur tanto humilius ac gratius esse subiecta ac seruiens, q̃to maiora ac plura ab ipso bona suscepit. Consideret quoq; sordes miserias innumerabilesq; defectus proprij corporis, & q̃tum superbia displiceat deo, & quãtum humilitas cõplaceat ei. Quàm humilime vnigenitus filius dei rex & dominus vniuersoꝶ in hoc mundo sit conuersatus, qui & iussit: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde Super hoc saluberrimum fundamentum humilitatis ponendi sunt parietes, puta ṽtutes morales, per q̃s refrenantur ac moderãtur animae passiones: hoc est mãsuetudo, patientia, sobrietas, castitas, liberalitas, fortitudo: quibus sup ponẽdae sunt intellectuales virtutes, vt prudentia, sapientia, & caeterae, quae sunt in superioribus viribus animae, sicut iustitia, & septem dona spirit⁹ sancti, & maxime charitas

Rom. 14

Matth. 8

Mat. 11

dei, quæ est cacumem & apex seu turris ædificij huius virtutum. Porro intersitia atq; solaria domus huius sunt tres status seruientium deo, videlicet, status incipientium, qui est quasi tabulatum vel pauimentum: status proficientium, qui est primum solarium in qd' a pauimento primo ascenditur: & stat⁹ perfectorum, qui est supremum solarium, ad quod a statu proficiẽtium peruenitur. Porro ad statum incipientium pertinet, diligenter ab omni peccato recedere, tãtasiõibus vitijsq; reluctari, circa passionum refrenatiõem quotidie occupari. In cibo, potu, vestitu, somno, & locutione moderantiam obseruare. In exterioribus gestibus in incessu, exteriorumque sensuum vsu, se morigerate habere. In obseruantijs quoq; cerimonialibus & religiosis seruare modestiam. Hęc omnia oportet in primis tenere, & ab his spiritalẽ ascensum incipere. Sicq; paulatim & ordinate ad diuini amoris perfectionem, & ad diuinorum cõtẽplatiõem ascendere: ita vt a statu incipientium primo ad statum proficientium ptingatur, quod totum ad purgatiuam pertinet viam. Amplius, ad statum proficientium spectat, circa ṽtutum incrementa diligenter esse intentũ, & in bonis inchoatis fortiter perseuerare, atq; proficere in eisdem: sicq; mente purgata a vitijs, & passionibus reformatis, illuminari a spiritu sancto: & non solum bona, sed etiam meliora & viciniora saluti eligere & implere, inter bona & mala prudenter discernere, & cũ discretione agere vniuersa: sicq; in orationibus, meditatiõibus, & laudibus dei ac cæteris exercitijs virtuosis se quotidie magis deuote habere. Istud totũ ad illuminatiuã pertinet viam, sicq; ad perfectorũ pertingitur statum, ad quem spectat deo glorioso feruentissime adhærere, in ipso q escere, & eum stabiliter contemplari, vacare, videre & sapere, q̃ dulcis est dñs, ipsoq; frui quãtum in hac fieri valet vita, & rapi, atq; demergi in illud immẽsum incircũscriptibilis lympidissimę ac supdulcissimę deitatis oceanũ. Verę sicut S. testatur Grego. Animę hoc mõ

Hebræ.6

Psal.33

1.Pet.2.

 cõtem-

contemplanti creatorem angusta est omnis creatura & qui ita suo creatori vnitur, omnia ista carnalia mũdana & transitoria arbitratur ac spernit vt stercora:. Nihilq; ei tædiosius est, quã circa exteriora & temporalia occupari, quoniam tota sua intentio affectio & delectatio est in deo. Totum istud ad vnitiuam pertinet viam. Religiosa ergo & omnis spiritalis persona studeat modo iam tacto proficere, vt totum eius obsequium sit rationale, ordinatum, discretum, & fructuosum: & per sanctum ac filialem timorem dei custodiat incessanter oẽs spiritales diuitias suas, sibi à deo concessas. Sapiens quippe in omnibus metuit: Et qui sine timore dei est, nõ potest iustificari. Nam q̃ diu sumus in hac fragili carne & in via huius exilij hostibus plena, spoliari possumus, decipi, euacuari, ac cadere, sicut & sanctus Augustinus fatetur: Vidi (inquiens) cedros libani corruisse, de quorum casu nõ magis suspicabar quã Hieronymi atq; Ambrosij. Postremo quędam personę in exordio suæ conuersionis tam gratiose, copiose, ac dulciter preueniuntur, implentur, illuminantur & adiuuantur à spiritu sancto, quod non diu nec multum indigent se occupare in actibus & exercitijs status incipientium, viæque purgatiuæ: sed statim cum magna promptitudine, cum dulci deuotione, cum charitatis feruore deo adhærent, vacant, & obsequuntur. Verum hoc paucis donatũ est. Tales quoq; grandi egent cautela, ne periculosa securitate per temporis processum fallantur. Omnes igitur vsq; in finem vitæ presentis oremus dñm incessanter, ne vnquã nos deserat, sed semper dirigat & conseruet: & cum Propheta dicamus Deduc me domine in via tua, & ingrediar in veritate tua. Lætetur cor meum vt timeat nomen tuum.

Phil. 3 · Rom. 12. · Eccle. 18 · Eccle. 1 · August. · Psal. 85

¶De interioribus ornamẽtis ac vtensilibus domus virtutũ in aĩa spiritali. ¶Art. 20.

Dictum est iam articulo pręcedenti, qualiter in anima construenda sit fabrica spiritualis, ædificiumq; virtutum: sed sicut domus corporalis

quantũ

quantumcunq; pulchra & fortis ac magna non suffi-
ciat habitanti in ea, nisi & necessaria vtensilia habeat:
Ita domus interior vtensilibus indiget. Porro vtẽsilia
domus, sunt, mensa, vasa, lectus, sedilia, & alia quædã.
Itaq; in anima debet esse mensa, per quã potest intelli
gi sacra scriptura, in qua sunt quatuor fercula, vtpote
quadruplex sensus scripturę, id est, sensus literalis, tro
pologicus, allegoricus, & anagogicus. Sacra ergo scrip
tura cum hac sua quadripartita expositione delicate
atque salubriter reficit animam, de qua refectione ait
deus per Ieremiam: Dabo vobis pastores iuxta cor me
um, & pascent vos scientia & doctrina. Potest quoque
per mensam istam intelligi fides, sup quã ponitur no-
bis eucharistæ cibus, imo & cætera sacramenta gratię
contentiua, quæ sunt quasi medicinalia vasa, per quæ
vulnera animæ, id est, peccata sanantur, & mens ipsa
salubriter alitur. Iterum mensa hæc dici potest pœni-
tentiæ sacramentum, in qua pane lachrymarum refi-
cimur, & aqua compunctionis potamur. Operibus q;
satisfactionis tanquam salubri cibo nutrimur, sine cu
ius panis edulio aridi reddimur. Propter quod dixit
Psalmista: Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meũ,
quia oblitus sum comedere panem meum. Deniq; va-
sa animæ sunt desideria virtuosa, per quę & in quibus
recipit desuper cõcupita gratiarum charismata. Vasa
etiam animæ sunt potentiæ eius, quæ sunt gratiarum
ac virtutum subiecta. Iterum vasa hæc sunt ecclesiasti-
ca sacramenta, quæ continent & conferunt sacramen
talem gratiam, quã designant. Sedilia vero in anima
sunt ordinata & discreta iudicia, quibus homo spirita
lis examinat ac iudicat semetipsum, & sibi commissos
Per quod in ipso residet deus. Vnde ait propheta: Iudi
cium & iustitia præparatio sedis tuæ. At vero lectus a-
nimæ in quo deus quiescit in ea & cum ipsa, est pax &
tranquillitas cordis, de qua erit sermo sequenti arti-
culo. Ornamenta vero animæ sunt bonę & mundę co
gitationes, virtuosæ affectiones, ædificatoria verba,

Ieremiæ.3

Psal.101

Psal.88

meritoria opera, aspirationes ad deum feruentes, syncerae & affectuosae contemplationes, dona & fructus spiritus sancti. His vtensilibus & ornamẽtis impleam° ac decoremus animas nostras: secũdum quod mulier illa magnanimis Sunamitis praeparauit haec corporaliter Heliseo prophetae, dicens ad suum maritum: Faciamus ei coenaculum paruũ, & ponamus in eo lectulum & mensam & sellam & candelabrum, vt cum venerit ad nos maneat ibi: quatenus sicut Heliseus vir sanctus quieuit interdum in domo illius matronę, sic dominus & Saluator per Heliseum figuratus, dignetur in cordibus nostris perennem facere mãsionẽ & requiẽ.

4. Reg. 4

¶ Quod praecipuum studium spiritualis personae debeat esse indesinenter habere pacem mentis.

¶ Art. 21

Luc. 24. Iohan. 20. Matth. 10. Lucae. 10

Dominus noster Iesus discipulos suos salutare consueuit, his verbis: Pax vobis, quibus etiam iussit, vt & ipsi alios taliter salutarẽt. Ideo pax appetenda est cuilibet christião, ꝑsertim religiosis ꝑsonis. Est autẽ pax triplex. Prima vocatur pax temporis Secunda pax pectoris. Tertia pax ęternitatis. Pax temporis, est pax exterior & humana, q̃ habet homo cum proximo suo, dum bene concordat cum illo in rebus honestis & actibus bonis, quã pacem debet vnusquisq; amare & conseruare cũ proximis suis, q̃tum sibi possibile est, cum dicat in Euangelio dominus: Pacem habete inter vos. Apostol° quoq;: Si fieri potest quod ex vobis est: cum omnibus hominibus pacem habete, Et rursus: Soliciti, inquit, sitis seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Itemq;: Vnanimes vno ore honorificetis deũ: Imo lis & contentio paci atq; concordię huic contrariae, sunt peccata mortalia. Ideo religiosae ꝑsonae debent ab omni contentione & lite diligentissime abstinere. Veruntamen non debet aliquis alteri consentire & concordare in malo, nec ꝓpter pacẽ seruandam cum alio debet omittere charitatem & iustam correptionem aut correctionẽ proximi delinquẽtis.

Mar. 9 Rom. 12 Ephe. 4. Roma. 15

Deniq;

Deniq; religiosa persona pacem debet habere cum superioribus suis, sicut iubet Apostolus: Propter opus illorum pacem habete cum illis. A quorum etiam incauto temerarioq; iudicio cauere oportet, & facta ipsorum quãtum possibile est, interpretari in melius: & si culpabiles videãtur, ex charitate sunt admonendi, cum reuerentia & humilitate. Insup pacem debet habere religiosus cum suis cõuentualibus, cum dicat Saluator: Beati pacifici, quoniã filij dei vocabuntur. Caueat ergo, ne aliqua praua singularitate, pertinatia, impatiẽtia, impetuositate, aut scandalo, seu verbis illicitis q̃mpiam turbet, & ad discordiam prouocet: sed alijs humiliter se conformet quãtum sine dei offensa & ppriæ salutis dispendio potest. Præterea pax pectoris est qes & trãquillitas mẽtis in deo imperturbata, dum homo conscientiam bonam habet in ipso, & dulciter sine inquietudine animi quiescit in suo creatore, tãquam totius suæ salutis causa, obiecto, & fonte. Ad hanc pacem debet religiosa persona potissime aspirare, conari, & festinare, eamq; adeptam diligentissime custodire, tãquam thesaurum vere preciosissimum: quatenus quicquid aduersitatis ab extra cõtigerit, quicquid tentationis inflixerint dæmones, quicquid persecutionis intulerint homines, quicquid infirmitatis oriatur in corpore, mens in sua pace & tranquillitate pmaneat: Imo & gratias agat deo, & eius collaudet iuditia, atq; p mãsuetudinem & patientiam præueniat & excludat omnem tristitiam malam, indignationem, impetuositatem & iram: sciens quod sine occulto & iusto dei iuditio & sine paterna prouidentia eius nil tale sibi cõtingat. Quàm diu ali⁹ sua improbitate aut prauitate potest nos perturbare & mentem nostram hac sua interna pace priuare, tã diu sumus pusilli imperfecti & pauperes nimis: q̃niam pax nostra in manu est aliorũ, qui cũ eis placuerit possunt nos spoliare cordis nostri diuitijs. Roboremus ergo ac muniamus cor nostrũ omni ꝟtute morali, ne passionũ inqͥetudinibus agitemur.

1. Thess. 5

Matth. 5

Per fidem, ſpem, & charitatem confirmemur ac ſtabi-liamur in omnipotente, ne vllo errore, diffidentia, a-uerſione deijciamur. Sequamur venerabilē illā Annā cuius vultus non fuerunt amplius in diuerſa mutati. Virtutes reddunt hominem quietum & ſtabilem. Ideo non contriſtat iuſtum quicquid ei acciderit, ſi in luce ſapientiæ & virtutum vigore manet quaſi fundamen tum æternum. Hinc vt ait ſcriptura: Homo ſanctus in ſapientia manet vt ſol, ſtultus vero mutatur vt luna. Paſſiones namq; & vitia inconſtantem & cito mutabi lem faciunt hominem. Et vere ſtultus eſt, quicunque peccat mortaliter, aut in mortali iacet peccato: quoni am creaturis magis inhæret quā creatori, & iſta carna lia vana caduca præfert ſummo infinito & ſuperdigniſ ſimo bono. De talibus etenim ſtultis locutus eſt Salo-mon: Stultorum infinitus eſt numerus.

1.Reg.1. Prou.21 Prou.10. Eccl.27 Eccls.1

¶Quod religioſa perſona omne q̄d agit, ordinare debet ad ꝓfectū, puritatē, atq; feruorē diuini amoris.

¶Art. 22.

1.Cor.13.

CHaritas inter vniuerſas virtutes tenet primatū Eſtq; præclariſſima omnium virtutum regina imperatrix, motrix, vita & forma: ita quod ſi-ne charitate nihil eſt meritorium vitæ æternæ, nil deo acceptum: & ſicut anima eſt vita corporis, ſic charitas vita eſt animę. Charitas namq; maxime vnit nos deo Ideo omnium cæterarum virtutum actus & exercitia ſunt quotidie ordinanda ad ſanctæ ac diuinæ charita tis augmentum & inflammationē: & quicquid agimus boni, quicq̄d laudabiliter loquimur aut patimur, ad hoc ordinare debemus, vt p ea creſcamus in dei amo-re. Deniq; ob hoc religioſæ perſonæ mundum, paren tes, propinquos, & omnia quæ ſunt mundi, relinquūt: quatenus ab omnibus illis abſtracti corda ſua cū ma-iori charitatis feruore, cum puriori & ſtabiliori amo-re vniant deo: ſicq; per ſanctas affectiones, & contem-plationes, ac meditationes quieſcant in ipſo. Quoniā mens humana tāto integrius atq; perfectius occupari

& affici potest in vno, q̃to minus circa diuersa & multa distrahitur, occupatur, & afficitur. Hinc quoq; religiosæ personæ faciunt votum perpetuæ castitatis, ne per carnales voluptates, & concupiscentias sensuales, impediantur & auertantur à puritate spiritualis ac diuini amoris. Ob hoc etiam paupertatem promittunt, ne per solicitudines, occupationes, & cupiditates circa temporalia ac terrena ab integritate, stabilitate, synceritate, & feruore diuini amoris retrahantur, ac dilabãtur. Ob eandem causam & obedientiam vouent, ne ꝓpria voluntate & libertate abutendo, agant & incidãt ea, quæ diuinæ charitati contrariantur: atq; vt diuinæ voluntati se conformando, & iuxta sui superioris ac ordinis imperium conuersando, celerius copiosiusq; proficiant omni die in dei amore. Et breuiter, ad diuinæ charitatis perfectionem pertingere, est finis ac ratio omnium euangelicorum, quę Christus dedit ac docuit, consiliorum. Quemadmodum enim præcepta dei iubent ea quæ necessaria sunt ad charitatem & prohibent ea quæ charitati contrariantur directe: ita euangelica Christi consilia docent & persuadent ea vitari, quę solent à charitate dei & eius profectu ac perfectione impedire atq; retrahere, quamuis nõ sint mala in se, sicut habere vxorem ac propria possidere. Ea quoque suadent arripere & amplecti, quę accõmoda sunt, & compendiosius ducunt ad profectum & plenitudinẽ charitatis diuinæ. Vt sub obedientia viuere, ꝓpria nõ habere, perpetuam castitatem seruare. Præterea charitas, virtus est à spiritu sancto infusa & data, per quam deum primo & principaliter super omnia & incomparabiliter diligimus propter puram & infinitam bonitatem ipsius, & quia prior dilexit nos, & propter vniuersa beneficia ac promissa ipsius, & maxime propter ea q̃ vnigenitus patris ęterni pro nostra salute assumpsit, fecit ac pertulit. Qui autem crediderit se esse in charitate & deum vere diligere, pẽset an inueniat in se ea quæ Apostol' de charitate affirmat: Charitas (ingens) pati

1. Iohan. 4

1. Cori. 13

patiens est, benigna est. Charitas non æmulatur, non agit perperã, non inflatur, nõ est ambitiosa, non q̃rit q̃ sua sunt, non irritatur, nõ cogitat malũ, non gaudet super iniquitate, & oĩa suffert. Amplius ad charitatẽ pertinet, voluntatẽ amãtis cõformare volũtati amati: etenim amantium se inuicẽ est eadem velle & nolle Idcirco ad hoc, quod quis diligat deum requiritur, vt præcepta dei adimpleat: & peccata q̃ odit deus, detestetur: ỽtutes quoq; ac opera sancta, q̃ diligit deus, amet Nec aliter blãdiatur quis sibi, q̃d diligat deum. Rursus amãs cupit felicitatem & honorem eius, quem diligit: idcirco qui diligit deum, congaudet infinitæ beatitudini eius, & veneratur eum pro posse, cupitq; eum ab omnibus honorari, & proximos suos pro viribus suis auertit ab inhonorationibus dei, eos quoq; verbo & opere inducit, quantum valet, ad honorationem maiestatis diuinæ. Pręterea potest quis sciscitari, qualiter possit ac debeat in charitate dei proficere? Ad quod respondendum, quod multis modis. Primo, vt dictum est, omnia q̃ agit ac patitur, propter hoc agẽdo ac patiendo, vt per ea crescat in sancta deitatis dilectione. Sic nanq; assidue cogitando de profectu & inflammatione diuini amoris in se & aspirando ad talem charitatis profectum, fouet in se charitatem & aptat se ad hoc quod spiritus sanctus veram charitatem in ipso augmentet, accendat, atq; perficiat. Nam quanto plus homo disponit & aptat se ad aliquam dei gratiã ac virtutem, tanto plus perficitur in eis à deo. Secundo proficit & perficitur homo in charitate, deum fideliter & instanter orando, vt suam diuinam dilectionem dignetur in se augere inflãmare perficere. Tertio, frequẽter aspirando & gemendo ad deum cum his & cõsimilibus verbis: O Deus dulcissime, quando te toto corde amabo? O pulcherrime & incomparabilis deus quã diu à tua sanctissima charitate tã frigid⁹ remanebo? O bone & superoptime domine, q̃do tibi iugiter ac feruide adhærebo? Quarto assidue considerãdo, q̃ admirabilis

& super

& superamabilis sit dominus deus omnipotēs. quā in finite pulcherrimus, sapientissimus, pijssim⁹ perfectissimusq; cōsistat, & q̄d prior tā vehemēter dilexit nos. Cognitio cm̄ est via ad amorē. Quinto indesinēter pēsando vniuersa beneficia eius generalia ac specialia, corporalia & spiritualia, naturalia & supernaturalia, & q̄d ad æternā beatitudinē nos creauit. Itemq; q̄d pater æternus vnigenitū filiū suū misit & dedit pro nobis, & q̄d spiritus sanct⁹ tā gloriosissime egit nobiscū, & q̄d deus tā diu sustinuit nos in vitijs & excessibus nostris, & toties ad suā gratiā nos reduxit. Sexto freq̄nter nos eleuādo ad actualem dei amorem. Ex multis etem̄ actibus gignitur habitus, & tādem consuetudo. Vnaq; actio bona disponit ad aliam sibi consimilem ac meliorem: sicut & vnū peccatum trahit ad aliud. Septimo peccata vitando intuitu & amore dei, id est propter deum, ne offendatur: quemadmodū legitur de sanctissima & admirabili illa Elizabeth de Thuringia, quod quando ad gerendum alijs mortem cogebatur quodammodo chorisare, statim cum semel circuierat dixit: Alia volo dimittere propter deum. Et ita consueuit dicere & facere in alijs ludis, Octauo animam ab omni carnali & sensuali amore purgando, quatenus possit amore repleri diuino & spiritali: quia hi duo amores simul inesse & stare non queunt. Imo cum omne peccatum mortale contrarietur charitati, necesse est ab omni peccato mortali diligentissime abstinere: & quia venialia peccata charitatis feruorem puritatem & incrementum impediunt, ipsamque charitatem infrigidant atque debilitant: necesse est à venialibus quoq; peccatis solicite præcauere, & cordis puritati studere: sicq; cum summa vigilātia deuitare, quicquid offensiuū est oculorum maiestatis diuinæ. Nono q̄cq̄d amabilitatis, suauitatis, & excellētię in creaturis cōspicit & occurrit ac placet, statim referre ad p̄conium creatoris, qui largitus est illud, ac taliter cogitare. O q̄ gloriosus atq; amabilis est deus creator vniuersorū,

1. Iohan. 4

Grego.

qui rebus istis corporeis tantam amabilitatem, virtutem, suauitatem, aut eminentiam indidit & concessit, quibus omnibus ipse in seipso infinite est amabilior, virtuosior, dulcior, atque perfectior.

¶ De actibus & effectibus charitatis diuinæ in anima amorosa & spirituali. ¶ Arti. 23.

Quam magna & mirabilia, vel poti⁹ miserabilia, operetur in hominib⁹ carnalibus, ac mũdanis amor carnalis, videmus ad oculũ: q̃tis periculis atq; laboribus exponũt se aliqui fatui amatores amore psonę dilectæ, inqb⁹ amor carnalis inter dũ sic crescit & inualescit, q̃d p̄ amorę rei amatę vix q̄sit comedere, aut dormire, nec aliud cogitare nisi q̃ diligunt, cuius amore q̃doq; vulnerantur ac languent, & tandē prę amore tam vili ad carnē mortalē mori dicuntur. Cum igitur spiritalis dilectio sit incõparabiliter fortior, nobilior, & efficatior carnali amore, non mirum, q̃d amor spiritalis magna & vere mirãda ac p̄clarissima in hominibus ỳtuosis ac feruidis operetur queēadmodum in beatissimis martyribus singulariter patuit ac refulsit, qui immanissima tormenta pro deo ptulerunt cũ gaudio, quoꝝ vn⁹ p̄sentatis & cõminatis sibi varijs grauissimisq; supplicijs, dixit: Has ego epulas semp optaui. Et alius cũ sup ardentes ãbularet carbones: Videtur (inquit) mihi q̃d sup dulcissimas rosas deambulē: Imo & tenerrimę ac nobilissimæ virgines, non obstãtibus teneritudine sui corpusculi & fragilitate sexus fœminei, crudelissimas pœnas & violentissimas mortes, amore sponsi cœlestis, victoriosissimo animo prorsus imperterrito atq; prõptissimo ptulerũt quarum vna post dira sibi illata supplicia, iuit cum omni alacritate ad terribilē tenebrosumq; carcerem, tanq̃ ad refectionem lautissimã: Hoc amore succensus sctũs martyr Genesius in martyrio positus dixit: Non est rex p̄ter Christũ, p quo si millies patiar ipsum mihi de corde auferre nequaq̃ poteritis. Denique illustrissima pulcherrima doctissima ac magnanimissima illa

alias occidar.

virgo

virgo ꝑamabilis Catharina charitate hac inflãmata persecutori locuta est: Quæcunq; tormenta potes excogitare nõ differas, qm̃ carnẽ meã & sanguinẽ Christo offerre desidero, sicut ipse pro me obtulit semetipsum. Paratã me videbis ad omnia sustinenda. Et qm̃ charitas efficit amãtem vnũ esse spiritũ cum amato, & charitas illa ardentissima plene conformat voluntatẽ amãtis cum amato, ita vt idem velint, & nolint, & vnꝰ volũtati alterius faciliter acquiescat. Hinc sancti & sctę diuino amore ineffabiliter inflãmati, facillime impetrauerunt à suo dulcissimo ac dilectissimo deo, q̃d ad eoꝝ petitionẽ multa & ꝑclara fecit miracula, & affluẽtissima gratię dona non solũmodo eis, sed aliĳs quoq; infudit. Insup scti cõfessores deitatis charitate succẽsi magnificã vitã duxerunt in carne, nostræ fragilitati, ac frigiditati mirabilẽ magis, q̃ imitabilem. Nã multi illoꝝ hominũ frequentiã & aspectũ vitãtes, in vastissimis & horrendis habitauerũt desertis, & inter ferocissimas feras tã q̃ inter mãsuetissimas oues ambulauerũt illæsi. Non solũ sicco pane, & aq̃ contenti, verum etiam panẽ & aq̃ in arta mensura sumpserunt parcissime: & interdum in hebdomada non nisi semel edebãt, q & modico somno cõtentabãtur. Et frequenter totas noctes in orationibus & contẽplationibus duxerunt insomnes. Quoꝝ vnus disseruit. Sufficit monacho vna hora ad dormiendũ, si tamen operarius est. Hi inclytissimi ac ꝑclarissimi viri vbertim à corporeis sensibꝰ abstrahebãtur, tãque validissime ac ꝓfundissime rapiebãtur in deũ, & in diuitias glorię eius demergebãtur ꝑ contẽplationem purissimã, æstuãtissimumq; amorẽ, q̃d nullo sensu corporeo nullo corporis motu vtebãtur. Imo quidã eoꝝ in tali diuinissimo supernaturaliq; raptu fixi mãserunt, non tãtum ꝑ plures horas, sed ꝑ plures etiã dies. Hoꝝ vnus in exordio suæ ingressionis in claustrũ sic fuit ꝑuentus à spiritu sctõ, & ita trãsformatus in creatorẽ, q̃d pro cereuisia bibit oleũ, & ꝓ butyro sagimen mãducauerit, nec sensit. Talis fuit & seraphicus

seraphicus ille Franciscus, qui in contemplationibus atq; feruoribus suis ad deum frequenter alte eleuabatur in aere: imo quãdoq; tã alte, quod à stãte in terra videri vix poterat. Nec solum tales fuerunt confessores electi & viri perfecti: sed & virgines sanctę ac viduę virtuosæ, imo & aliæ fœminæ maritatæ, q̃rum quędã in breui fuerunt, vt virgo innocentissima sctã Catharina de Zenis, Brigida quoq; beatissima vidua. Præterea charitas sctã ac feruida multos occultos saluberrimos ac diuinos actus facit in mente, q̃ in primis suo creatori, Saluatori ac spõso cõiũgit, despõsat amabilẽ & ãplexabilẽ efficit. Imo p charitatẽ fit aĩa dei sui filia & amica, & impgnatur, ac fructuosa efficitur à spiritu sctõ lumine gratiæ, semine verbi cœlestis, cõceptu sapientiæ, splendore operibusq; virtutum. Sicq; deinceps charitas crescens & incalescens mentem amãtis transformat in dilectum, ita quod sicut ferrum missum in ignem q̃si trãsformatur in ignem. Quoniã fit ignitum & proprijs frigiditate, duritia & inflexibilitate amissis, in calorem vehementem mutatur, & flexibile atq; in diuersas figuras vtibile redditur. Sic mens amãtis trãsformata in creatorẽ tota repletur igne increati amoris, qui est spiritus sctũs, qui est ignis cõsumens atq; innocue ardens. Sicq; abiecto frigore negligentiæ & torporis, & sublato corde lapideo, fit facillime flexibilis & ducibilis ad omne bonum virtutis, & ad omnẽ obedientiæ actum, ad omnem compunctionem compassionem & fletum pijssimum. Cupitq; feruide vniuersorũ salutem, & pro cunctis orat hominibus. Ac per hoc diuina efficitur, quærendo bonũ commune. Et zelo diuini honoris ardẽtissime appetit, ac precatur, vt deus à cunctis hominibus debite honoretur, vt infideles cõuertãtur, credentes reformentur, & omnes saluentur. Deinde hæc charitas amãtem inseparabiliter ligat cũ deo, quem tam feruide amat, ita vt millies malit occidi quã deum semel offendere, & tota sua affectio sic in deũ cõuersa sit, collecta & stabilita, vt nil aliud cogitet

& affectet

& affectet, nisi quod complacet deo. Sicq; cū Apostolo dicere q̄at: Quis nos separabit à charitate dei? Et iter: Necq; mors, necq; vita, necq; creatura alia poterit nos separare à charitate dei. Consequēter charitas animam amorosam ac sanctam salubriter vulnerat & desiderij iaculo penetrat, ita vt dicat: Vulnerata charitate ego sum. Et instar aquæ ebulientis foris erūpat in gestus & signa, ex vehemētia, impetu & excessu charitatis exilientia. Hoc sanctus Augustinus expertus dixit ad dominum: Sagitta ueras tu cor meū charitate tua, & gestabam verba tua transfixa in visceribus meis, & clamabam alto cordis mei clamore: In pace inidipsum dormiam & requiescam. O in pace: O in idipsum: O q dixit, dormiam & requiescam. Tu es enim idipsum, qui nunquam mutaris. Tu æternaliter idem ipse es. In te solo requies vera, faciens obliuisci vniuersorum laborum. Tu tarditatem meam rupisti, coruscasti & splendidisti in anima mea, & cæcitatem meam fugasti. Sero te amaui, o pulchritudo tam antiqua, id est æterna, & tam noua sero te amaui. Intus eras, & ego te foras quærebam: nec redij ad te, quousque reuocasti & reduxisti me ad te. Insuper charitas ista tam calida animam tam salubriter vulneratam efficit languidam ita vt illud in Canticis scriptum dicat: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Etenim ex vulneratione oritur languor, ideo anima diuino vulnerata amore languet, id est, grandi dolore affligitur præ nimio desiderio clare visionis, & plenæ ac beatificæ fruitionis sponsi cœlestis, & suæ expectationis dilatione torquetur: quoniam spes quæ differtur affligit animam. Ideo clamat talis amator. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem dei? Et rursus: Heu mihi, quia incolatus meus ꝓlongatus est. Sic languebat Apostolus, quando dixit: Infelix ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? Itemq;

Rom.7
Ibidem.
Cant.2
Augst.
Psal.4
Malac.3
psal.101
Cant.2
Prou.13.
Psal.41
Psal.109
Rom.7

Philip.1 Itemq́: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Postremo charitas ista facit hominem penitus introuersum, & summe intentū atq́ solicitū circa deū, & omia ista carnalia ac terrena fastidientē, & iugiter excitat mētē ad eleuationē sui ad creatorē, ad cōtēplationē & amorē eius flāmigerū. Et qm̄ dei amore renuit inaniter cōsolari ac viliter delectari in verbis, signis, rebus, ac factis illicitis, in cogitationibus vanis, in ludis, iocis, ac risibus puerilibus, in laudibus atq́ honoribus hominū: ideo ꝓmeretur frequenter ac copiose cōsolari & exhilarari à dño. Et qm̄ delectabile est homini diu cōferre cū eo quē feruide diligit, & eum amplecti: ideo homo charitate hac vehementer succensus, orationibus, meditationibus, ac laudibus dei libentissime occupatur, eisq́ diuturne & quasi infatigabiliter cū ingēti lætitia immoratur, ac tædiosum est ei à talibus exercitiis spiritalibus & internis auelli, atq́ ad necessaria corpori suo reuerti: imo frequenter ad mensam & ad lectū q̄si ad carcerē pergit. Tamen in hoc vti discretiōe necesse est, qa in oī actu ỽtuoso moderatrix, ductrix, & velut auriga debet esse discretio. Hoc opusculū de cordis custodia & ꝓfectu, ꝓpter te editū, o illustris de[illegible] & optima domicella, tā dignāter & gratāter suscipiat excellētia tua q̄ charitatiue, ꝑ tuo ꝓfectu est cōpilatum: & sponsum tuū cœlestem pro me peccatore inuocare dignaris, quaten⁹ cordi meo pauperrimo gratiā præstet, per quā ego ipse tecū adimpleā, quæ in hoc libello conscripsi de cordis custodia & profectu. Sicq́ in hac vita tā incessanter ac feruide studeamus corda nostra custodire, atque in omni virtute proficere, quod post hujus incertæ ac labilis vitæ decursum feliciter perducamur ad intuendum æternaliter & secure fontem totius mūdiciæ: Qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

Psal.76

Finis.

D. DIONY-
CARTHVSIANI DE PERFECTIONE charitatis opuſculũ: religioſis aliĳſq; deuotiõi deditis, cum primis accommodum.

¶Proœmium.

SVper omnia charitatem habete: quod eſt vinculum perfectionis. Charitatis excellentia in diuino eloquio, in ſanctorum patrum doctorumq; ſcriptis vberrime commendatur. Vnde Iohãnes ait Apoſtolus: Deus charitas eſt. Et: Qui diligit, legẽ impleuit: qui nõ diligit, manet in morte. Deniq; doctor qdam ſic ſcribit: Charitas eſt ỽtutũ ỽtus, & quodãmodo oĩs virtus: & ſi nõ actu, tamẽ habitu. Item Gregorius ait: Non habet aliquid viriditatis ramus boni operis, ſi nõ mãſerit in radice charitatis. Et Auguſt. Sola, inqt, charitas diſcernit inter filios regni, & filios gehẽnæ. Vñ conſultũ & vtile videt̃ de charitate tractare, ſcribendo, legendo, conferendo, & meditando: & maxime ſecundum eam operãdo. Ideo q̃ ea quæ ſequitur materia, ex diuerſis ſanctorum patrum & aliorum catholicorũ virorum, puta, Dionyſĳ Auguſtini, Anſelmi, Bernardi, Hugonis, Richardi, Vercellenſis, Linconienſis, Bonauenturæ, Gerſonis ac cæterorum contemplatiuorum ſcriptis, comportata eſt Non quidem quantum ad verborum formam, ſed q̃tum ad ſententiam. Intentionis qppe huiuſmodi fuit ipſe collector, non quod noua vellet cudere: ſed ab alĳs maioribus dudum fabricata, pro ſua deuotione ꝓprĳs ſuis verbis in vnum ſentẽtialiter congerere: quatenus ita promptius habere poſſet ad manum de charitate materiam, qua ſubinde ſuam poſſet mentẽ torpentem excitare commodius, & occupare ſalubrius, atq; in deum eleuare frequẽtius. Et quamuis materia hæc originem ducat ex theologia myſtica; innitendo

Coloſ. 3 — 1. Iohan. 4 — Roma. 13 — 1. Iohan. 3 — Grego. — Auguſt.

vcæ iam purgatiuæ, iam illuminatiuæ, & iam vnitiuæ seu perfectiuæ viis: principalius tamen viæ incedit vnitiuæ, quæ in dilectionis perfectiōe consistit. Modus autē procedendi in subsequentibus nō est directe scholasticus: sed potius monasticus, qui decet religiosos: eo quod hic agitur de his, quæ magis & principali⁹ ad deuotionis affectum, quā ad inquisitiōis intellectum pertinere videntur: pro vt ea colligentis memoriæ ex prius quandoq; lectis occurrebant. Notandum quoque est: quod hic nonnunquam ponitur effectus pro causa & econtra, illiq; termini amor, dilectio, & charitas, hic pro vno capiuntur. Et licet principaliter hic intendatur de theologia mystica: interdum tamen aliqua etiā intrant de theologica scholastica Et proceditur nunc practice, nunc theorice, scilicet modo discendo à domino, modo orando ad dominum: quemadmodum scribenti dominus dabat. Potissimum vero quod hic quæritur, est impetrare à domino, & cōseq charitatis donum, per deuotionis exercitium, & deo vniri per amoris affectum intimum: quo nihil homini extat melius in hac vita. Per modum quoque dialogi, discipulo videlicet interrogante & domino respondente, hic ꝓceditur: & hoc ideo, vt scilicet homo fit deo magis intentus, fiatque magis familiaris ei, cum quo tanquam corporaliter sibi præsente loquitur: & ita assuescat cæterorum omnium interim obliuisci.

Aspira

¶Aspirationes ad deum pro lege charitatis, vt in corde scribatur. ¶Art. 1.

AMator meus, amor meus, amantissime, amabilissime domine Iesu Christe, deus meus, saluator meus. Qui amore venisti ad homines in incarnatiõe, factus homo qui etiam amore venisti in homines, in gratiæ collatione: qui & præ nimio amore, mori pro homine dignatus es in cruce: qui vinculis quoque amoris vinci voluisti, licet alias inuincibilis sis. O quàm digne, quàm iuste, quàm & recte tibi amorem meum totum vendicas. Sed vtinam non tantum feruidũ, imo superferuidum atque superferuidissimũ, amorem tibi rependere valerem O qui me sic amasti & amas, cur vice versa à me non amaris? O miser ego homuntio, q̃ sit re talem ac tantum amatorem, non ex omnibus medullis cordis mei, amo? Domine tu prior dilexisti nõ diligentẽ, vt de non diligente diligentem faceres. Gratias tibi dulcissime domine. Sed ignosce (obsecro) qd' præuentus non subsequor, tractus vix sequor. Ad te diligendum, præmiis me inuitas, suppliciis terres. Si enim dilexero, perpetue felix ero: si neglexero, in æternum peribo. Hæc ex tuo dono scio: attamen (heu me miserum) aure surda pertranseo: non satis curans promissam dilectionis mercedem: nec debite metuens, si non dilexero, periculi imminẽtis magnitudinẽ. Nihilominus domine tu meum nosti desiderium, neque ignoras meum imperfectum. Igitur, o deus meus, qui charitas es, charitatem infundis, charitate delectaris, miserere mei. Tu q nihil odisti eorum quæ fecisti, qui solem tuum oriri facis super bonos & malos, pluisque super iustos & iniustos, qui & nulli te denegas, nisi soli illi qui te non desiderat, qui etiam charitatis legem verbo & exemplo nos docuisti, scribe (quæso) sanctissimã charitatis legem in corde serui tui infidelis: mei (in q̃) miserrimi peccatoris, de tua tamen bonitate multum

Lucæ.1

Matth.28
Marc.15
Luc.23.
Iohan.19.

Isaiæ.64.
1.Cor.2.
Iaco.1

1.Iohan.4

Sapien.11
Matth.5

præsumentis: scribe eam (precor) sacræ lanceæ quæ latus tuum aperuit stilo seu calamo, cū preciosi sanguinis tui quem pro nostra salute fudisti, atramento seu rubrimento: vt hanc non solum scire, sed & facere atque implere veraciter valeam. Et si domine tibi placuerit, adde adhuc etiam ꝓ efficaciori huius scripturæ impressione, sanctos clauos qui manus & pedes tuos foderunt: nec non lac, q̃d beata vbera tuæ virgineæ matris tibi præbuerunt. Et nisi ita feceris domine, inuanum quodammodo mihi præcipis, lege timoris legesque amoris, in veteri testamēto & in testamēto nouo, vt te diligā. Idē sensisse videtur dn̄e ille singularis amicus & amator tuus, cum diceret: Da domine quod iubes: & iube quod vis. Nisi enim domine, nostrum tu conatum iuueris, sibi ipsi relictus remanebit inanis. Sine te quippe nihil validum, nihil sanctum: nec quisquā sanctus viribus suis. Veruntamē noui quoque domine, q̃d tu promptior es ad gratiam dandum, quā nos, heu, sumus ad desiderandum & accipiendum. Hoc dico in ꝓpriā meā confusionē domine, & in tui iustificatiōem.

Deut. 6. Matth. 22 Augustin. Idem

¶ Exponitur pręceptū de diligendo deum, & quid sit ex toto.

¶ Art. 2. DISC.

Bene sum memor domine tui de diligendo præcepti, ad sciendum: sed vtinam etiam ad faciendum. Nescio tamen, si recte intelligam quæ legi & audiui. Vbi ergo deficio, doce me obsecro domine. Præcipis domine, vt te diligā ex toto corde: per quod intelligo, ex toto intellectu, sine errore: totum videlicet intellectum in tuum captiuādo obsequium. Ex tota mēte, per q̃d accipio, ex tota memoria, sine obliuione. Ita vt nihil nisi te, & quæ ad tuum pertinent honorem, meamque salutem, cogitem. Et ex tota anima, per hoc capio ex tota voluntate sine contradictione: sic quod mandatis tuis prompte & perfecte obediam, ab eis nec in prosperis, neque in aduersis, declinando. Et tandem addis, ex tota fortitudine, seu ex omnibus viribus: per quod

Deut. 6. Mat. 22 Matth. 22.

quod intelligo, ex omnibus potẽtijs & viribus animæ execu tiuis. Si iste intellectus est secundum te, cõfirma eũ ꝑcor domine in me. Si aliter fuerit, doce me, rogo te. Etiam vellem scire libenter domine, cur in dilectio nis huiusmodi pręcepto, ad clausulas singulas, addide ris, totum dicens, ex toto corde, ex tota mente &c. DOM. Quamuis secundum meorum seruorum eru ditorumq; tuorum traditionem ṽba hęc varie expo nantur (& bene) iste tamen quẽ tetigisti intellectus eo rundem verborum non est inter cæteros minimus: & ideo digne tuæ memoriæ commendandus. Si autẽ vis habere verborum horum breuem sententiam, intelli ge sic: vt diligas dominum deum tuum, quantum po tes. Ita vt posse tuum sit tibi mensura tua. Quia quan to plus deum amas, tanto plenius ipsum habes. Et quã to plus eum habes, tanto felicior es. Non tamen tantũ diligere ipsum tu potes, quantum ipse diligi potest: cũ ipse sit infinitus: tu vero finitus. Sufficit igitur tibi, vt tantum diligas eum, quantum potes. DISC: Bona est domine hæc doctrina: pro qua gratias tuæ ago bo nitati. DOM. Quoniam vero quæstionem moues de totalitate, audi. Si bene esses in scholasticis institutus disciplinis, intelligere posses, quod quãtum ad propo situm, idem sunt totum & perfectum. Nam etiam secũ dum mundi sapientes, perfectio est rei integritas con summata: quemadmodum totalitas est partium inte gralium rei summa multitudo. Quare illud totum seu perfectum meretur dici, cui nihil deest de his, quæ ad suum pertinent finem. Et talis totalitas seu perfectio in spiritualibus, & inter virtutes, est ipsa charitas: quã ob hoc Apostolus nominat vinculum perfectionis. DISC. Dñe qa ita est vt tu dicis, territus sum (fateor) vltra modũ. Quomodo enim mortalis homo posset totaliter & perfecte te diligere? Puto nanq; hoc tantũ beatis fore possibile. DOM. Non ex toto erras. Audi tamen distinctionem: & sic intelligere poteris quæstio nẽ. Totalitas seu ꝑfectio capitur quandoq; simpliciter

Colos.3.

absolute seu proprie. Et tunc ponitur pro re cui nihil omnino deest: & in qua est omne quod melius est esse quã non esse. Sicque soli deo conuenit. Etiam capitur quandoque non simpliciter, sed secundum quid, & cõtracte. Et sic ponitur pro tali re, cui nihil deest de his, quæ sibi iuxta suæ speciei, vel suæ naturæ, vel etiam gratiæ superadditæ conditionem, competunt. Sicque potest cõuenire creaturis. In præcepto autem dilectionis noueris totalitatem seu perfectionem capi non ꝑ his, quæ homini ex natura competunt: sed pro talibus quæ homini competunt per mores & gratiam. Et debes scire, quod totalitas seu perfectio, secundo modo accepta distingui potest in habitualem, quæ est in pueris baptizatis, & adultis dormientibus, & cæteris huiusmodi: nec non in continuam & actualem sine interpolatiõe, vt in beatis: atq; in discõtinuatam & interruptam, qualem adminus oportet esse in omnibus in gratia gratum faciente existentibus. Et hæc venialia peccata quãdoq; secum admittit. Ex his collige, quod quicunq; est sine peccato mortali, est in statu totalitatis seu perfectionis catholicę. DISC. Bona sunt q̃ dixisti dñe. Sed rogo, vt planius aliqd inde dicas. DOM. Totum seu perfectum quandoq; capitur stricte, pro omnibus quæ haberi possent, & q̃ndoq; large, ꝑ his quę alicui de necessitate competunt. De secundo non de primo modo totalitatis seu perfectionis præceptum dilectiõis intelligendo, potes ipsum bene implere: q̃d & sufficit ad salutem. Sicque capiendo totum seu perfectum, non solum expedit, sed & necessarium existit, vt nec contra nec supra deũ, sed & nec æqualiter deo, quicq̃ diligere pręsumas. Et ab hac totalitate seu perfectione diligendi, nemo se excusare valet: qui vsu rationis saltem non caret.

¶ Perfectio quid sit, & quomodo est duplex.

¶ Art. 3. DISC.

Tetigisti aliquid, domine, de perfectiõe occasione huius termini totum: de qua materia opto

plenius

plenius informari. DOM. Intellige, quod vera iustorum perfectio consistit essentialiter & per se in amplitudine charitatis dei & proximi præceptorumque dei, ex charitate obseruatione: Accidentaliter vero, seu instrumentaliterr, consistit in consiliorum dei ex charitate impletiõe. Præcepta enim ordinantur ad ea, quæ charitati sunt contraria, scilicet cõtra peccata. Sed cõsilia ordinantur ad remouendum ea, quæ charitatis perfectionem possent impedire, licet non omnimode sint charitati contraria, vt sunt peccata venialia. Ad charitatis autem perfectionem tendere tenẽtur religiosi per consiliorũ semitas, ꝓpter professionis solennitatem. Secularibus vero sufficit ad huiusmodi perfectionẽ charitatis, ire per viam mãdatorũ dei, licet difficulter & periculose, id possit fieri. DISC. Domine, ex his videtur eliciendũ, ꝙd religiosi sint pfectiores, & in statu pfectiori, quã cõmuniter seculares: cũ illi per arctas consiliorũ tuorũ incedant semitas, & isti ambulẽt per vias mandatorum tuorũ latas. Attamen cõstat ꝙd tam in veteri quã in nouo testamento, vtriusque sexus fuerunt homines, atque ad huc hodie sunt, qui nõ scd̃m consilia tua, sed scd̃m tua precepta vixerunt in coniugio constituti, diuitijs abundãtes, & ea quæ sunt seculi nequaquã deserentes: quos tamen magnæ fuisse perfectionis, minime dubitamus Exemplũ de Abraham, Dauid, & cæteris. DOM. Bene arguis. Sed audi declarationẽ. Aliud est esse perfectũ, & aliud est esse in statu perfectionis. Circa quã materiam multi errauerunt, distinctionem hanc ignorãtes. Stat igitur aliquos esse in statu perfectiõis, qui tamen sunt imperfecti, quales interdum reperiuntur tepidi religiosi, verbis & moribus dissoluti: habitu religionis quasi contenti. Sic & e contra stat nonnullos fore in statu quasi imperfectionis, qui tamen sunt perfecti, quia perfectorum habent opera, quales nõnulli reperiuntur seculares, etiã laici, operib9 charitatis abundãtes, necessitate in

Matth. 7

euitabili feruientes feculo, fed toto affectu adhærẽtes deo. Eft tibi quoque notandum, quod perfectionis fta tus eft duplex. Quorum vnus eft perfectionis acquirẽdæ, alter perfectionis exercendę. Primus iudicatur fecurior, & confiftit in exercitijs fpiritualibus, qbus ad charitatis apicem afcenditur: vtpote in votis tribus religioforum, difciplinis, ieiunijs, orationibus, & cæteris huiufmodi. Secundus videtur altero præftantior, licet fit periculofior: & confiftit in ponẽdo animam ꝑ fratribus ex abundantia charitatis. Et quemadmodũ ifte fecundus pertinet ad ouium Chrifti paftores & rectores ecclefiarũ, puta Prælatos, Epifcopos, Abbates, &c. ita primus fpectat ad religiofos, & feculum relinquentes. D I S C. Domine ex verbis tuis his elicio, qđ in fola charitate confiftit vera perfectio. Et quod hic dicendus eft perfectior, qui charitatem habuerit maiorem, etiam licet ftatum teneat inferiorem. Vnde videtur & mihi, quod religiofi inaniter quodammodo difputent de fuperioritate fuorum ordinum, nifi ad charitatis excellẽtiã habuerint refpectum. D O M. Recte iudicafti, hoc fac & viues. Debes etiam notare, quod licet innumerabiles poffent dici ꝑfectionis gradus (qa in domo patris mei manfiones multæ funt) tamen ad certam poteris eos reducere diuifionem. Dic ergo, q̊d perfectio, feu totalitas charitatis, feu perfecta dilectio capta fecundum totalitatem diligibilis & diligentis, fcilicet creatoris & creaturæ, fit vna. Et hæc nulli creaturæ eft poffibilis. Sed eft & alia, capta fecundum totalitatem abfolutam, fcilicet folius diligentis: qua diligentis affectus totus femper in deũ feratur. Nec ifta eft alicui viatori poffibilis, fed habet tamen locum in patria in beatis. Infuper eft adhuc alia capta fecundum hanc totalitatem, qua excluduntur ea, quæ dilectiõis motui in deum repugnant. Hæc viatoribus poffibilis eft, ac ad faluẽ fufficiẽs & neceffaria. D I S C. Domine quia docuifti feruum tuum faluberrima, gratias tuæ pietati: lætificat quoq;, quod non à me omnẽ requiris

Iohan. 14.

totali

totalitatem seu perfectionem in diligendo: sed contẽtaris in aliquali. Sed vę misero, quia nescio si in gradu sim infimo, aut minimo tuæ dilectiõis, vel si inde quicq̃ habeã. Fac ergo mecũ misericordiã misericordia mea

¶Modus ac media tendendi ad perfectiõem.

¶Art. 4. DISC.

SVm Domine iam bene informatus de totalitate in præcepto de diligendo & de perfectiõe: sed vellem (bone domine) libenter aliquid audire etiam de hoc, quia supra dixisti, quod religiosi nihilominus teneantur ex solennitate professionis, ad totalitatem seu perfectionem q̃dam dilectionis præ aliis. DOM. Et in hoc exaudiã te. Tu nõ satis obseruasti, ẏba q̃dixi nõ eñ dixi, religiosos ad perfectiẽõm obligatos fore simpliciter: sed dixi ipsos ad perfectionem tendere debere. Intellige ergo, quod valde felix esset religiosus, si perfectus foret: sed si hoc non potest, sufficit sibi ad salutem, vt intentionem habeat in dilectione semper ꝑficiendi & ad perfectionem veniendi. DISC. Bone Domine, desidero audire à te, si qua huiusmodi tẽdentiæ sint signa, ex quibus intelligere valeam in me, an sim in tali tendentia, an non. DOM. Quia cupis proficere nõ dedignor te instruere. Signa tendendi ad perfectionem multa sunt. De quibus ista pauca nota. Signũ bonum huius tendentiæ est, si semper steteris humiliter in timore dei, de meis donis tibi per me collatis te nõ extollendo, neq; de tuis viribus ac de bene per te actis præsumendo: sed totaliter hominem nihili te ex corde reputando, omnemq; hominem, te meliorem æstimãdo. Bonum quoq; huius tendentiæ signum est, si ꝑ dei amore libenter consolationes carnis mundiq; prospera respueris, atq; aduersa tam corporalia, quã spiritualia, libenter sustinueris. Similiter signum bonum tẽdendi est, si conscientiam tuam sæpe discusseris, si pure & frequenter confessus fueris cum firmo emendandi ꝑposito. DISC. Heu me miserum, qui pene nihil de his signis tendẽtiæ in me inuenio. Miserere mihi dñe:

& me paterne emenda, obsecro DOM. Si emendare te volueris, dabo tibi etiam doctrinam de mediis seu instrumentis, quibus huiusmodi tendentiam ad perfectionem iuuare poteris. DISC. Eia domine dulcissime, hoc desidero ex toto corde. DOM. Si vis ad dilectionis tendere perfectionem, necesse est, vt studeas mentis tuæ vitiosas passiones edomare, puta iræ, inuidiæ, accidiæ, suspitionum, &c puritatique & tranquillitati cordis operam dare, occupationes superfluas vitare, verborum & morum leuitates fugere, silentium & solitudinem diligere, orationes frequentare, affectum & intellectum spiritualibus occupare, ad deum sæpius suspirare, corde frequenter dicere: O deus meus quando vis mihi dare, vt perfecte te possim diligere: Deum in cunctis suis operibus benedicere, in proficiendi studio non tepescere, cogitareque sæpe, quam magnam mercedem recipient, qui magni fuerunt in perfecta dilectione. Sic enim mercatores faciunt, qui cogitantes de lucro laboribus non parcunt, etiam si timeant de periculo. DISC. O domine deus meus, quā vtilia instrumenta tendendi ad perfectam dilectiōem seruum tuum indignum docuisti, sed (vt videtur) satis ardua, & absque tua gratia, mihi quodammodo impossibilia. DOM. Non audisti aliquando, quod quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud deum? Habeto proficiendi bonam voluntatem, spera in deo, & fac quod in te est: sicque cito senties per gratiam facile, q̄d per naturā fuit difficile: & q̄d videbatur impossibile, senties paulatim multum possibile.

Matth. 19. Lucæ. 18 Mar. 9. 10

¶Signa quibus cōiectur atur, si quis sit in charitate.

¶Art. 5.

DISC.

Ex quo bone domine, tam dignāter meam ignorantiam docuisti de signis & instrumentis tendēdi ad perfectionem dilectionis, valde desidero etiam audire de signis (si qua sint) vñ intelligere valeā an sim in charitate. DOM. Nisi parcerem tuæ simpli-

citati darem tibi responsum, minus gratum. Cur non ad mentem tibi venit quod scriptũ est, quia nemo scit vtrum amore an odio dignus habeatur. Veruntamen quia non curiose, sed studiose inquiris, non præsumptuose sed pie cupis, accipe quod petis. De lege communi noueris hæc signa neminem satis scire posse: præsertim quibus habeatur de hoc certitudo: sunt tamẽ nõnulla spiritualia exercitia, ex quibus coniecturatiue spes concipi potest, si quis in his frequens fuerit, atq; in talibus vsq; in finem perseuerauerit: q̃d hic in charitate fit. Verbi gratia, perpende bene in te, si deũ semper, aut saltem frequenter, in cunctis tuis cogitationibus, verbis, & factis, habeas præ oculis, ipsum vbique præsentem sentiendo, & q̃modo ipse scrutatur cũctorum renes & corda pensando, ac ipsum propterea in omni loco humiliter reuerendo: hoc est bonũ signũ, quod non sis sine charitate. Item bonum est signũ, q̃d habeas aliquid de charitate, & q̃d non sis absq; gratia, si libenter cum deo in orationibus aut meditationib9 & de deo cum hominibus loqueris, atq; loqui de deo libenter in prædicationibus aut lectionibus audieris. Item si deũ libenter videris in suis operibus mirificis, & in venerabili altaris sacramento, inde gratias agẽdo. Itẽ si delecteris visitare loca in q̃bus frequẽti9 deus inuenitur, puta ecclesias, sanctorrum limina: & alia loca sacrata. Itẽ si (ꝑut propriũ est amicoꝝ) dño deo tuo miseris sępius munuscula deuotoꝝ suspiriorum, pioꝝ gemituum, deuotaꝝ lachrymaꝝ, & feruẽtium orationũ: ab eoq; gratanter vice versa receperis sua, q̃bus suos honorare cõsueuit amicos, xenia, puta opprobria, iniurias, irrisiões, labores, dolores, infirmitates, grauitates, & quęcunque aduersa, corporalia, & spiritualia: cum magnum non sit pro beneficijs & in prosperis gratias agere, nam etiã ethnici norunt pro bonis gratitudinem reddere: si sic feceris confidere poteris, te non totaliter sine charitatis gratia existere. Item si valde lætaris cũ deum laudari à suis fidelibus audis,

Eccls. 9

psal. 7

& maxime contristaris, cum ipsum à peccatoribus in honorari cernis, bonum signum est, quod aliquid de charitate habeas. Item si ex corde congaudes proximi tui prosperitati, tanquam tuæ felicitati propriæ, atque ex animo condoles aliorum miserijs, tam corporalibus, quã spiritualibus, puta infirmitatibus & tentationibus: tãquam tuis proprijs aduersis. Hoc fit tibi signũ in bonum quod nõ ex toto à charitate sis vacuꝰ. Item si habueris animarum zelum, trahendo quoscunque potes ad deum, orando, verbo, exemplo, increpando, obsecrando vt deus in omnibus laudetur: argumentũ est alicuius in te charitatis. Item si conatus fueris pro posse sequi me in virtutibus, maxime quas verbo & exemplo te docui: scilicet mititate & humilitate: signũ est quod meus sis filius, cum filiorum sit patribus assimilari. Et hoc non fit sine notabili charitatis gratia. Et si post hæc signa, hoc vnum adhuc adiectum signũ in te senseris, scilicet vt propter deum, veraciter & non ficte diligas tuum inimicum: non dolens de iniurijs ꝑ eum tibi illatis, sed magis condolens suo (quia in te deliquit) periculo pro peccatorum illius remissione cordialiter orando: spem magnam habere poteris, q̃d nõ ex toto sine charitate sis. DISC. O domine deus meus qui charitas es, da mihi hæc charitatis signa. Tu nosti domine, quia nullus præter te sufficit hoc facere.

¶ Descriptio charitatis varia, & quomodo differt à dilectione, & amore.

¶ Art. 6. DISC.

Libenter peterem (Domine) si auderem etiam informari, q̃d sit charitas in se, cuius signa (vt ꝑmisisti) sunt ita ardua. Oportet quod sit aliquid magnum, quod tam magnificum, varium, signorum præreq̃rit apparatum. DOM. Bene sentis, recte loqueris. Iam immediate dixisti, quod deus sit charitas: si hanc vocem bene intelligeres, videlicet quomodo deus sit charitas, tunç posses etiam alia plura de charitate intelligere. Intellige ergo iuxta Apostoli & Euãgelistæ

1. Iohan. 4

mei q

mei, qui plenus fuit charitate, scilicet iuxta Iohãnis verba, quomodo deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet, videlicet tanquam amans in amato, & tanquam participans in participato: & deus manet in eo, tanquam habitator in sua domo propria: & tanquam dominus in templo sancto suo. Nolo tamẽ putes, q̃d deus sit illa charitas essentialiter aut formaliter, quæ ad diligendum immediate mouet absq; aliquo charitatis habitu Hoc enim diuinæ derogaret perfectioni. Sicuti etiam deus non potest esse alicuius rei causa formalis aut materialis. Sed est bene deus causa rei efficiens aut finalis. Nota etiam q̃d habitus charitatis procedit immediate à gratia, veluti à lumine gratiæ infusus, Vnde Apostolus meus Paulus ait: Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Ab hac itaq; luce procedit charitas, sicut à lumine naturali virtutes procedunt morales. Deus autem per suam gratiam mouet charitatis habitum, ad operatiões charitatis: non tamen mouet animam sine habitibus. Hęc charitas nihil aliud est quã dilectio, qua deus amatur propter se: proximusque in deo, aut propter deum. Est quoq; ipsa charitas quędã vita, quæ donatur à deo ac virtus virtutum: cæterę autem virtutes, sunt quasi huius vitæ munitiones, vt non vita ipsa, mortẽ incurrat per aliquod peccatũ, videlicet mortale. Nam charitas cum peccato mortali stare non potest. Itaq; peccato mortali adueniente ipsa recedit. DISC. Gratias tibi dulcissime domine, quia tam dignãter erudis me. DOM. Ex quo gratias agis potiora vt audias dignus eris. Aduerte quod charitas adhuc multis aliĳs modis describitur. Charitas est virtus qua vnaquæque res habetur tanti quanti est habenda, qua & deum videre inardescit animus, eoq; perfrui desiderat. Estq; virtus, quæ melius experientia quã doctrina discitur. Et est, proprie loquendo, forma habitualis, superaddita potentiæ naturali: inclinans ipsam potentiam, ad charitatis act⁹. Estq; amicitia hominis ad deum, eoq; deus homini

Ephe. 4.

hominí suam communicat beatitudinem. Est nihilominus ipsa charitas quoq; virtus, primam attingẽs regulam, omnem actum virtuosum regulãtem, scilicet deum. Estq; virtutũ forma, sine qua nulla vera virtus esse potest, neq; perfecta: veniens in hominem per spiritussancti infusionem, potentiã excedens naturalẽ: q̃ potest ex spiritussancti gratia simul & ex hominis merito augeri quidem, sed nequaquã minui: quin potius tota p peccatum mortale corrumpitur, atq; extermínat. Et est in incipientibus studium a peccato recedendi, tanquã terminus ã quo. In proficientibus est studiũ in bono proficiendi, tãquã terminus ad quem. In perfectis vero est desiderium deo semper inhærendi, tanquã terminus in quo quies existit desiderata & finalis. DISC. Domine, alta sunt quæ dixisti, & nescio an cũcta sane intelligam Dic igitur (Obsecro p̃ijssime dñe) aliquid inde planius. Præsertim scire vellem, an charitas, dilectio, & amor sint vnum. Et quid tamen tibi facio, cũ te diligo aut amo. DOM. Non possum tibi aduersari q̃do humiliter cupis informari. Potes non incongrue capere vnum pro reliquo, quãdo de charitate fit sermo. Est tamẽ charitas ꝓprie loquendo gratię, dilectio volũtatis, sed amor naturæ. Vel amor importat magnum affectum ad deum, dilectio maiorẽ, sed charitas maximum. Vnde patet q̃d sunt vnum in re, sed differunt aliquomodo in ratione. Ex his potes perpendere consequenter, qd mihi facias, cum me diligis Vt tamen amplius tuę condescendam simplicitati, dic mihi qd est carum: vnde charitas nomen accepit? Nonne ã p̃cioso, & non vili? Et quid est dilectio, nisi duorũ quasi simul ligatio aut collectio? Et qd amor nisi mutua animorum vnio? Ecce, o paruule, lac tibi exhibui, qui cibum non capis solidioris verbi. Igitur cum dominum deum tuum ex charitate amas aut diligis, tũc eum, & non aliud ab eo, cõcupiscis: & vis eo frui, ipsum q; vis habere & possidere: atq; ideo eum præponis cũctis tibi charis; cõplacentiã habens magnam in ipsius perfe

perfectionibus,dolensq; valde,quod à te,&ab omnibus,non potest digne satis honorari. Et in his poteris ad tantum delectari,si frequens & constans in talibus fueris,quod spiritus tuus in deum quasi absorbebitur vnus quasi spiritus cum deo factus,nihil desiderans,nihil volens,nisi quod ipse, cum maxima cordis dulcedine. Nec quicquam videbitur tibi difficile,pro ipsius nimio amore ,imo & mortem turpissimam,libenter sustinebis,pper ipsum,ex maxima dilectione. DISC. Eia prædulcissime domine, laus tibi mille millies, & in infinitum pluries,quia tam pie docuisti meã ignorantiam. Bone domine,quod posuisti in seruili tui vt eumque cognitionem, pone(quæso)hoc ipsum etiam in meam affectionem. Nosti nanque domine,quia sicut ardere parum est,ita & lucere vanum. Nisi igitur vtrumque iunxeris,vnum sine altero nihil mihi proderit. Da ergo vt lux cognitionis in mente etiam ardeat igne amoris in corde.

¶De figuris charitatis in sacris literis eiusq; laudib⁹

¶Art. 7.

DISC.

Video domine, quod non inconuenienter dixerim,charitatem esse aliquod magnum in simplicitate mea. Et vt mihi videtur,non potest satis laudari. Vnde desidero valde,bone domine, vt non dedigneris pauperculo tuo aliquid de eius commendatione reserare. DOMINVS. Quamuis esset vtilius charitatis nosse experimentaliter operatiõem, quàm eius scire magistraliter commendationem:tamen vt eo amplius desideres eam habere , quo magis intellexeris ipsam pluribus laudum titulis fulgere, audi quæ dico . Charitas figurata est in illa arbore euangelica,quæ fructus bonos facit . Item figurata est per PSALMISTAM in vmbra alarum, in qua ipse sperauit:in aquila EZECHIELIS, cuius facies desuper ipsorum quatuor,in arca Noe,in qua nullus periit & extra quam nullus saluatus fuit:

Matth.7. Psal.56 Eze.1 Gene.6

per au-

Cant.6 per auroram consurgentem diei æternitatis prænũn

Gene.2 ciam: per aurum terræ Euilath, supra cuncta minora- lia optimum, per non mixtum balsamum, quia nõ ad

Eccl.24 mittit peccati mortalis consortium: per clauem regni

Matth.16 cœlorum, qa nemo sine charitate habebit illic introi- tum. Item currui Heliç assimilatur, quia per ipsam in

4.Reg.2 cœlum homo vehitur. Ipsa quoq; comparatur euange

Matth.15. licæ margaritæ, pro qua emẽda res cæteræ sunt distra

1.Reg.14. hendæ: comparatur melli de petra, quo gustato Iona-

Psal.44 tę oculi illuminabantur: comparatur vestitui deaura to, quo cœlestem sponsam psalmista vidit indutam.

psal.18 Item designatur per solem, in quo deus suum posuit

Matth.22 tabernaculum: Vestis nuptialis ipsa verissime accipi- tur, sine qua nemo ad cœlestes nuptias intromittitur.

Matth.27 Deniq; ipsa etiam per velum templi q̃d in morte mea ruptum est, proprie figuratur: quia per peccati mortẽ seu mortale peccatũ, & ipsa rũpitur: Hæc si nõ tibi suffi- ciunt figuratiue, audi adhuc alia de charitatis laude. Charitas est virtus virtutum, inter omnes virtutes te nens principatum. Ipsa nanq; cæteris virtutibus tri- buit vigorem, & cunctis bonis operibus pręstat valorẽ Quare & recte dicitur pondus sanctuarij, qua cuncta bona ponderantur in conspectu dei. Ipsa adueniente omnia sunt sana, ipsa abscedente omnia sunt inania. Sine ipsa nihil validum, cum ipsa totum sanctũ & me ritorium. Sicuti liquoribus cunctis supernatat oleum: ita super ỽtutes omnes ipsa tenet dominum. Vt inter metalla præfulget aurum, sic inter virtutes ipsa omne

1.Pet.4. excellit meritorium. Ipsa multitudinem cooperit pec catorum, & stolæ primæ reddit ornatum. Ipsa omniũ bonorum est mater, cuncta reddẽs pacata: & ideo me

Gala.5. rito inter fructus spiritus per Apostolum meum Pau- lum in capite locata. Charitas est gratia gratiarum, charitas est summa summarũ omnium meritoriorũ. Qui eam habet, nihil illi deest: qui eã nescit, omni bo- no deficit. Cum quo ipsa habitat, hic & aliorum bonis communicat: & quo amplius ipse se alijs impenderit,

tanto

tāto plus diues fit. Hęc est etiā illa, q̄ sola inter regni & perditiōis filios discernit: in q̄ sola quoq; lex pēdet & ꝓphetæ. Hæc est insuper summū sacrificiū ad placādū deum, sine quo nec martyrium, aut quodcunque aliud bonum, potest deo esse acceptum. Hæc quoque est illa virtus, quā diabolus maxime persequitur in homine. qa valde eam odit: cum nouerit, quod deus ipsam plurimum diligat. Contra hanc virtutem, nulla pręualet fortitudo, nulla potentia, nulla violentia. Quia ipsa cunctis est fortior, non metuens mortem, neque omnia mundi & inferni tormenta. Igitur qui eam habet, facile cuncta despicit, nihil est quod ipsum terrere possit. Qui eam habet, testimoniū habet, quia sit filius dei. Qui eam habet, perire non potest, etiam si totus mundus cōtrarius illi esset. Sic nanque ipsa hominem deo, & deum homini conglutinat inseparabiliter (quā diu adest) quod mortalis fit quasi immortalis, infirm⁹ fit insuperabilis, & terrestris fit cœlestis: imo fit quasi diuinus, ex participatiua vnione, qua in charitate iungitur deo. D O M. Audisti ne satis de laudibus charitatis, & placet ne talis virtus? D I S C. O clementissime domine, gratias tuæ clementię agant, oro, omnes sancti tui, quia docuisti me tam bona, cordi meo super mel & fauum suauia. O quā felix essem, si quippiam de tam nobilis & magnæ virtutis donariis adipisci possem. Eia bone domine, qui nosti seruuli tui desiderium, ne patiaris (quæso) mendicum tuum à te abire vacuum. Tu enim solus es, piissime deus, qui largiris charitatem.

Matth.7

¶Quantum humilitas valeat ad obtinendum charitatem. ¶Art. 8.

D O M.

AVdiui tuum intentum: quod quidem approbarem, si non videretur præsumptuosum. Tu nāque præsumis te dignum ad recipiendum tam pretiosum charitatis donarium: & non satis attendis, an habeas aptū ad hoc in quo ipsum recipias vasculū.

Vasculum loquor cor tuum: quod (vt nosti) est adhuc peccatorum & vitiosarum passionum spurcitiis plenũ. Vide igitur si sit iustum, vt tanta puritas in tam fœtentem proiiciatur cloacam. D I S C. O domine deus me⁹, parce obsecro, parce meæ temeritati, ignosce iniqtati, miserere infirmitati, succurre meæ cæcitati. Peccatorem me cõfiteor, beneficiis tuis me indignum fateor. Charitatẽ petere tamẽ præsumpsi, quia eam peccatorum multitudinem operiri intellexi. D O M. Verum dicis, quod charitas peccatorum multitudinẽ operit: sed intellige de his, qui peccata sua per contritionem & confessionem humiliter aperiunt: nõ de illis qui sua peccata ex timore aut tumore dissimulãt, aut abscondunt. D I S C. O domine, modo intelligo, quid vis. Puto enim, quod velis vt prius exhibeam humilitatem, antequam accedam ad charitatem. Prius debeo fundamẽtum humilitatis in me fodere: & post ad charitatis fastigium aspirare. Noui domine quod hæc est via regia, & hic ordo rationis est, vt primo purgationem recipiam, antequam quęram salutis medelã. O sancta humilitas, mater, custos, & ornamentum, cæterarum virtutum, veni ad me amore eius, qui te nos verbo & exemplo docuit, atq; ab hora suæ natiuitatis vsque ad mortem crucis, te in omnibus suis gestis comitem habuit: qui & matri suæ cunctisque maioribus suis amicis te tam familiarem fecit, vt in eis vbique reluceres. Veni obsecro in cor meum. Veni & dic mihi, quis ego sim, vt per hoc domino deo meo valeam placere, & ad charitatem aptus fieri. O veneranda humilitas, ope tua adiutus cognosco me peccatorẽ vilissimũ, omni miseria plenũ: attamen vane adhuc ꝓsumptuosum, nullo dei beneficio dignũ, dãnationi ꝑpetuæ vltra q̃ millesies (vt timeo) obnoxiũ. Peccaui nãq; innumerabiliter contra dominũ deum meũ, & in sctõs eius cõtra meipsum & in proximũ meũ, non tantũ ex infirmitate, & in sapientia, sed ex mera malitia. De qbus (vt timeo) nunq̃ satis contritus sum, nunq̃ sufficienter cõfessus

[Margin: 1. Pet. 4.; Matth. 11.; Phil. 2]

fessus:nec vnq̃ digne pro his,vt debui,satisfeci. Et nescio pro certo,si in cõspectu districti iudicis domini dei mei sint mihi dimissa peccata,aut forsan in futurũ reseruata. O misericordia mea,dñe deus meus,ne intres in iudiciũ(obsecro) cũ seruo tuo: q̃a nõ iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Tibi nanque propriũ est misereri semp & parcere. Non añt dubito dñe,quin multi sint in inferno ppetue dãnati,q minus te offenderunt q̃ ego. Attamẽ illos perdidisti,mihi pepercisti. Locũ pœnitẽtiæ & spaciũ vitæ mihi misericorditer indulcisti:illos e medio ad moriẽdũ indispositos tulisti. O deus meus, ad q̃tã tibi proinde obligor gratiarum actionẽ? Non tamẽ(prohdolor) sic facio:sed pctã peccatis q̃tidie accumulo,offensiones heu multiplico,& emendo me in nullo. Væ tibi duritia cordis mei,q nec timore horribilis gehennæ,nec amore cœlestis gloriæ ad cõpunctionẽ emolliris. Nõ ppter accepta beneficia nec ob imminẽtia supplitia cõcuteris: Silicẽ superans frigiditate,& adamãtem duritia,tuo torpore & obstinatione. Non tibi blandiaris nimiũ de dei misericordia, strictissima eius neglecta iustitia: Est em̃ & iustus & misericors, ita nullum relinquens malum impunitum, sicut nullum bonum dimittit irremuneratum: quam quãm vnum citra condignum,& vltra condignum reliquum exhibeat. O deus meus,qui non vis mortẽ peccatoris,sed magis vt cõuertatur & viuat,fac cũ me perdito peccatore vt fecisti cum latrone in cruce, cũ Magdalena,Petro,Paulo,Zachæo,Matthæo,& aliis peccatoribus, de quibus magnos fecisti sanctos. Hoc em̃ dñe magis erit ad gloriã nominis tui,cũ vez, vasa iræ cõmutas ex mera tua bonitate in vasa misericordiæ: & cum ea quæ apta erãt in interitum, assumis ad gloriæ cœlestis complementum. O sancta humilitas, gratias tibi,quia tetigisti vtcumque cor meum,rogo mane semper mecum,& para iter dominæ tuæ & meæ in me sanctæ vez, charitati. Scio quippe,quia q maior est in humilitate,hic est & aptior ad pficiendũ in charitate.

Psal.142 | Eze.18 | Luc.23. | Lucæ.7 | Iohan.18. | Actu.9. | Luc.19. | Lucæ.5 | Roma.9

 ¶De dĩ

¶De dilectione proximi, & quomodo hoc præceptum intelligatur. ¶Art. 9.

D O M.

Quia cognoscis teipsum, docebo te: qd vltra pertineat ad meum de diligendo præceptũ. Non enim mihi sufficit, vt diligas me, nisi etiam proximum tuum diligas in me, aut propter me. D I S C. O bone domine loquere, quia audit seruus tuus. D O M. Qui perfecte diligere vult deum, necesse est vt diligat & proximum, sicut seipsum. Hoc præceptum dilectionis innuit. Hoc rectæ rationis dictamẽ requirit. Quomodo nanque quis prudẽs credet te diligere talem dominum, cuius contemnis seruum? Constat etenim, quoniam qui quempiã vere diligit dominum, diligit non tantum & eius seruum, imo & ipsius canem: & quicquid pertinet ad ipsum. Itaque si vis vt credatur tibi, cum dicis diligo deum, ostende hoc erga tuum conseruum propter dominum. Alioquin dicet, quod mentita sit iniquitas sibi. Si eñ proximum quẽ vides, nõ diligis, deum quem non vides, quomodo potes diligere? Quis etiam diligit regem, & eius centẽnit imaginem? D I S C. Bone domine, libenter volo tui amore meum diligere proximum: sed rogo, doce me diligẽdi modum: & quis per vocabulum proximi accipiẽdus sit. D O M. Accipe per vocabulũ proximi omnem hominem: sit ille inimicus vel amicus, iustus vel peccator, Iudęus vel paganus: imo omne qd est beatũ, aut beatificabile, qualis est omnis homo viator, quales & sunt omnes sancti in cœlo, nec non omnes animæ in purgatorio: quales etiam omnes angeli boni sunt. Quia tales omnes sunt beati, aut beatitudinis capaces: & ideo tibi sunt diligendi, tanquã tui pximi. Sicque exclusos à dilectione huiusmodi, intellige solum spiritus malignos, & homines iam damnatos. Quia hi tales non sunt perpetuę beatitudinis capaces. Debes autem diligere proximum tuum, sicut teipsum. Intellige dictionẽ, Sicut, sane, vcz nõ scdm æqualitatẽ sed secun

Deut. 6. Matth. 22

1. Iohan. 4

Deut. 6. Matth. 22.

ſed ſecundum ſimilitudinem ,id eſt,dilige proximum ſimili modo,quo te diligis,ſi recte te diligis,non tamē tantum quãtum te diligis. Hoc eſt dicere: In eo in q̃ te diligis,illum dilige:hoc quod tibi cupis, etiam illi cu-piendo. Vide igitur,vt diligas proximum tuum ꝓpter deum,in deo,& ſecũdum deum, ex eiuſdem charitatis ſynceritate qua teipſum diligis,quãdo te recte & bene diligis,excluſa omnis ſiniſtræ affectionis corruptela, puta,carnis,cognatiõis,beneficentiæ,aut alterius hu-iuſmodi. Tunc autem recte diligis teipſum,cum te di-ligis propter deum,& ad dei honorem: vt deꝰ ſit finis huius dilectionis,non tuipſe. Sic dilige & proximum ſpiritaliter,videlicet hoc ſeruato ordine. Primum,vt diligas animam tuam. Secundo,animam proximi tui Tertio,corpus tuum,Quarto,corpus proximi tui. Ex his poteris elicere,quod plus diligere teneris animam proximi,quã corpus tuum. Et plus proximi corpus,q̃ bona tua temporalia. Et aduerte diligenter,quod or-dinata dilectiõe diligere debes & teipſum & proximũ, ad triplicia bona cõſequenda, ſcilicet ad bona ſupre-ma & maxima, quæ conſiſtunt in felicitate æterna:& ad bona media & magna,quę conſiſtunt in dei gratia, in virtutibus, & in bonis operibus,quibus medianti-bus mereri poteſt perpetua beatitudo: & ad bona infi-ma & temporalia,quæ cõſiſtunt in donis naturę,& for-tunæ bonis, mediantibus quibus homo poteſt (ſi his bene vſus fuerit) peruenire ad bona media,& tandem quoq; ad ſuprema. Verum contingit quandoque tali-bus abuti,& ſic melius foret homini his carere,quã ea habere: vt patet de potentia, diuitijs,& honoribus,de ſapientia,fortitudine,pulchritudine,ſanitate,eloquē tia,& cæteris tranſitorijs prærogatiuis: q̃bus (licet hæc dei ſint dona,& in ſe bona) multi male vtuntur,in dei iniuriam,proximorum grauamen,& propriam per-ditionem. Hæc bona vltima debes ſub differentia,ſub conditione,& ſub certo moderamine,& non ſimplici-ter,tibi & ꝓximo velle & optare, videlicet,ſi & in quãtũ

 prodeſſe

prodesse poterent ad dei honorem animarum& salutem. Et si quando in bonis huiusmodi proximũ damnificasti, age pœnitentiam, & labora ad restitutionem possibilem. Alioquin non credas te scdm charitatis legem ambulare. D I S C. Domine mi, o quã salutarẽ mihi tradidisti doctrinã: da vt eam implere queã. Adhuc tamen vnum me mouet domine, super q̃ peto responsum. Pręcipis nanque, vt diligam te & proximũ cur non etiam præcipis, vt diligã meipsum? D O M. Non fuit hoc necessarium, sed foret superfluum. Naturale nanque est, vt homo seipsum diligat. Sed & si recte sapis de dilectiõe dei, tunc etiam intelliges, quomodo dilectio tui, includitur in dilectione dei. Diligẽdo quippe recte deum, diligis tuum vere vnicum & summum bonum: diligendo autem tuum bonum, vtique diligis teipsum. D I S C. Gratias tibi dulcis domine, quod tam benigne audisti me. Intelligo nanq; iam ex propheta: quoniam qui te non diligit, sed iniquitatẽ diligit, ille non seipsum diligit: sed odit animã suã.

psal. 10

¶Dilectio inimici quomõ & quare sit adimplenda.

¶Art. 10.

D I S C.

Dixisti domine iam immediate, quomõ dilectio proximi etiam innimicũ cõprehendat: Ita, q̃d etiã tanq̃ proximũ diligere debeam meũ inimicum. Fateor domine, qa durus est hic sermo. Et qs potest eũ, non dico tantũ audire, sed & facto (vt tu vis) implere? Nosti dñe, qm̃ natura hoc non habet: quin ĩsmo recalcitrat, odio laborat, vindictã affectat, & læta fronte inimicũ respicere non valet: insup & sola inimici memoria hominẽ vexat. Sed & bestię ex naturali instinctu non cõsueuerunt diligere se lædentes: quin potius eos odio habent, licet diligere norint eos, qui ipsis beneficiunt. D O M. O pauper homuntio, q̃ simpliciter arguis. Dic quæso, an nõ plus sis q̃ bestia? Bestia ex naturali instinctu regit, tu rationis ductu. Illa mouetur sensu, tu intellectu. Illa moritur tota, quãdo caro

deficit

deficit: tu perpetuo manes, cũ spiritus corpus relinqt. Perpende igitur, si non obligatus sis merito, ad maiora quã bestia Non tamen nego hic adesse difficultatẽ, sed non concedo impossibilitatẽ. Quod igitur natura refugit, gratia operari valebit. Quare si per adoptiõis gratiã filius dei dici & esse volueris, necesse est vt patrẽ in virtutibus imiteris: qui ꝓ suis inimicis in cruce orauit. Queadmodũ & protomartyr meus sanctus Stephanus fecit, atq; nõnulli alij scti similiter egerunt. Attende Mosen & Paulũ: Quorũ primus optauit deleri de libro vitæ propter eos, q eũ voluerũt lapidare. Scds vo cõcupiuit anathema fieri pro eis, qui sanguinẽ ipsius sitierunt. Intellige, quod affectus in eis loquebatur, qui quasi securus de dei dilectione cõminabatur, qsi amãtis & amati seperationẽ, ꝓpter ꝓximi dilectionẽ: sine q si possibile fortis, noluit solus saluus fieri. Quod vtiq; magnũ fuit signũ in eis fraternæ charitatis. Vade, & tu fac similiter. Si aũt causaris de rei magnitudine, scias ei & magna ꝑmia reposita esse. Si oculos velles interiores apire, posses intelligere: ꝙ inimicus esset tibi diligẽdus potius q amicus. Quare? Quia ille est tibi causa merẽdi, si patiẽs fueris: iste vo coronã tibi minuit, qa nihil apponit. Et diligẽdo eos q te diligũt, similis es ethnicis & publicanis: imo & bestijs, q etiã diligunt suos benefactores. Sed diligẽdo inimicos, & eos q te oderũt assimilaris deo tuo, & ei⁹ magnis amicis. Modo elige, cui similari velis potius. D I S C. Gratias tibi pijssime domine, ꝙ ita bene informasti me. Vellem tamen libenter audire adhuc rationes alias, cur ꝑceperis mihi vt ꝓximũ diligam. D O M. Sit tibi ratio sufficiẽs, ꝙ ego q errare neqo, nec qm q decipio, hoc ꝑcepi & volo impleri. Tñ qa tardus es ad intelligendũ, audi adhuc. Proximus tu⁹ & tu venistis originaliter de vno patre Adã, igitur estis fratres, imo magis estis fratres ex vno patre deo, q vos ad imaginem & similitudinem suam creauit. Etiam eritis simul, si volueritis, regni cœlestis ciues & hæredes. Ego hominem quia maxime diligo

Lucæ. 23
Acto. 7.
Exodi. 17
Rom. 9
Gene. 1.

debes diligere & tu, quod ego diligo: alioquin tuã ad me dilectionem, pro nihilo reputo. Diligere teneris & que proximum: quia hoc est naturę consonum. Vides enim quod omne animal diligit simile sibi. Vnde nõ sine causa, discipulus ille quem maxime diligebam dicere frequẽter solebat: Filioli, diligite inuicem. Nouit enim hoc esse à me praeceptum. Et ideo addidit. Quod solum, si fuerit bene seruatum satis est. Apostolus meus quoq; Paulus, ponit efficacem diligendi proximũ rationem, qua diligẽter pensata, posses vtiliter manu duci ad dilectionem proximi. Comparat enim pluries corp⁹ meum mysticum (quod est ecclesia, cuius ego caput vtiq; sum) corpori organico seu naturali. Sicut autem in tuo corpore, vnum menbrum alteri non inuidet, sed membra se inuicem fouent, & quasi diligũt, nec vnum tantum sibi, sed & caeteris menbris seruit ac vno lęso, alia sibi compatiuntur: sic quoq; esse deberet, in corpore meo mystico int̃ meos videlicet fideles, in dilectione fraterna, vt vno gaudente, alĳ sibi congauderent: ac vno dolente, alĳ sibi cõdolerent. Hanc similitudinem si saepe prae oculis haberes, cito in dilectione fraterna proficeres, Et vt plura, verbis cõcludam paucis, noueris, quod ego solus debeo tibi causa esse dilectionis, tam dei quã proximi. Nec aliquam aliam debes tibi diligendi ratiõem assumere, si non vis errare, & gratis laborare. Attende super hoc, mellis similitudinem. Quid diligitur in melle? Nõne dulcedo? Itaq; si propter sui dulcedinem, mel diligis, certe diliges & fauum. Quare? Quia & in fauo mel habetur. Est enim fauus, mel in cera. Accipe igitur per mel, dulcedinem dilectionis diuinae. Per fauum vero, dulcedinem dilectionis fraternae, id est proximi tui, in quo est, aut si actu non est, esse tamen poterit, dei bonitas, iustitia, veritas, & cęterę virtutes quę à deo homini insunt, seu inesse poterunt. Si autem videris deficere mel faui, & receptacula vacua, dole, & ora deum, vt replere ea misericorditer dignetur. Si autem non est de hoc spes (pro

Philo.

1. Cor. 12. Ephe. 1. 5.

vt constat de spiritibus malignis,&animabus iã damnatis)tunc committe deo. Quia ad talium dilectionem,non teneris,cum deum &eius dona in eis nõ inuenias.Sicut igitur deum diligere debes,quia in se est bonus:sic etiam diligere debes proximum tuum,quia ex bono deo, bon⁹ est aut bonus fieri potest ex dei bonitate.Hoc est dicere summarie.Dilige deum,vt mellis dulcedinem, & propter seipsum, suasq; perfectiones: & dilige fratrem,vt mellis fauum,scilicet in deo, si fuerit iustus, aut propter deum, si fuerit peccator:q regredi tamen potest iustificandus, ꝟtutes dei in eo veras,non temporalia,carnem,diuitias, &c.amãdo. Ex his collige,quod licet duo sint præcepta charitatis, dei videlicet &proximi distincta,vnum tamẽ sine altero, rite impleri non potest: Quia non possunt in actione separari.Sed si perfecte diligis deum,diligis &ꝓximũ. Et si proximum recte diligis,tunc &deum diligis:siue ille sit amic⁹ siue inimicus,iudę⁹,pagan⁹,&c. DISC. O deus meus,parce peccatis meis. Quia nescio:an digne diligam amicos:heu,quomodo tunc synceriter diligere potero inimicos? Tuum donum hoc erit domine. Igitur quod minus est in me suppleatur per te.

¶Ad diligẽdum deum, quomõ mouẽt beneficia & perfectiones eius. ¶Art. II.

DISC.

MVltum necessaria,de ꝓximi dilectione(dñe) docuisti seruũ tuum:de quo valde regratior. Sed reuertamur,obsecro,ad primum,&maximum mandatum,scilicet de diligendo deum. Ibi eñ multa adhuc me mouent, sup q̃bus melius informari opto.Specialiter tamen libẽter haberem aliqua: meã tarditatem in tui amorem incitantia. Non enim satis me(prohdolor) mouet,quia tu hoc præcipis,quia facientibus promittis bona,& quia non curantibus,minaris mala:ideo adde quæso,aliq̃ attractiua. DOM. Miror de tua ruditate,cũ audieris sæpe,de diuina potentia, sapientia, & bonitate, an ne in istis copiosam

habeas amoris materiam. D I S C. Verum quidem est domine, q̃d dicis: sed & verũ est (pro vt nosti) quod ego dicere volo. Delectat me bone dñe tecũ loqui: q̃re rogo vt mecũ habeas pacientiam: & ne auertas à me indigno tuo seruo faciem tuam. Quicqd enim domine tu dic s, hoc magis mihi sapit, citi⁹ me illuminat, plus me inflãmat: & tenacius memoriæ meæ inhæret. D O M I. Multa sunt q̃ ad diligendũ deum, merito hominis mentẽ mouere debent. Beneficia solent facile mouere animũ, sed oportet te circa talia esse cautũ. Non em̃ deus est diligendus, tantum propter beneficia, aut munera, cum sic diligere consueuerint etiam ipsi adulatores, auari, inopes, & fatuę mulieres: sed potius deũ dębes diligere, propter suas multas & magnas pfectiones. Hoc est, ,ppter semetipsum. Dilige ergo deum, non tãtum quia tibi bonus, & tibi misericors, sed quia ipse in se est bonus, & quia in seculũ misericordia eius. Est tamen nihilominus deus propter sua beneficia diligẽdus, sed non tamẽ principaliter: nec solum ,ppter beneficia, sed principalius & maxime, propter ipsius perfectiones. Alioquin haberes deum viliorem, & dona eius meliora quàm ipsum: quia ipsum non diligeres, si tibi non benefaceret. Igitur cum multa gratiarum actione, debes eius recipere beneficia: sed non debẽt pedes affectionum tuarum illic sistere gradum, quinimo debent pergere vltra, vsque ad ipsum benefactorem, & in ipsum, per amorem intimum: ita vt in ipso solo principaliter tuus delectetur animus, etiam si nullum tibi conferret beneficium. D I S C. O domine, iam notabilẽ me docuisti pũctũ, gratias tibi. Scribe ipsum rogo in corde meo, ne obliuioni p me tradatur. Et dic q̃so seruo tuo aliquid, de tuis pfectionibus. D O M. Quamuis cœlũ & terra, & oĩa q̃ in eis sunt, dicant intelligentibus, de dei pfectionibus satis, tñ quia de numero simpliciũ es, cũ q̃bus libenter mea est sermocinatio audi Quis soli lucẽ, lunæ splendorẽ, & stellis fulgorẽ dedit? Quis noctis tenebras, & diei claritatẽm fecit?

Lucæ. 1 — Prou. 3

Per quē facta sunt elemēta & elemētata? Vñ est motus orbiū, & vicissitudo tēpo℞? Per quē in aere suspendunt nubes, vt qñq; pluāt, qñq; se contineāt? Vñ vis influēdi astris in inferiob⁹ istis? Quis spirat aerē, & quis vēto℞ facit alterationē? Quis volucrū species in aere discernit? Quis in eis penna℞ varietatē, & modulationū suauitatē posuit? Per quē fit maris fremitus, & tranquillitas eius? Quis aquis posuit terminum, ne cooperiant totam superficiem terræ? Quis numerabit piscium & beluarū in mari, & vndis varietatē? Quis terræ multiplicat fœcunditatem? Quis replet eam pecudibus, animantib⁹, reptilibus, & vermiculis? A quo viscera terræ & venæ dotantur, auro argento aliisq; minoralibus, ac pretiosis lapidibus? A quo recipiunt arbores fructū herbæ virorem, flores odorem, gemmæ medēdi vim, & radices sanandi effectum? Vnde inest melli dulcedo, aceto acedo, vngentis fragrantia, vino virtus corlætificandi, cibo vis corp⁹ sustentandi? Vnde est in hominibus complexionum varietas, linguarum diuersitas, morum singularitas, tantaque in faciebus discrepantia, vt vix duo ita similes inueniantur inter mille, quod in eis non notari aliqua possit differentia? Hæc sic vel breuiter perstricta sint, vt ex his sensibilibus, ei⁹ qui omnia hæc facit videlicet dei tui, elicias aliqualiter potentiam, sapientiam, & bonitatem, atque perfectionem. Sed longe amplius relucet diuina potestas in inuisibilius & cœlestibus, puta in spiritibus, humanis & angelicis, nobilissimis creaturis suis, & in eorum virtutibus, gratiaq; & gloria. Hæc tamen omnia parua sunt, respectu perfectionis illius quam habet deus in se: & quæ per se est ipse. Modo considera, an ne talis dominus sit honore & amore dignus. D I S C. O domine deus meus, quàm magnus & perfectus es in te, qui tam magnificus in tuis reluces creaturis. Eia quis mihi dabit, vt te digne velim, sciam, & valeam diligere toto corde, teque honorare, laudare, benedicere, & glorificare deuotissime.

Iob.26.

Psal.3

Nosti dñe,

Nosti domine, q̃a nullus præter te hoc mihi potest tri=
buere. Igitur qui moues affectum, confer etiam in his,
obsecro effectum.

¶Beneficia perticularia quomodo ad dilectionem
prouocant. ¶Art. 12.

DISC.

Pijssime domine dixisti superius, quod beneficia
habeant efficaciam prouocãdi ad dilectionem:
quãquã cautelam adieceris, de non sistendo ibi:
vellem ergo libẽter audire à te, quomõ me habere de=
beam in recogitando specialia beneficia tua illa, quæ
mihi indigno tam misericorditer & largiter concessi=
sti. Nosti enim, quod grossus sum. DOM. Cogita,
si quis tibi oculum erutum, vel nasum, manum, aut pe
dem amputatum, restitueret, quã dilectum talem ha=
beres. Igitur multo fortius vtique diligere debes eum,
qui te totum fecit secundum corpus & animam, dedit=
que tibi esse & viuere. Qui te non bestiam, non terræ
vermiculum, non insensatam rem fecit: sed creaturã
rationalem, æternæ beatitudinis cum sanctis angelis
capacem. Qui secundũ corpus te fecit sanum, integrũ,
robustum, non claudum, non cæcum, non monstruo=
sum, non defectuosum. Qui non permisit te in vtero
matris, in infantia in igne, aqua, aut alias in periculis
diuersis (pro vt multis contingit) ante legitimam æta=
tem interire. Quique à multis periculis animæ & cor=
poris te (vt nosti) per totam vitam tuam præseruauit:
imo & à talibus non nunquam miraculose liberauit.
Qui te multis donis, naturalibus, fortuitis, & gratuitis
honorauit: parẽtes & si simplices & pauperes, honestos
tamẽ & catholicos tibi prouidit. Si enim habuisses pa=
rentes infideles, puta paganos, vel Iudæos, etiam possi
bile est te fecisse vt ipsi. Quique tibi secundum animã,
cõtulit ingenium bonum, memoriam tenacem, ratio=
nem perspicacem, literarum scientiam competentem
virtutesque naturales & morales. Et (quod his ampli=
us est) q̃ tibi post natiuitatem carnis, concessit renasci

per sacri baptismatis gratiā secundum spiritum. Qui animam tuam sibi desponsauit per sanctam catholicam fidem. Qui etiam te non solum inter suum clerū, suosque ministros, leuitas & sacerdotes, sed & inter domesticos suos, scilicet inter religiosos, tam solennis religionis Carthusiensium annumerare dignatus est. Quique cætera bona omnia (si quæ habes) tibi gratis, absque tuo merito contulit, & plura alia contulisset, si te ad eius gratiam aptasses: atq; adhuc paratus est alia plurima beneficia cōferre, si tu ideoneum te ad ea faceres. Nunc itaque cogita diligenter, an ne talis benefactor sit tua dignus dilectione, vt eum sup omnia diligas? D I S C. O domine deus meus, quāta dignus sum confusione, & quanta demerui supplicia: quia nū quam pro tot, tantis, & talibus beneficijs, tanto benefactori fui vnquam gratus: neque te dominum deum meum pro his (vt debuissem) dilexi. Sed & (quod peius est) te ad iracundiam meis peccatis prouocare non erubui, mala tibi pro bonis reddendo. Et vt verum tibi fatear domine, quando tua dona in me recogito, meaque mala quę feci contra te, mente pertracto (quod vtinam frequentius facerem) mirum est, quod cor meum præ dolore nō rumpitur, & quod non totus in lachrymas amarissimas resoluor. Quia tam pium, magnum, & potentē dominum, tam grauiter offendi ego nequam seruus, stercus & vermiculus, puluis & cinis, ad nihil valēs domine, nec in aliquo vtilis, sine tua specialissima gratia. O domine deus meus, misericordia mea ignosce, & emendationem quæso largire.

¶Creatio & redemptio, quomodo ad dilectionem faciunt. ¶Art. 13.

D I S C.

Misericordissime dn̄e, dic rogo mihi figmento tuo, si qua sint adhuc alia in tui amorem incitantia. Nosti nanque mei tarditatem intellectus, & frigiditatem mei affectus. D O M. Satis es tardus & frigidus, si te nō mouēt, q̄ supra cōmemorata sunt

sunt. D I S C. O dulcis domine, mouent quidẽ, sed libenter haberem copiosam materiam pro fastidij expellenda miseria, & ad excitandam meam pigritiã, igitur ne irascaris, quæso, meæ importunitati. D O M. Quia pijs desiderijs, consueui promptus intendere, accipe quod petis. Tactum est immediate supra aliquid de hoc per quem factus sis. Audi nunc quomodo sis factus, atque post perditionem reparatus, id est, qualiter sis creatus, & redemptus. Quæ duo si bene pensares, sufficientem diligendi dominum deum tuum materiam haberes. Considera dilĩgẽter, q̃a factus à domino deo tuo es, quantum ad animam, ad eius imaginem & similitudinem. Ecce quanta nobilitas, habere in se imaginem, & similitudinem dei. Et cum in Adam per originale peccatum perieras, fact⁹ filius mortis perpetuæ, antequam esses natus in hac luce, ego propter te fieri homo non dubitaui. Mortalem me feci tui amore, vt à morte te liberarem: & ad vitam reducerem. Nolui te redimere auro vel argento, neque per angelum, vel vllam creaturam: sed placuit magis mihi hoc facere meo proprio sanguine, nimio tui victus amore. Ecce quanta pietas, seruum redimi domini sanguine. Ideoque pensa bene, si ego dignus sim viceuersa amari. D I S C. Fateor domine dulcissime, quod super dignissimus es omni amroe, q̃ possibilis est creaturę tuæ Et parce, quod nunquam digne te dilexi. Vtinã adhuc hoc possim facere, dñe, tuo ex speciali munere. Sed quoniam dixisti domine, me ad dei factum imaginem & similitudinẽ, obsecro, doce meam simplicitatem, q̃d sit in anima mea dei mei imago, & eius similitudo. D O M. Multa de hac materia dici vtiliter possent, sed accipe pro nunc parum inde pro tui informatiõe, quia inferius loquendum erit inde latius. Imago dei in anima tua relucet, si tuo pro modulo infatigabiliter memor dei fueris, deum intellexeris, & deum amaueris. Tunc enim facis hoc, quod semper facit deus: q̃a ipse semper meminit sui, intelligit se, & amat se. Ideoq;

totum in

totum quod viuis, debes referre ad memorandum, intelligendum, amandũ, atque ad laudandum summũ bonum, quod est deus. Hoc si feceris, creationis tuę dignitatem, qua ad dei tui imaginem secundum animã factus es, in te salubriter exprimis Similitudinem vero dei in anima tua ita intellige, si deum tuum consideraueris esse bonũ, iustum, misericordẽ, & sic de cęteris eius virtutibus: & eum imitari conatus fueris, vt etiam pro tuo modulo contendas esse bonus, iustus, & misericors, dei tui similitudinẽ vtiliter in te ostendis. Vides ergo quoniam dignior est imago, quàm similitudo. Nam similitudinem quandam habent cum homine etiam pecora, quia mouentur, comedunt, bibũt & sentiunt, sicut homo. Imaginem autem hominis nihil veraciter habet, nisi alter homo, eiusdem cum ipso naturę, cuius est imago. Pro his ergo dilige dominum deum tuum, & diligendo lauda, laudandoque perseuera. Quia ad hoc tam nobiliter creatus es. Quod si feceris indeficienter, eris beatus perenniter. D I S C. Eia domine deus meus, gratias tibi, qa tam dignanter me ami illuminasti cæcitatem. Da quæso seruo tuo, in his profectum efficacem. Hoc mihi domine (vt nosti) est valde necessariũ. Tua factura sum opus manuũ tuarũ.

¶De redemptione & vita redemptoris.

¶Art. 14.

D I S C.

Nondum satis dixisti (dñe) de reparatiõe, seu redẽptione mea per tuam facta passionẽ, qualiter illa facit ad tui dilectionẽ. D O M. Non possunt omnia simul dici, neq; multa simul capi. Audi igit nũc cõseqnter, qd postulas, ꝓpter tuã de imagine & similitudine q̃stionẽ dilatũ. Magnũ est qa te creaui: magnũ similiter ẽ, qa te redemi. Sed dic mihi in simplicitate tua, qd hoꝝ tibi videt maiꝰ: & qd te in his pmouet ãpliꝰ? D I S C. Dñe (vt veꝝ fatear) vtrũq; bñficiũ, creatiõis videlicet & redẽptionis, valde magnum est: me tamen magis mouet ipsa redemptio, quã creatio.

D O M.

D O M. Et quare hoc? D I S C. Domine, in mea & omnis creaturæ formatione videtur quod tua magis resplendeat potẽtia, quæ vt placuit omnia fecit: sed in mea & totius generis humani redemptiõe, plus videtur tua relucere charitas: quę se continere non potuit quin redimeret ꝑ te, quod perierat ex se. Etiam domine, sine labore cuncta creasti: sed maximo cum labore & dolore nos redemisti. Nam per verbum fiat, omnia facta sunt: sed per verbum incarnatum, crucifixum, & mortuum, quæ lapsa erant, reformata fuerunt. Nosti quoque domine, quod nihil nasci profuit, nisi redimi profuisset. Ergo pijssime domine, plus mihi sapit, magisq; me tibi afficit, & obligatiorem me tibi reddit, q̃ per te redemptus sum, quàm quod per te creatus sum. Domine si erro, doce me & ignosce, peto. D O M. Non erras sed recte iudicas. Habes etiam tecum cõcordantes in hoc patrum sententias. Vide igitur quomodo sis gratus, gratitudinem ostendendo dilectione, & dilectionem probando operis exhibitione. D I S C. Habeo, bone domine, voluntatem, sed tribue, precor, facultatem cõplendi, q̃ dicis, agendi quæ vis. Meum est domine applicare vasculum, sed tuum est infundere oleum. Da ergo pijssime domine, vt nunquam obliuiscar, quomõ vt nequam seruum redimeres, teipsum tradidisti. Vt reum mortis absolueres, mortem sponte subijsti. Vt mortem nostram occideres, vitam libẽter posuisti. Vt exules tuos ad cœlestem reuocares patriam per te, exilium. xxxiij. annis voluntarie pertulisti. Vt ouem centesimam & dragmam decimam recuperare posses, proprios humeros spontaneos supponere, & domum totam euertere, factus homo manens deus, non distulisti. Beneficia innumera nobis terræ vermiculis conuersando nobiscum exhibuisti, docendo, consolando, sanando, obsecrando, increpando, propter nos quoque vigilando, orando, ieiunando, discurrendo, & labores innumeros sustinendo. Et licet nostri amore hæc nostra infirma domine pertuleris,

Gene. 1.

Lucæ. 15

non tamen diuinitatis tuę virtus interim latere mortales potuit: quinimo in naturę mutatione, in spiritu um immundorum expulsione, & mortuorum suscitatione, mirifice resplenduit. Et quid pro his talibus ac tantis recepisti domine bñficijs a nobis miseris? Certe modicam gratitudinem, imo, quod peius est, iniurias blasphemias, contumelias, irrisiones, in dictis & factis tuis obseruatores, insidiatores, detractores, calumniatores, & tandem persecutiones manifestas. Nam dixerunt tibi Iudæi: Non est hic homo a deo, qui sabbatū non custodit. Vorax & potator vini est, amicus publicanorū. Homo peccator est. Samaritanus es: & dæmonium habes. O domine deus meus, quanta est tua patientia, qa tam humiliter sustinuisti talia. Gratias (dulcissime domine) tibi ago, vtinam acceptissimas: & desidero, vt omnes sancti tui id suppleant, quod miseriæ meę non valent. Omnia eñ hęc pertulisti mei amore. Heu q̃re ergo te nō cordialissime diligo, ego nequā seruus tuus, quē tu tamen ita vehementer diligis?

Iohan.9. Matth.11 Iohan.8.

¶ Passio domini summarie pro excitāda dilectiōe.

¶ Art. 15.

DISC.

GRatias tibi bone domine, qa tam laboriosam & dolorosam, mei amore duxisti in terris vitā: sed grauissimam & crudelissimam habuisti vitę finem, & mortem: vnde adhuc amplius tibi obligor. Et quamquam huius historiam sciam, audirem tamē libenter eam domine a te, vt ex tua collocutione valeam ad ampliorem tecum familiaritatem peruenire Loquere ergo, dulcissime domine, vt audiat seruus tuus, nō solum auribus corporis, sed potius auribus cordis intimis. DOM. Memento, & diligenter mente ꝑtracta, quomodo tui amore, pro tuaque salute, in vltima cœna me habui ad meos discipulos. Quid eis feci, & quę eos docui, ac qualia eis prędixi, vt & ipsi postmodum alios de his informare possent. Cum eis charitatiue cœnaui. Traditorem meum a cœna non repuli.

Matth. 26 Mari. 14 Lucæ. 21 Iohan. 18. Iohan. 17. Matth. 26 Mat. 26 Marci. 14 Luc. 22. Iohan. 18. Matth. 26 Zacha. 11 Matth. 26 Marc. 14 Iohan. 18. Lucæ. 22 Marci. 14. Psal. 128 Matth. 26. Lucæ. 22 Iohan. 18. Matth. 26 Lucæ. 22 Matth. 17 Psal. 37 Lucæ. 22 Iohan. 19. Marci. 14. Matth. 27. Marci. 15. Iohan. 19. Lucæ 23

Agnum paschalem ad terminandum veterem legem, cum eis comedi. Pedes eorum manibus proprijs laui, atque linteo deterſi. Cur hoc feciſſem, ipſis declaraui. Meipſum eis ex maxima charitate in cibum & potum ſub euchariſtiæ myſterio dedi. Sacramentum corporis & ſanguinis mei ſaluberrimum ſic inſtitui, & nouũ teſtamentum inchoaui. Sermonem longum, profundum, & omni ſuauitate plenum eis feci. Contriſtatos conſolari curaui. Patri meo eos commendaui. Non tantum pro eis, ſed & pro credituris per verbum eorũ in me oraui. Poſt hæc cum eis in montem tranſij oliueti. Scandalum eis venturum in me, aduentum meorum inimicorum, & Petro negationem prædixi. Orãdo ter ad patrem pro calicis imminentis ablatione, in tantam veni ſicut verus homo anxietatẽ, vt ſudor meus fieret tanquam guttæ ſanguinis in terram decurrẽtis. Interim appropinquabat Iudas cum armatis, qui & oſculo me tradidit illis, quibus me prius pro triginta argenteis vendidit. Fugiunt à me diſcipuli, Petrus dicit ſe me non noſſe. Inimici mei ligant me, derident me, trahunt me hinc inde vt latronem. Vix quiſquam mihi compatitur. Ex fuga diſcipulorum, & de eorum deſolatiõe triſtitia mihi augetur. Velant mihi oculos, ſupra dorſum meum fabricant, conſpuunt faciem meam, alapis & colaphis me fatigant. Subſannationes, blaſphemiæ, iniuriæ, contumeliæ, & vexationes quas ſuſtinui, non ſunt omnes ſcriptæ. A pontificibus, rege, præſide, ſcribis, phariſæis, & eorum miniſtris contemptus ſum. A filis teſtibus ſum accuſatus, ab iniuſtis iudicibus ſum condemnatus. Nemo pro me fuit, nullus mihi aſtitit. Ego tanquam mutus os non aperui, me excuſare nolui. Tanquam fatuum in alba me veſte deriſerunt, & velut culpabilem flagellis & virgis abſq; aliqua pietate corripuerunt. Veſte purpurea abiecta, vt fictum regem, me induerunt, ſpinis coronauerunt, arundinibus caput meum percuſſerunt, & arundinem pro ſceptro mihi in manum dederũt. Irriſorie

genua

genua coram me flectebant,& aue rex Iudæorũ,dixe- Matth.27.
runt. Alapas mihi dederunt,&faciem meam conspue
runt.Sine cessatione,crucifige crucifige contra me cla Iohan.19.
mauerunt. Tandemque optione eis data per Pilatum Matth.27
elegendi,elegerunt latronem:& me tāquam peiorem
damnari ad mortem crucis sua importunitate obti- Marci.15.
nuerunt. Supplicium crucis propriis portaui hume-
ris ad montem caluariæ inter latrones, quasi vnus ef- Iohan. 19
sem ex eis,cum fatigatione maxima. Vino myrrhato Mar.15
cum felle mixto me potauerunt. Vestibus me spolia-
uerunt.In terram me proiecerunt. Funibus in cruce,
sic me extenderunt, vt ossa mea omnia possent dinu- Psalm. 21
merari. Violenter nimis me clauis cruci confixerunt, Lucæ 23
&crucifixum inter duos latrones erexerunt.Illuden- Matth. 27
tes capita mouebant: vt de cruce descenderem, si rex Lucæ.23
Israel &filius dei essem,suggesserunt. Vnus latronum
etiam me blasphemauit. Sed & nimium auxit meam
afflictionē dolor matris meæ hęc vidētis,cuius cor no
ui.Quam & pro aliquali consolatione Iohanni com- Iohan.19.
mendaui. Ad tātam veni angustiam quod ad patrem Matth. 27
meum clamaui:Deus deus meus, vt quid dereliquisti Marci.15.
me? Cum sitio dixissem, aceto cum hysopo me pota- Iohan.19.
bant. Milites inter se vestimenta mea sibi diuiserunt, Ibidem.
& super tunicam inconsutilem sortem miserunt. Cau Lucæ.23
sam mortis meæ super caput meum Pilatus posuit li- Iohan. 19.
teris hebraicis,græcis,& latinis,scribens:Hic est Iesus Ibidem
Nazarenus rex Iudæorum. Post hæc omnia dixi:Con Lucæ.23
summatum est. Et nondiu post subiunxi: Pater in Psal.30
manus tuas commendo spiritum meum.Hoc dicto ca
pite inclinato tradidi spiritum,cum multis mirabili-
bus,quæ per totum mundum fiebant, in detestationē Iohan.19.
tanti sceleris,quod in me perpetrabatur.Quo facto la
tus meum lancea militis aperuit , vnde sanguis & a- Matth.27
qua veraciter exiuit. Deinde fui de cruce depositus ac
sepulturæ traditus:& quamuis reuerenter,tamē mul-
tum propter matrem meā &secum existentes dolēter

Hæc omnia tui amore,&pro tua sustinui salute. Nunc igitur vide bene, an meruerim vel non, vt diligas me atque vice versa patiaris saltem aliquid propter me. DISC. O domine deus meus, confundor nimis in meipso, quod nũquam, heu me miserum, te dilexi, vt debui. Et nescio si quidquam tui amore patienter tuli Domine da gratiam obsecro, vt emendare velim, sciam, & valeam me veraciter.

¶Circa passionem considerationes ad deuotiõem valentes. ¶Art. 16.

DISC.

COpiosam ministrasti mihi domine de tua dilectione tractandi materiam. Non tamen sic tangit cor meum, vt vellem: heu culpa mea. Vnde videt, q̃d rebus insensatis sim insensibilior, & lapidib⁹ (heu) durior. Cũ em̃ in cruce mortẽ sustineres, terræ mot⁹ factus est, tenebrę factę sunt, petrę scissę sunt, monumẽta aperta sunt, mortui surrexerunt tibi quasi cõpatiendo, & iniurias contra te factas, detestando: ego autem (prohdolor) parum tibi compatior. O magna peruersitas. Tu propter me pateris tam grauia, & vix cor meum tangere vult propter te compassionis affectio aliqua. Si essem tuis ex membris tuq; mihi caput, non possem vtique non dolere te dolente. Væ tibi duritia cordis mei. Si qua pietatis viscera forent in te, & bestiam pati videres talia, posses naturaliter, vt puto, non in merito ad condolendũ moueri: & non te mouet (heu) cum vides dominum deum tuum tã grauia propter te ex nimia sua charitate pↄpeti. O anima mea attende, imo omnia mea interiora, & exteriora considerate, & diligenter perpendite, quis sit hic qui patitur qualia sint quæ patitur, & ob quam causam patitur. Certe is qui patitur, est verus deus, vnigenitus dei patris, ac verus homo, primogenitus virginis matris, nobilissimæ complexionis, & ex consequenti, ipse est rex regum, dominus dominantium, & princeps regũ terræ. Ipse est etiam iudex viuoꝶ & mortuoꝶ, vnicuique

Matth. 27. Marc. 15 Luc. 23.

Isaiæ. 53.

Apoc. 19.

secun

scd̃m opera sua redditurus. Hinc vide (o anima mea) qualia sunt quæ talis ac tantus pati digna é. Talia certe sunt, & tam immania, quod per os prophetæ cõqueri cogitur & dicere. O vos omnes, qui transitis per viã attendite & videte, si est dolor similis, sicut dolor meus Responde ei, o anima mea, & dic: O domine, vere non est dolor similis. Tu nanque habuisti dolorem super dolorem propter multiplicem pass onem. Quã passus es in inferiori portiõe rationis animę, cui potẽtiæ sensitiuæ cõiũctæ sunt. Ideo ex sola terribilium imaginatione tristis facta fuit, teipso teste, anima tua vsque ad mortem. Passus es etiam toto corpore & in omnibus membris tuis. Quia à planta pedis vsq; ad capitis verticem, non mansit in te sanitas. Passus quoque es non solum in teipso, sed & in tuis tibi coniũctis, videlicet in matre tua tuisque discipulis. Quorum afflictiõem propter tuam passionem optime nouisti. Sed & augebat tuam domine miseriam ingratitudo illorum peccatorum, in quibus præuidisti tuam passionem non fructificare posse. Iam etiam vide, o anima mea, causam, propter quam hic talis ac tantus talia ac tanta patitur Ecce tu & ego sumus ei nostris cum peccatis causa tanti doloris. Vt enim pro nostris peccatis deo patri satisfacere, & ei nos reconciliare nosque de diabolica potestate. & à perpetua damnatiõe eruere valeat, tam crudelia tormenta amore nostri sponte tolerat. Non pepercit sibi dominus de⁹ noster, vt parcere possit tibi & mihi. O charitas domini dei mei, o peruersitas nequã serui, quã estis distantes. D O M. Quia bene arguis, docebo te, vnde amplius moueri poteris. Vide oculis tuæ mentis diligenter meam in cruce dispositionem. Sto nanque in cruce extentis brachijs, vt quotiens venire volueris ad me, in amplexibus suscipere queã te. Pedibus strictissime affixus sum cruci, vt intelligas q̃d recedere nõ possim neq; velim à te. Manibus sto confossis, vt scias, quod nihil continere velim de his quæ desiderantur à me. Et scias q̃d clam non retinẽt me in

Acto.4. Apoc.22 psal.68 Matth.26 Isaiæ.1. Rom.8 Bernard⁹. Augus.

Isaiæ.49. cruce, sed charitas, qua ab æterno dilexi te: si tamē in mea perseueraueris & tu dilectione. Propterea nanq, vt nunq̃ obliuiscerer tui, in manibus & pedibus meis descripsi te, tam fortiter, studiose & charitatiue. Imo & adhuc aliud quod his est maius propter te feci. Nam

Iohan.19. omnibus his quasi non contentus, lancea militis feci

Bernard⁹. tibi aperiri latus meum, vt tibi liberum darem introi

Phil.2 tum ad cor meum. Vt hinc quoq; intelligeres, ex quan ta charitate mortuus sum pro te, & tandem vt citius te

Iohā.6.13 ad me possem allicere & vt obligatius valerem astrin-

Matth.26 gere te mihi, vinculo perfectæ dilectionis, propinaui

Marci.14. tibi de latere meo post mortem meam veraciter san-

Lucæ.22 guinem & aquam. Sanguinem quidem in redemptio-nis precium, & aquam in ablutionem criminum: sic te sacramentorum hinc emanantium efficatia liber-tati restituendo, & innocentię redonando. D I S C.

1.Iohā.14 O charitas dei mei, imo charitas deus meus: nimis est vltra modum, quod pro me fecisti. Mirum est valde,

Augustin⁹ quod cor meum præ amore tui non rumpitur, quan-do tanta signa amoris in te ad se experitur. Vere tu es summus amicorum, cuius amor modum nescit, cun cta transcendit, nullamque comparationem admit-tit. Quis mihi tribuet vt aliqualem tibi vicissitudi-nem rependere queam? Scis domine, quia nullus ad hoc sufficit, nisi tu ipse. Igitur bone domine, rogo tran seat quandoque cum effectu in affectum, quod de tui dilectione capio per intellectum.

¶De amore violento, eiusque conditiōibus.

¶Arti. 17.

D I S C.

SI bene memini domine, dixisti superius, quod a-mor, dilectio, & charitas, pene vnum sint. Vellem ergo libenter informari de aliquibus, quæ de a-more dici solent: quia fortassis etiam valere poterūt ad nostrum de charitate propositum: Præsertim, quo-niam nonnulli loquuntur quandoque de amore vio lento; ideo desidero piissime dñe, vt de hoc digneris

meam

meam simplicitatem erudire. D O M I N V S: Materia de qua tangis, erit ad propositum non inutilis, si ea bene vti quis nouerit, gratia mea cooperante. Noueris igitur amorem violentum fore tantæ efficaciæ, vt amantis cor ardoris sui flamma ita valeat concremare, alienare, transfigere, & captiuare, quod amans non videatur sui ipsius compos: sed quasi totus in amati potestatem redactus, animam videlicet amãtis præ amati nimio desiderio vulnerando, ligando, languidam faciendo, & ei defectum inducendo. D I S C I P V L V S: Videtur mihi quod aliquando de hac materia legerim aliquid domine. D O M I N V S: Dic ergo quid legisti. D I S C I P V L V S: Magis vellem domine, quod tu diceres, & ego audirem. Plus enim me delectat, magisque ædificat vox tua. Veruntamen quoniam vis vt loquar, dicam in insipientia mea, quod memoriæ occurrit. Dicam autem orando, vt tu intendas exaudiendo. O amor vulnerans, o amor ligans, o amor languorem inducens, o amor defectum faciens, quando venies ad me, vt secundum te diligam dominum deum meum. O domine nunquam hoc fiet in me, nisi per te. Vulnera igitur obsecro, domine deus meus, & medullitus transuerbera omnia interiora animæ meæ, aculeo super meliflui amoris tui tam valide, vt ipsa anima dicere valeat veraciter: Vulnerata charitate ego sum. Ita vt abscondere intus nequeat vulnus amoris quod portat, quin certis foras prodeat indicijs, scilicet pallore vultus, maceratione corporis, profundis gemitibus, & altis suspirijs. Alliga etiam rogo domine tam stricte cunctas mẽtis meæ vires, vinculis beneficiorum tuorum, quibus me tam gratuite ꝓuenisti, naturam bonam donando, virtutes infundẽdo, & gloriam promittendo: vt quasi impotens mei & tuus totus nihil cogitare, nihil mentis oculis intueri valeam, nisi te vnicum animæ meæ dilectum siue dormiam, siue vigilem, siue quicquam aliud faciam,

Cãt.2.5

cęteris omnibus, tanquam nihili contẽptis. Langueat quoq; tota animæ meæ substantia post te, & ad te tuo salutifero liquefacta amore ita fortiter, vt nihil desi-

Luc. 10

derem, nihil requiram, & nihil sentiam, nisi vnum, nihil mihi sapiat, nihil libeat, nihilq; æstuanti aĩæ meæ refrigerium præstare queat, nisi vnũ. Sint cætera omnia mihi oneri, imo & ego mihipsi, vt hoc solum vnum apprehendere valeam, quod tantum sufficit quietare animam meam, cum quo vno & ego vnum fiam: qđ vnum vtiq; tu es domine deus meus benedictus. Deficiat etiam domine, in salutare tuũ anima mea: hoc est

Psal. 118

in te & ad te ipsum, q es saluator meus, deficiat. Sic aũt a se in teq;, & ad te deficere, est proficere. Deficiat ergo anima mea feruentissimi amoris tui igne totaliter cõcremata. Ita vt quodammodo extra se facta, & supra se rapta videatur nõ subsistere in se, sed in te, in amoris tui abyssum quasi absorpta, sentiendo non sentiẽs & velut amens facta, intelligendo non intelligens, nulla naturæ vi hunc defectũ prohibere valẽte. D O M. Ardua de amore petisti, quæ si obtineres, non parum profecisses. Veruntamen ego aliqua addam quę tu nõ

1. Reg. 3

tetigisti. D I S C. O bone domine loquere, quia audit seruus tuus. D O M. Pro adductorum per te confirmatione noueris, quod hic amor violentus, de quo nunc agitur, tangitur pulchre in literis sacris. Nam

Psalm. 17
2. Reg. 22.
Rom. 8

amor vulnerans, innuitur per prophetã qui ait: Diligam te domine fortitudo mea. Et per Apostolum, cũ ait: Quis nos separabit a charitate dei? Tribulatio an angustia &c. Sed amor ligans, tãgitur per prophetam,

Psal. 136
Psal. 62
Psal. 76

cum ait: Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. Item ibi: Adhæsit anima mea post te. Amor vero languens, innuitur per eundem prophetã cũ dicit: Renuit consolari anima mea, memor fui dei

Phil. 3

& delectat⁹ sum. Similiter per Apostolum: Arbitratus sum omnia vt stercora, vt Christũ lucrifaciam. Amor

Psal. 115

autem deficiens, tangitur a propheta dicente: Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi?

Item

Item ab Apostolo: Mihi viuere Christus est, & mori lucrū. D I S C. Gratias tibi bone dñe, quia tu suppleſti, quod neglexi. O supereminentia charitatis dei, quę parentū dilectiōem vincis, amorem obliuiſceris ꝓlis, affectionē trāſcēdis cōiugis, ꝓpriā aīam hominis in odiū vertis, & cūctas naturales vtutes trāſgrederis: qñ vis venire ad me? mihiq; hanc sanctā & salutarem facere violentiam amorosam, ad diligendum dominum deum meum, amore insuperabili, amore inseparabili, amore irremediabili, & amore insatiabili? Hoc enim vult dicere amor vulnerans, ligans, languens, & deficiens. O deus meus misericordia mea miserere mei. — Phil. 1

¶ Quomodo quatuor sunt gradus amoris violēti.

¶ Art. 15.

D I S C.

Quia vltra modū mihi suauia sunt, quæ tacta sunt domino de violēto amore, supplico nō displiceat de tam nobili materia plus tractare. Præsertim delectat domine audire de huius sancti amoris violenti gradibus, & graduum conditionibus si sit distinctio in his. D O M. Miror, quod in tam alta materia delectaris, cum tamen satis haberes agere, te exercitando adhuc in infimis. Vide igitur, vt curioſitatis vanitate non magis quā diſcendæ veritatis amore ducaris, & seducaris. D I S C. O bone domine, parce meæ præsumptiōi, si tibi non placuerit mea supplicatio. In tantum enim præsumo de tua pietate domine, quod meæ indignitatis non satis sum memor. Igitur dulcissime dñe, ne iraſcaris meæ temeritati, sed dic dignanter, quæ seruus tuus audiret libenter. D O M. Vicisti tua importunitate. Ideoq; audi quod cupis, de violento amore. Quando mihi complacet in aliquo, vt eū meo amore violento velim honorare, & dotare: tunc hunc ad solam recordationem mei tanta inebrio interius dulcedine, & meo vulnero amore, vt etiā foris innoteſcat in vbis: quasi habeat mel & lac sub lingua, & tāquam fauus distillans sint labia sua: ita ꝙd ex — Matth. 12

Luce.6. abundantia cordis os eius quoque loqui de amoris mei dulcedine sentiatur. Qua dulcedine amoris mei præuenire consueui eos, quos quandoque de seculi vanitatibus, ad religionis portum traho: ne videlicet obseruantiæ austeritate territi, retrorsum abeant, in Aegyptum reuertentes. Hæc dulcedo spiritualis designata fuit per manna, quo paui filios Israel in deserto, cum de Aegypto eos educerem. Et diligenter in similitudine hac aduertendum est quod antequam filij Exodi.16 Israel hac dulcedine essent digni, oportuit eos Aegyptum deserere, mare rubrum transire, ægyptios in mari perire, & cibos ægyptiacos deficere. Sic quoque prius usquam conuersos de seculo manna huiusmodi consolationis reficiam, necessarium est, vt mundum relinquant, non tantum corpore, sed & mente, amaritudinem maris, id est, mundi tristitiam pertranseant calcando Aegypti mores, id est, opera tenebrarum, Exodi. 14 cum curribus & equitibus suis demergant in mari cõ Exodi. 16 tritionis, ac cibos ægyptiorum, id est, carnales consolationes, amplius non gustare neque habere curent. Tunc demum manna cœlestis consolationis erunt digni. In hoc statu me amanti ita me exhibeo præsentem, vt tamen faciem meam anima eius non videat, infundoque ei suauitatem, sed contineo claritatem: accendo eius affectum, sed nondum illustro intellectum, ideoque ad sequentem aspirat gradum. Et hic potest dici primus gradus amoris violenti. Pro secundo gradu quod dicam accipe. Et consistit in hoc quod anima deuota sit amans, ita ligatur amati amore, eiusque ardet desiderio, vt dicere audeat: Si inueni gratiam coram oculis tuis, ostende mihi teipsum. Sed scias, quod antequam anima diligens & dilecta ad hunc ascendere mereatur gradum, necesse est, vt ferPsal.12 uenter petat, frequenter pulset, & fortiter perseueret, dicendo cum propheta sæpius: Vsquequo domine obliuisceris me in finem? Quare auertis faciem tuam a me? Et sic tandem quando mihi placuerit, misertus

animæ

animæ talis eleuo intellectum eius ad contemplan- dum, quæ oculus nõ vidit, nec auris audiuit: ita, quod postea poterit dicere cum propheta: Vidi dominum facie ad faciem. Et in hac illustratione tanto anima perfunditur gaudio, quod nũquam eius in posterum valet obliuisci, eodem gaudio, tanquam vinculo for- tissimo, vt sui impotens, alligata. In hoc statu cupit anima amans audire, quod videt: sed quoniam ipsum est inaccessibile (quia deus lucem inhabitat inaccessi- bilem) nequit hoc ex se perficere: ideoque consequen- ter ad tertium amoris violenti aspirat gradum. Et sic fit de vulnerata atq; ligata, quasi languida præ nimia amoris violentia. Fatigaturque ineffabiliter, donec per gratiam visitata & confortata, mereatur in diui- ni luminis rapi abyssum: ita, vt omnium oblita, etiam seipsam quasi nesciat, & totaliter in deum transeat, omnium carnalium desideriorum tumultuatione sõ- pita: sicque in huius animæ cœlo silentium fiat quasi hora dimidia, & quicquid molestiæ prius affuit, tunc absorbeatur à gloria. Et tunc anima hæc amorosa seipsam quasi exuens, diuinum quendam induit affe- ctum, visæ diuinę pulchritudini configurata, in aliam translata gloriam: quemadmodum ferrum in igne in aliam transmutatur formam. Hi sic amore meo lan- guentes propria nihil agere pręsumunt voluntate, ni- hilque proprio reseruare volunt arbitrio: sed tota- liter se meæ committunt prouidentiæ, inter prospera & aduersa æquanimes: nec occupant se aliis, nisi ad quæ violentus amor meus languens eos impellit. Ita, vt quasi sine libero essent arbitrio, cum tamen non sit ita: sed manente libero arbitrio, excellentior virtus ipsum p gratiã mouet & in eo operat. Hoc ꝓ tertio sit dictũ gradu. Verũ huic animæ amorosę, & iam q̃si dei- formi, adhuc q̃rtus restat ꝓ sui pfectione gradus amo ris violenti: non quidẽ exaltatiõis, sed humiliationis. Oportet nanque, vt anima hæc ad instar mei obediat ad omnia amore dei, etiam vsq; ad mortem, ponẽdo

Isaiæ.64.
1.Cor.2.
Gene.32

1.Timo.6

videlicet

Matth.26. videlicet quandocunque necesse fuerit, animam suam pro fratribus: nullam propter deum metuens aduersitatem, neque mortem quãcumque: sed magis cupiens me cum fieri deo patri in holocaustum odoris suauissimi Et sic primum homo erit in mea dilectione consumatus, vice in hoc quarto violenti amoris gradu. Quia maiorem charitatem nemo habet, vt animã suam ponat quis, pro amicis suis. Per hunc gradum fit homo deo maxime similis, quõ fit cum eo quodammodo inpassibilis & immortalis, ex quo pati & mori non metuit. D I S C. O domine deus meus, quã magna sunt quę dixisti, supra me sunt lõge. Timeo, quod nunquam te his amoris quatuor gradibus possim diligere. Laus nihilominus tibi, quia ostendisti mihi perfecti & violenti amoris gradus. Bonum mihi, vt saltem desiderẽ, etiã si non totum apprehendam.

¶ De angelorum dilectione secundum choros.

¶ Art. 19.

D I S C.

IN superioribus dñe ostendisti seruo tuo, quomo do operum tuorũ perfectio & excellentia possunt cooperari ad tuam dilectionem, si attente considerẽtur Vnde videtur meæ simplicitati, quod spiritus angelici, qui hæc melius norunt & te etiam absque his clarius vident, in tua dilectiõe sint feruentiores & perfectiores, quã nos mortales simus, aut etiam hic esse possimus. O igitur quã libenter vellem domine audire aliquid de spirituum cœlestium dilectiõe: si de auditis possem fortassis quippiã etiã in vsum meũ trahere. D O M. Auidus es satis ad sciendum, vtinam & sic ad faciendũ D I S C. Domine vtrumque in tua consistit potestate, parũ in mea voluntate. D O M. Ne te excusare vales per ignorantiam, audi quę tibi pandam. Noueris

Angeli. igitur, quod spiritus cœlestes, qui angeli nuncupantur multum me diligunt. Ideo, quia irrepercussa mentis acie multam iudiciorum meorum abyssum intuẽtur: quorum iudiciorum dilectione ipsi sunt beati, gloriãtes atque

gauden

gaudentes hinc, quoniam mediāte eorum ministerio eadem iudicia mea palam fiunt in creaturis, executioniq; demandantur. Et in hoc specialiter consistit dilectionis eorum materia. Archangelos quia ad mea admitto cōsilia, hoc mirabiliter eos delectat, gaudentq; quia dispensanda hæc eis per me credūtur. Vnde & rationem hinc hauriunt specialem me diligendi. Virtutes vero quia virtutū & prodigiorum singulariter norunt in me occultas causas, & ad exhibendum ea quandoque destinantur, ex hoc mea in dilectione specialē habent prouocationem feruendi. Potestates autē, qm̄ crucis meæ specialiter contemplantur potentiam vbiq; attingentem, delectantur modo miro hanc magnificare, & cum hac hominum & dæmonū (quando opus est) temeritatem humiliare, causam me diligendi specialem hinc colligentes. Principatus quoq; cognoscētes in me, quomodo ego sum principium omnium, & primogenitus omnis creaturæ, ineffabiliter in hoc delectantur, me diligentes, vnde capiunt à me potestatē principandi, regnaq; terræ & principatus moderandi deponendo videlicet, cum hoc ego voluero, potentes de sede, & exaltando humiles. Dominationes, meum speculātes super cuncta dominium, & quomodo cum voluero ad nutum meum sunt omnia, & quomodo nihil fit in creaturis sine mea voluntate, sine quacūque tamen mea inquietudine, delectabilissimam hinc sibi assumunt me diligendi causam: iucundātes inæstimabiliter in hac speculatione: cum tanta pace, tranquillitate, & securitate, vt cætera spirituum beatorū agmina militare & ministrare videantur, his spiritibus pausantibus, tanquam eorum dominis. Et quamuis prælibatis spiritibus beatis singulis copiosa sit ratio me diligendi, prout audisti: est tamen altior & maior me diligēdi causa spiritibus illis beatis, q Throni dicti sunt. Nam hi tanta mihi familiaritate iuncti sunt, quod in eis quasi residens, per ipsos tanquā de consistorio immediate doceo angelum & hominem scientiam: ita, vt singu

Archāgeli

Virtutes

Potestates

principat⁹ Apo. 1. 21.

Dominationes.

Throni

vt finguli in cœlo infra eos,& in terra vniuerfi ab eis recipiant iuxta meum beneplacitum , ad meum honorem,& ad vniuerfitatis conuerfationẽ,dignitatum &officiorum fuorum moderamen &gubernationem Cherubim autem fpiritus hauriunt de me,qui ęterna fum fapientia,fcientiæ plenitudinem. De qua admirantes &lætantes in immenfum,me maxime diligũt: fapientiæ donum ad meum quoque nutum,prout mihi vifum fuerit,pro vniuerfalis ecclefiæ directione & omnium falute fingulis diftribuendo· Seraphim vero fpiritus beatiffimi præ omnibus enumeratis beatis fpiritibus,caufam habent me diligendi hinc potiffimam,quia ego qui charitas fum,eos adeo mihi vniui, &in amoris mei pelagus abforbui, vt vnus fpiritus mecum omnino effe videatur. Quemadmodum apparet in aere quem ignis inflãmat, vnde recipit aer ignis calorem,& colorem: ita,vt aer nõ tantum ignitus,fed & totus ignis factus videatur. Et quoniam horum feraphicorum fpirituum dilectio declaratione indiget ampliori,fi fane intelligi debeat:ideo in confequentibus de hac plus dicendum reftat. D I S C. Pulchra dixifti mihi domine de angelicorum fpirituum dilectione,quibus licet affimilari nequeam,largire tamen rex angelorum,obfecro, vt eos faltem in aliquo imitari valeam:te videlicet ob tuorum æquiffimorum iudiciorum profunditatem diligendo cũ angelis,propter confiliorum tuorum arcana cũ archangelis,ob mirabilium tuorum magnificentiam cũ virtutibus, ob tuam fummam potentiam cum poteftatibus.Diligamque te vt omnium fontalem principalitatem,cum principalibus·Cum dominationibus,propter tuum imperturbabile dominium.Cum thronis, ob tranquiliffimam tuam gubernationem.Cum Cherubim,ob fcientiæ tuæ profunditatem. Et cum feraphim,propter maximam tuam ad creaturas tuas dilectionem.Quia nihil odifti,eorum quę fecifti.Sicut autem (prout domine tu nofti) cœleftium harũ virtutũ dilectio

Cherubi. Prou.8. Eccl.24 Seraphim 1.Iohan.4 Sapien.11

dilectio est continua, & per nihil impediri, auerti, aut interrumpi potest, quin semper feratur in te, ita largiare mihi tuo pauperculo, vt saltem ad instar eorum te & ego diligam fortius & frequentius absque peccati interruptione.

¶De seraphico amore, eiusque gradibus.

¶Art. 20.

D I S C.

PRomisisti domine, de dilectione seraphicorum spirituum plenius velle differere, expectat seruus tuus promissi impletionem. Multum desidero nanque domine, audire aliquid de modo diligẽdi tam nobilis creaturæ: in qua vtique dilectio est perfectior, quam in creaturis tuis rationabilibus ceteris.
D O M. Audi quæ dico, & cura, vt aliquid inde in tuum vsum trahere possis. Alioquin quid prodest multa scire, & ad scientiæ fructũ nunquã peruenire. Gradus esse noueris in hoc seraphico amore. Quorũ primũ dicere consueuerunt patres mobile. Et non incõgrue Quia hic amor seraphicus nullam patitur in amãdo interruptionem, per aliquã pausam aut quietem: sed continue & irremissibiliter fertur & mouetur semper in suum amatum, suique amoris obiectum, hoc est in deũ. Post hunc gradum sequitur alius seraphici amoris gradus, quẽ nonnulli dicunt incessabile, id est, sine cessatiõe: hoc est, infinibile & interminabile. Quia iste amor seraphicus nullũ recipit suæ magnitudinis intẽtiõis, vel augmẽtationis, in sua actione terminũ. Cum ipsius obiectũ, in q̃d fertur, idest deus, sit infinitæ potentiæ, sapientiæ, & bonitatis, pulchritudinisque, pietatis, & iustitiæ. Bene ergo dixit, qui ait: Veræ diligendi deũ modũ esse, sine modo: quia infinitus est deus. Deinde ponunt aliqui in amore seraphico pro gradu tertio, calidũ. Et quidem satis congrue. Sicut enim prima actio ponderosi aut leuis, est ad locum sibi connaturalem, scilicet deorsum, aut sursum: quemadmodum patet in lapide, & plumis, nec non in terra & igne.

Auguſt.

Ita opes

Ita operatio virtutis amatiuæ ipsius seraphici amori (quæ bene igni comparatur) semper sursum tendit in suum obiectum desideratum, puta in deum. Quia hæc ignea amoris vis, nullo modo qescere valet, nisi in loco sibi connaturali. Et quamuis nondum ad nutũ penetret suum amatum, est tamen in quadam continua in ipsum tendẽtia. In qua quidem dulciter ardet, & ardendo in immensum se dilatat, in gaudio ineffabili, sibi soli cognito. Habet hic amor seraphicus etiam in se pro gradu quarto, acutum. Acutum autem in naturalibus dicitur, quod in motu est velox, & in penetrando subtile, per quę duo, in quod tendit peruenit: Sic & iste amor seraphicus beatissimorum horum spirituũ á suo cessare nequit motu, quousq; amatum suum citissime & subtilissime nõ solum attingat, sed etiã quãtum possibilitas admittit, vsq; ad intima tam profunde penetret, vt modo mirabili vnum suo cum amato factus videatur. Est quoq; in seraphico amore, adhuc gradus altior, videlicet quintus. Qui á nonnullis iudicatur esse summus, & vocatur secundum tales super feruidum. Cui tamen alium supersternunt gradũ aliq quem dicunt simpliciter feruidum, Et nonnulli huic supperponunt gradum adhuc alium tãquam summũ, quem dicunt inaccessibile. Qui tamen gradus duo, scilicet feruidum & inaccessibile, secundũ alios in cæteris gradibus satis cõprehensi vidẽtur. Bene aũt hic summus seraphici amoris gradus superferuidũ nominatur. Quia habet se secundũ aliqualem similitudinem quodãmodo ad instar aquæ bulientis, quæ ex nimio feruore extra & supra se saltat continue, licet sua naturali ponderositate relabatur econuerso in se. Si vero naturæ virtus ad hoc sufficeret (quod tamẽ nõ potest) vt feruor bulientem aquã in sursum eleuatione, absq; relapsu posset retinere: tunc talis aqua dici mereretur proprie superfeuescere, id est, plusq̃ feruida fore. Ita & iste seraphici amoris gradus iuste dici potest superferuidus, quia sic in suũ amatũ tendens, se supra se

eleuat

eleuat, feruore tam ineffabili, quod nunquã in se relabitur: imo & (quod amplius est) vt suijpsi⁹ nescius, & extra se factus, totaliter in sui transeat amoris obiectũ, in eodem irremissibiliter, & intimissime cõtinue versando. Et in hoc consistit proprium ac singularissimum ipsius seraphici amoris priuilegium. In quo nullus amor alius, quantũcumque feruens, potest eidem comparari. Vnd: bene dixit ille qui ait: Non perfecte nec vere diligit, qui cum eo quem diligit, etiã adhuc seipsum, aut aliqd aliud diligit. Amor quippe imperfectus est, quam diu non se totum perdit in amato sed cogitat adhuc de seipso. D I S C. Ignosce pijssime domine, quia tàm altam & nobilem materiam indignus audiui, nescio ob quem fructum. Est eñ nimis vltra me. Regratior tamen tuæ pietati, quia condescẽdere non dubitasti desiderio serui tui. Domine vt fructum pturiat in me lectio tam preciosa, hoc in tua stat principaliter potestate. Fiat igitur, peto domine, misericordia tua super me, quemadmodum speraui in te.

¶De imagine & similitudine dei in anima.

¶Art. 21.

D I S C.

Recordare, precor dulcissime domine, quomodo in superioribus promisisti: quod velles me de imagine & similitudine dei in anima mea informare latius. Præstolor igitur, pmissum, imple (quæso) pauperculi tui desiderium. D O M. Non ego promissionem, sed reseruaui ad congruam loci opportunitatem eius impletionem. Hoc autẽ scire te volo primum, quoniam non parum tibi prodesset ad cognoscendum deum ipsumque diligendum, si bene theologice atque scholastice nosceres animæ tuæ quidditatẽ eiusque nobilitatem. Intellige igitur, quomodo deus est, viuit, & sapit: ita & anima rationalis pro modulo suo, est, viuit, & sapit. Et quamuis anima rationalis sit vnius naturæ, habet tamen tres in se vires, in quibus consistit: intellectum scilicet, voluntatẽ, & memoriã.

Et ſicut in diuinis ex patre gignitur filius, & ex patre & filio procedit ſpirituſſanctus: ita ſuo modo ex intellectu generatur voluntas, & ex his ambobus procedit memoria. Rurſum quoq; ſicut deus pater & deus filius & deus ſpirituſſanctus, eſt tãtum vnus deus, & non tres dij, attamen tres pſonæ: ita anima intellectus, & anima voluntas, & anima memoria, tantum vna eſt anima: & non tres animæ in vno corpore: quãuis tres nihilominus ſint vires. Ecce habes glorioſæ trinitatis imaginem. Accipe etiam eiuſdem in rationali anima ſimilitudinem. Deus eſt charitas, bonitas, iuſtitia, ſanctitas, miſericordia, gratia & gloria: & ſic de cęteris ſuis intellige perfectiõibus: pro vt etiam ſupra tactum eſt: Ita deus imagini ſuæ, id eſt, animæ rationali, indidit, vt (ſi non ad omnimodam, ſaltē ad aliqualem conformitatem) habeat in ſe dei ſimilitudinē, ſcilicet vt homo animal rationale habeat charitatem, ſit bonus, iuſtus, ſanctus, miſericors, & ſic intellige quoque de alijs virtutibus: in quibus quanto quis perfectior fuerit, tãto cõditoris ſui ſimilitudinē plenius in ſe oſtēdit, eiq; ꝓpinquior & acceptior erit. D I S C. Non ſum immemor domine, quid in principio dixeris, cũ declarares mihi, quomodo intelligendũ ſit, ex toto corde, id eſt, intellectu, ex tota mente, id eſt, memoria: & ex tota anima, id eſt, voluntate. Ideoq; recognoſco, quod mihi bene eſt neceſſariũ, vt de anima rationali aliqd intelligã. D O M. Quia ſapis huius ſcientiæ vtilitatē, dicã tibi plus de animæ tuæ nobilitate. Ecce deus vnus eſt, ſemper & vbiq; totus, omnia viuificans, mouens, & gubernans, prout Apoſtolus meus Paulus loqtur dicens In ipſo em̄ viuimus, mouemur, & ſumus: Ita anima rationalis ſuo in corpore vbiq; tota viget, illud viuificãs mouens, & gubernans. Et quãuis eadē anima non ſit in ſe diuerſa, diuerſa tamē per ſenſus operatur. Eſtq; anima ſcd̃m modulũ ſuũ ita in ſuo corpore, ſicuti deus in vniuerſo modo, interius puta, exterius, ſuperius, & inferius. Regēdo qppe ipſa eſt ſupius, portãdo ē inferius

1. Iohan. 4

Actu. 17.

replendo

replendo est interius, sed circundādo est exteri⁹. Sicq; anima est interius, vt extra sit: sic circūdat, vt penetret: sic possidet, vt portet: & sic portat, vt tñ pssideat. Et quē admodū deus crescentibus creaturis nō crescit, nec eis decrescentibus decrescit: ita & anima rationalis minutis corporis sui mēbris non minuitur, neq; membris auctis ipsa augetur. Ecce quandā rationalis animæ in his hābes deiformitatē: & per consequens ipsius excellentiam, & maximā nobilitatem. Quam nobilissimā excellentiam animæ suæ si homo diligenter attenderet, mirum, si vnquam per peccata degenerem & ignobilem se fieri consentiret. D I S C. Domine gratias, vtinam vberes, refero, quia tam vtiliter instructus sum sacro tuo eloquio. Et oro, bone domine, vt nobilitatem reformare hanc in anima mea misericorditer digneris, conseruare, & consumare, in tui laudem & mihi in salutem, aliisque (quantum expedit) ad ædificationem. Da etiam, obsecro piissime domine, vt pro gratiarum actione anima mea te tam feruenter ex omnibus suis viribus & potentiis diligere velit, sciat & valeat, vt peruenire tādem mereatur illuc, vbi fulget quod non capit locus: vbi sonat, quod non rapit tempus: vbi redolet, quod non spargit flatus: vbi sapit, quod non minuit edacitas: vbi inhæret, quod non auellit satietas: vt illic domie te videā sine intermissione, cognoscā absq; diminutiōe, te amē sine offensione teq; laudare merear perpetue absq; fatigatione.

¶De dilectione perfectorum & imperfectorum.

¶Art. 22.

D I S C.

APplicationē desideraro dñe hor, q̄ dignanter effudisti de anima: quō vez, hæc faciāt ad dilectionē tui. D O M. Propterea vbū tibi feci de anima, vt scires, quō pfecta fieri habeat in anima dei dilectio. Non potest aūt hoc pfecte fieri, nisi potētiis animæ seu viribus eius recollectis: ita, vt ipsa toto affectu, ex omni intellectu, & cum omnibus suis viribus,

 tendat

tendat in vnũ: hoc est in solũ deũ, cæteris omnibus se clusis. Hoc scilicet vnum solum desiderando, requiren do, & intimi amoris brachijs indesinenter amplexan do: sic vt vnus spiritus cum deo factus videatur ho mo per amoris purissimi & feruentissimi liquefactio nem, per serenissimæ speculationis illustrationem, & per intimissimã in dei vultu ab omniũ exteriorũ stre pitu absconsiõem, cum quietissima diuinę dulcedinis fruitione, quã timentibus se seruiliter vtique domin9 merito abscondit, sed diligentibus se filialiter ostẽdit Vbi omnes vires & potentiæ animæ à suis dispersioni bus in vnum congregatæ, atque in vnum verum sum mũ & simplicissimũ bonũ suspensæ, in quandam diui nę conformitatis perpetuæque stabilitatis similitudi nem necesse est transformentur: sic, quod reliquiæ co gitationum nulli nisi illi summo bono, quod est deus diem festum agant, maneatque motuũ & sensuum ex teriorum & interiorum quisq; apud se, ne contra le gis præceptum ostium mentis præsumat egredi: qua tenus sic soli deo totus interior & exterior homo sab batizare valeat, neque dilectam huiusmodi animam ita in cœlestis sponsi amplexibus quiescentem qsquã suscitare audeat, donec ad sponsi nutũ ipsa velit. En modo audisti, quomodo fieri habeat perfecta dilectio per virium animæ recollectionem internam, qua mẽ tis dispersio seu euagatio cohibetur. Et proprie ad cõ templatiuos hæc pertinet recollectio atque perfectio huiuscemodi. Ex præmissis collige, quod quamdiu ra tio, memoria, & voluntas, quæ potentiæ animæ nomi nãtur, non sunt in te ex toto impressæ deo, anima tua non meretur dici deiformis: cum tamen animæ ratio nalis forma sit deus: cui formę anima habet imprimi, tanquam signatum sigillo. Quod quidem fit, cum in anima ratio cognitione dei (qui est summa veritas) ꝑ fecte pro sua capacitate illuminatur, & volũtas in dei amore (quia ipse est summũ bonũ) digne inflãmatur, ac memoria in dei fruitiõe (qa ipse ẽ summa felicitas)

Psal. 75

Exodi. 20
Leui. 20

Cant. 2

plene

plene absorbetur. Et quoniã in horum perfecta consu
matione consistit æternæ gloriæ beatitudo: quæ non
nisi in patria cœlesti complete reuelabitur: colligere
hinc potes, quomodo horũ perfecta hic inchoatio est
viatoribus in via possibilis pfectio. D I S C. Dixisti
domine mihi facturæ tuę de dilectione perfecta plura
in prioribus, quæ libenter audiui: sed ego adhuc indi
gerem informari de dilectione imperfectorũ, seu inci-
pientium, vt mihi videtur. Ex carnali quippe concupis
centia propagatus, & in vitijs carnis enutritus, mole-
q; carnis grauatus, possum (vt nosti) difficulter & vix
ad amorem spiritus, seu ad dilectionem spiritualem,
me erigere cum potentijs animæ meæ, pro vt docuisti
me. Adiuua igit me, obsecro dulcissime dñe. D O M:
Incipe ergo ab amore carnali, quem naturalem voco,
vt sic gratia ductrice ad dilectionem superinfusam at-
que gratuitam merearis aspirando quandoq; perue-
nire. Itaq; quemadmodũ naturaliter diligis teipsum
propter te, atque deum etiam propter te: quia nosti te
beneficijs eius indigere: sic disce cum dei adiutorio in
hac dilectione non sistendo, sed proficiendo, deũ quo-
que diligere non tantum propter te, nec ob propriam
tuam vtilitatẽ, sed propter seipsum, id est, propter eius
infinitam bonitatem, quæ summa dilectione & omni
laude est digna. Deinde disce nihilominus quoque vt
diligas te, non propter teipsum, sed propter me, & ob
honorem meum. Quod fieri gratia ductrice poterit, si
tu ad instar mei, qui homo factus dilexi te dulciter, for
mam seruilem induendo: sapienter, naturę corruptio
nem caute vitando: & fortiter, mortem crucis sponte
p te subeundo: dilexeris similiter me cordialiter, pru
denter, & perseueranter, contra mundi illecebras, dia-
boli astutias, & aduersantiũ persecutiones. D I S C.
O domine deus meus, quanta est difficultas in rebus
istis. Miserere misero tuo, misericordia mea.

Phil. 2

¶ De sex gradibus throni Salomonis, cũ petitione
pro charitatę. ¶ Art. 23.

MVlta vtilia de charitate seu dilectiõe dixisti, domine, seruo tuo: adhuc tamen occurrunt aliqua mihi de huiusmodi materia, in qbus desidero humiliter informationem ex tua gratia. Prę sumo quippe, quod tibi non displiceat de charitate tractare. D O M. Si non curiose, sed religiose quęsieris: & si non solum ad sciendum, sed etiam ad faciendum intētio tua fuerit, nõ displicebit tua inqsitio. D I S C. Tu nosti domine cor facturæ tuæ, quod si fuerit rectũ in cõspectu tuo, laus tibi: si aliter se habuerit, ignosce precor mihi. Legi nanque de throno regis Salomonis quem & alij dicunt ferculum Salomonis, alij solium: quomodo ad hũc per sex ascendebatur gradus. Et additur ibidem prę sertim in Canticis canticorum, quod hoc fiebat ascẽsu purpureo media charitate cõstrato. Puta domine hic aliquid mysterij de charitate signatũ Quod peto humiliter domine elucidari. D O M. Ita est, vt dicis. Intellige ergo in primo gradu throni eum amoris charitatiui gradum, qui in suauitate mẽtis cõsistit: quo agitur, vt amor meus fiat cordi hominis super mel & fauum suauissimus. In gradu throni secundo accipe insatiabiles famem & sitim desiderij, q̃ fit, vt cor hominis ineffabiliter meo amore æstuet, cætera cuncta fastidiendo. In gradu throni tertio, suscipe mei amoris incẽdium: quo cor hominis ita feruet, vt omnes adulterinas affectiones consumant: quemadmodum calor solis nebulas, & de terra vapores exhalantes consumit, & exiccat fontes aquarum. In gradu quarto, potes bene accipere mei amoris ebrietatem. Quo fit, vt mei amoris plenus sis, tanquam ebrius, inter prospera & aduersa non discernens: sed ita mecum sis occupatus, quod amara & dulcia, blanda & aspera, æqualiter tibi sapiant, absque aliqua dijudicatione & electione. In quinto throni gradu, potes intelligere, singularem mei amoris familiaritatem. Qua mihi ita secretus efficiaris, quod timore seruili quasi penitus excluso, pie præsumas de mea

dilectione

dilectione, quoniam nunquam à me possis separari: & quod ego nequaquam te à facie mea velim abijcere, neque te deserere. Quem ad hunc amoris gradum traxero, hic magna mentis gaudet iucunditate: quam quam cautela fit ei necessaria, vt videlicet sic confidat ne præsumptuosus fiat. In gradu throni Salomonis sexto & supremo, accipe mei amoris soporem, vt videlicet amoris mei gustu suauissimo quasi soporatus, resoluaris in quandam tranquilissimam mentis quietem, in me solo delectando ineffabiliter, omnium creaturarũ strepitu propulso, factus sentiendo quasi non sentiens, neq; de exterioribus quicq̃ intelligens.
DISC. Eia dñe deus meus, gratias tuæ charitati, quia tam dignanter me vile tuũ figmentũ docuisti nõ tantum de charitate eiusque vtilitate: sed & de eius necessitate, de eius quoque gradibus, & incitamentis. Sed quid domine prodest hæc scire, nisi tu misericorditer adijcias etiam secundum scientiam operari? O igitur tu creator meus, redemptor meus, saluator meus, amator indeficiens, amicus supereminens, consiliator prudens, consolator excellens, fortissimus adiutor, fidelissimus protector, lumen oculorum meorum, lætitia cordis mei, gaudium animæ meæ, vnica spes salutis meæ, fortitudo mea, refugium meum, cõsolatio mea tota, felicitas mea vera, dulcedo animæ meæ, iubilus mentis meæ, exultatio mea, gloria mea, illuminatio mea, misericordia mea, beatitudo mea, meum desiderium, meum refugium, vita mea, portio mea, thezaurus meus, finis meus, bonum meum, summum, verum, vnicum, perfectum, & plenum: quando vis paupérculæ creaturæ tuæ facere gratiam, mihique infundere charitatem? O potentissime, sapientissime, clementissime, summe, optime, honorabilissime, reuerendissime, inuictissime, fortissime, metuẽdissime, colendissime, amabilissime, pijssime, pulcherrime, dilectissime, desiderabilissime, dulcissime, illustrissime, serenissime, nobilissime, gloriosissime, excellentissime,
 pretiosissi

pretiosissime, superambilissime, dignissime, misericordissime, superlaudabilissime, felicissime, sanctissime, beatissime, & perfectissime, domine Iesu Christi, deus & homo, mediator dei & hominum, fili dei viui, & filius dignissimæ virginis Mariæ, infinitam tuam deprecor bonitatem, quæ omnem superat iniquitatem: ego totus peccator & nimis indignus, etiã nec dignus minimo tuo dono, opus tamen manuum tuarum, & precium sanguinis tui, deprecor inquã per omnium sanctorum tuorum merita, fac mecũ misericordiã: & da mihi de sancta charitate tantum, quãtũ noueris mihi prodesse in tui laudẽ, & ad meã salutem.

¶De charitatis aliquibus effectibus.

¶Arti. 24.

D O M.

VErbis multis ostendisti tuum de charitate desiderium: sed non expressisti, quem velis diligendi ex charitate modum seu effectũ. D I S C. Domine parce meæ quæso, stoliditati. Tu enim nosti, quod ignoramus, quid petamus, nisi spiritus tuus (qui postulat pro nobis gemitibus inenarrabilib⁹) nos postulare doceat. Supple ergo, peto bone domine, per te sponte, q̃d ego neglexi petere ex simplicitate. D O M. Fac tu quod in te est, & ego faciam quod in me est. Aperi os tuũ, & ego implebo illud. Pete cum fiducia, & nõ deerit gratia. D I S C. Gratias tibi dulcissime domine, quia audaciam postulandi præstas facturæ tuæ. O deus meus, qui charitas es, da mihi terræ vermiculo charitatem de peccatis dolentem, da charitatẽ à peccatis cauere volentem pariter & valentem, & da charitatem tua in lege tuisque in sermonibus delectantem Da etiam charitatem sic de proximi malo, vt de proprio dolentem, atque de eius bono sicuti de proprio, gaudentem. Et vt mihi ipsi cautius, proximo exemplarius, & tibi acceptius, viuere valeam, ac per hoc tibi familiarior fieri merear: da domine, obsecro, charitatẽ, quæ conscientiam meam semper discutiat stricte:

Rom. 8

Psal. 80

Venialia cauere studeat non ficte, & mortalia ignoret peccata ex animi puritate. Dare etiam digneris charitatẽ, quæ carnis illecebras & mundi concupiscẽtias abhorreat, ac toto corde ad spirituales consolatiões, cœlestesque delitias, iugiter aspiret. Peto etiam charitatẽ domine, q̃ nullo metu mortis, nec spe tẽporalis mercedis, à tuis declinet mandatis, quæ & in tuis vbiq; delectetur iudiciis. Quæ nullum in tuo seruitio admittat torporem: sed & de die in diem inardescat, se totã expendere ad tuum honorem. Quę etiam ab omni vanitate cor meum reuocet, atque in omnibus me tuam voluntatem scire & adimplere faciat. Addere etiam, opto domine, non recuses charitatem illam, qua speciales & magnos tuos honorare consueuisti amicos, videlicet vt cum tibi visum fuerit opportunum, nõ dubitem animam pro fratribus meis ponere: qua charitate etiam queam meos innimicos diligere, eisque bona pro malis reddere: qua & valeam quæcunq; aduersa, imo & mortem tui amore non solum patienter, sed & libenter & gaudenter sustinere: qua & nihil in mundo mihi libeat, nisi tu solus, cuncta mihi sint oneri prę ter te, omnibusque libenter caream, vt te solum habeam. Adhuc vltro precor domine clementissime, placeat addere charitatem post te & ad te ex intimo cordis affectu suspirantem, requiẽ nullibi, nisi in te solo quærentem. Cuius charitatis fortitudine, sursum semper agatur meus spiritus. Cui charitati sint semper familiares tui amoris scintillæ superferuidissimæ. Quam & nulla creatura consolari valeat. Et qua mediante spiritus meus vnum tecum fiat, vt & ego pro modulo meo cum Apostolo tuo Paulo possim dicere: Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. Hæc sunt domine, quæ mihi in simplicitate mea videntur charitatis effectum concernere: pro quo (vt puto) voluisti me petere te. Si erraui, ignosce bone domine, & doce me aliter orare. D O M. Non errasti, sed pene quicq̃d ad charitatem in effectu pertinet, verbis paucis ꝓ tua

1. Iohan. 3
Matth. 5
Rom. 12
1. Pet. 2.
Gala. 2.

capacitate perstrinxisti. Nunc sis igitur si non semper, tamen sæpe memor quid postulaueris, & ab huiusmodi postulatione vide ne contrarium agẽdo cessaueris. Quemadmodum nonnulli faciunt, quorum deuotio est horaria: non autem frequens aut continua: qui cito compunguntur, & cito ad leuitates reuertuntur.
DISC. O deus meus, quam bene tetigisti me, vere vnus sum ex illis. *Sed ignosce bone domine, quia tua* ope libenter me emendare volo.

¶De difficultatis causa in diligendo deum.

¶Art. 25.

DISC.

NOn parum miror domine, vnde hoc sit, quod libẽter vellem in tuo feruere amore: attamẽ retrahor, nescio quomodo, ex difficultatis cuiusdam quasi horrore: timendo videlicet, quod nihil proficiam, & cogitando quod mihi satis sit, vt secundũ communem modum cum aliis simpliciter ambulem. Et nescio domine, qualiter mecum agis in huiusmodi. Moues enim (vt mihi videtur) in me cordis affectum: attamen amoris tui rore non perfundis meum desiderium. Excitas cordis conatum, attamẽ non tribuis optatum. Concupiscentiam tui aspiras, sed tui copiã nõ præstas. Vno & eodem motu, vt videtur trahis, sed & repellis: contraria ita quasi agendo simul & semel, & pro eadem vice. Quare hoc facis bone domine? Si peccata mea (vt timeo) sint in culpa piissime dñe, tu tolle ea. Nõ vincat, obsecro, mea malitia pietatis tuæ viscera. Noli etiam apud me quærere innocentię meritum qui gratis iustificare cõsueuisti impium. Nec patiaris obstrui fontem tuę pietatis torrente meæ iniquitatis. Aufer (oro domine) cuncta obstacula, vt libere fluere possint gratiæ tuæ stillicidia. Non tamen domine prætendo in tuo amore sentire tantum suauitatem, & nullam difficultatis grauitatem: cum nouerim hoc contra amoris fore conditionẽ: sed solum hoc me mouet qa mihi in tuo amore est cõsolatio rarior, & grauedo

Ezec. 18

crebrior

crebrior: cuius contrarium ego libenter haberem. Sit tamē quicqd fit domine, siue fiat per dura, siue per blā da, dunimodo amore tuo non ex toto careā, nullā vo lo vltra de hoc mouere q̄relam. Igitur ꝓijcio me totū in tuæ paternæ pietatis sinū, vt fiat semp in me tua be nedicta voluntas. D O M. Recte sapis, bene loqueris Quia vero miraris de difficultate in meo amore, audi rationē. Si virtutum est versari circa ardua (prout & mundi sapientes non ignorant) & charitas seu amor dei (vt constat) est virtutum regina: non mireris ergo de ipsius difficultate. Verum, est & alia huius difficulta tis ratio. Ne enim vilescant in animo ingratorū mea dona, facio ea per laborem expertum ipsis pretiosa. Quod enim laboriose est acquisitum, magis diligitur ac diligētius custoditur. Etiam quoniā in difficultate augetur desiderium, vitaturq; præsumptionis pericu lum, & crescit meritum: ideo pia dispensatione agitur in electis dei difficultatis huiusmodi negocium. Noue ris quoq;, quomodo non oportet charitatis eminētiā in hominibus colligere, ex magna (q̄ nōnulli habent in suis orationibus) deuotione. Illam quippe deuotio nem à me gratis receperūt: quam augere aut minue re ad beneplacitum meum possum. Sed ibi attende, cū videris aliquē infortunijs, infirmitatibus, iniurijs, cō tumelijs, aut alijs aduersitatibus grauatum: & nihilo minus hunc in diuinis laudibus, & alijs pietatis operi bus, pro modulo virium suarum, perseuerantem ma nere, mihique cum bēato Iob benedicere, & bene con tentum esse, idque quod præ debilitate & impedimen tis legitimis non potuerit perficere, mihi humiliter committere, nec propter huiusmodi grauamina ac gratiæ subtractionem murmurare: de tali homine sic se æquanimiter habente potes digne tenere, quod cha ritatis eminentiam possideat, & magnus amicus meus existat. D I S C. Modo intelligo domine, quod multi mecum erant, & ego cum ipsis in iudicando de charitatis seu amoris perfectione seu plenitudine:

Iob. 1.2

quam

quam putabamus consistere in singulari nonnullorum deuotione, non habendo respectũ ad id, quod tu mõdo aperuisti, verum fundamentum. Gratias tuæ pietati dulcissime domine, quia tam dignanter dirigis nos ne erremus: & doces, vt nos emendemus. Adhuc tamẽ domine (vt cum tua indulgentia loquar) tenet me admiratio, cur te diligere cupientibus reddas te tã difficilem, & quasi præ cæteris duriorem? Patet hoc in sanctis martyrib⁹, & multis aliis sanctis & iustis, mortuis & viuis. Attamen quanto plus permittis eos tribulari tanto amplius ipsi videntur in tuo amore feruescere.

2. Cor. 1.

D O M. Quæstionem moues, cuius intelligentia est super tuas adhuc vires. Quam melius intelliges, quando in contemplatione proficies. Pro nũc autẽ tibi sufficiat, quod dico: Quos amo, arguo & castigo. Mihi chariores facio mihi similes.

Apo. 3

¶Ignorantia dei quomodo dilectionem impediat.

¶Art. 26.

D I S C.

REserasti seruulo tuo indigno dignãter, dignissime domine, causas aliquas de difficultate in tui dilectione: sed si non displiceret, vellem adhuc addere alias: sub tua paterna tamen correction e: quæ nõ parum videtur facere ad huiusmodi difficultatẽ. D O M. Loquere, audiam te. D I S C. Tecum disputare domine ad instar serui tui Iob non præsumo: sed hoc quod occurrit, cum tui licẽtia causa informationis humiliter proponere volo. Intellexi dñe, quod amoris negotium magis ad affectum, quã intellectum pertineat: ita tamẽ vt intellectus nõ ex toto excludat, sed tanquã captiuus affectui se quodãmodo submittat Nihilominus tamen videtur mihi domine, in fatuitate mea, quod non parum impedimenti nobis mortalibus præstet, quod minus de te intelligimus, quã angelici spiritus, & animę beatæ exutæ corporibus: tum vtiq; ita sit naturaliter, vt nihil ã nobis sit volitũ neq; amatũ, nisi prius sit cognitũ. Nam quod nemo nouit

Iob. 13.

quando hoc diligit? O igitur quàm felices sunt beato- rum spiritus, & quā miseri sumus nos. Quod enim de tui cognitione ipsis est facie ad faciem cōtinue, hoc est nobis per speculum & ænigmate. Puto nanque domi- ne, si plus de te intelligerem, quod etiā amplius te ama rem. D O M. Si memoriter retineres, quæ superius cōmemorata sunt, non modo sic argueres de ignoran tia. Et vtinā in tantum me diligeres, quantū de me in- telligis: non em̄ ex toto me ignoras. Triplici quippe lumine illuxi tibi, si bene aduerteres. Habes nanque à me lumen naturæ, lumen scripturæ, & lumen fidei ca- tholicæ. Per quæ lumina tria potes, si volueris, me vti- que inuenire: imo non poteris me ignorare, etiā clau- sis (vt ita dicam) oculis, nisi omnino priuatus esses v- su rationis. Ex natura etenim intelligere vales ductu rationis: quod ego sim, & sim tui causa, cum ex teipso nō sis. Similiter ex scriptura intelligis, si vis, qualiter ego sum ex me, & cuncta non ex se, sed per me: sic & tu per me. Sic etiam per fidē inuenis, quomodo ego sum autor salutis tuæ, te proprio meo redimendo sangui- ne. Insuper si quas speciales in te noueris gratias, reco le quæso, vnde eas habeas. Mirum igitur est, cur igno rantiam mei in argumentum quasi excusationis, pro pter difficultatem de diligendo me, prætēdere audeas Verius nanque posses tuam allegare ignauiam, quam ignorantiam. D I S C. Parce mihi domine, quia lo cutus sum incaute. Præsumebam bene, q̄d tali respō- so meam velles fatuitatem retundere. Tamen concep tum sermonem non potui retinere. Nihilominus eti- am audiui libenter, quæ disseruisti dignāter. Et addo ego domine, quod non est quisquam peccator tā mag nus: sit ille Iudæus, paganus, aut malus Christianus: q non plusquam ego te diligeret, si tantum quantū ego te cognosceret: etiam si vix medietatem à te recepisset beneficiorum, quæ ego miser de tua bonitate paterna tam copiose recepi. Hoc dico domine in ꝓpriam me- am confusionem, & ad tuam dignissimam laudem.

Isaiæ. 40. Iohan. 14. Apoc. 1.

Sed igno-

Et verbis si exprimeretur, non tamen intellectu plene caperetur. In intimis cordium potest quidem sentiri, sed ratione nequit comprehendi, neq; voce enunciari. Et vt breuiter multa expediam: verus amor meus, est tale quid, quod nemo nouit, nisi qui accipit: quod nemo accipit, nisi qui solicite quærit: quodq; nemo q̄rit, nisi qui prius aliquid inde gustauit. De quo & dubitatur per nonnullos, an amor ipse sit, vel an potius sit ipsa res amata. Sed de hoc nullũ manet dubium, imo & est certissimum, sit quicquid velit, hoc ipsum amando quæritur, amando inuenitur, & non nisi amando possidetur. D I S C. O domine, quàm dulcia me docuisti de quidditate amoris, tibi laus honor & gloria pro omni bonitate tua. Vtinam bone domine, digneris hæc scribere in corde serui tui, quatenus per hęc in contrariarum qualitatum tui amoris vicissitudinibus, semper æquanimis possim perseuerare, vsq; in finem. D O M. Quomodo vis, vt in corde tuo scribam amorem meum, nisi tuipse cor tuum mihi primum donaueris? Alioquin perderem, quicquid tibi impēderem. D I S C. O domine, intelligo (vt puto) quid velis. Sum memor verborum tuorum, o æterna sapientia, quæ per sapientis dixisti oraculum, inquiens: Præbe mihi cor tuum, fili mi. O quàm libenter domine hoc faciam, sed doce obsecro formam. D O M. Intellige id faciendum per cordialem feruentem affectionem, qua omnibus cæteris amoribus exclusis semper mihi intendas: ita vt veraciter dicere queas: Ego dilecto meo, supple intēdo: & ad me cōuersio eius. D I S C. O domine, de feruēti affectiōe me expedire nescio. Tu enim meum nosti torporem. Sed vtinam istud tibi placeat domine sacrificium. Offero ecce me tibi totum: tunc etiam domine habebis cor meum. Volo namq; domine libenter esse sine corde, si tu digneris cor meũ habere: imo si haberem cor ita magnum, vt corda simul sunt oīm hominum, & hoc ipsum cor esset castissimo, syncerissimo, & delicatissimo amore, plenissimũ: nulli

Iohan.3.8

Prou.23.

Cant.7

nulli domine hoc cor vellem fauere, nisi tibi: sciens, quod neque sic tuo dulcissimo, quo me diligis, amori possem pro minimo respōdere. Nunc itaque quia nihil possum vltra, accipe, obsecro bone domine, tuæ pauperculæ facturæ gratanter oblationem: & sicut tibi placet, da mihi cor illud, ne forte absque corde incidam in mortis discrimen. D O M. Rem grandem fecisti, meque ad dandum tibi cor nouū obligasti. Quod & facere volo: si tamē te mihi seruare fidem inuenero. D I S C. Eia domine parce mihi, quia tuo amore quasi ebrius, nescio quid feci aut dixi. Si tibi placet, bene: sin autem, ignosce.

¶ De cordis instabilitate, eiusque causa & remedio.

¶ Art. 28

D I S C.

COr meum, imo & me totū domine tibi obtuli: sed (prohdolor) conditionem fidelitatis, quam tu apposuisti, non seruaui. Cor nanque meum heu post, vt ante in diuersa rapitur, nē tibi & tuo amori soli intendit: sed pene cū omnibus quæ sunt in mundo, se occupat: & te tuumque amorem quasi pro nihilo reputat. Quia non est res aliqua tā vana, inutilis, aut turpis, quin cordi meo illabatur citius: quàm tu aut amor tuus. Et quamuis ipsum reuocare coner quādoque, nihil tamen possum proficere. Vnde puto fuisse mihi vtilius, si cordis tibi non fecissem oblationē: quā offerre & oblatum repetere: aut non donasse, quā donationem infringere. Væ mihi misero. Sperabam amoris perfectioni appropinquare, & in eo proficere: sed remotior factus sum, & magis incipio heu deficere. D O M. Siquid boni egisti, non te pœniteat. Noui enim tuā intentionem, nec ignoro tuam infirmitatem. Supra satis tactum est de operationū varietate in amore meo. Noli igit quærere in via, quod promittitur in patria. Hic cōtrarias oportet sustinere vicissitudines, ibi erit solida res. D I S C. Scio domine quod ita est, vt tu dicis Attamen multum miror, sup ingetudine mei cordis, quia

quia vix ad momentũ,possum ipsum in aliquo stabili ter retinere. Vnde est hoc bone domine? Dic obsecro vnde, si forsitã possem remedium inuenire? D O M. Scias huius instabilitatis causam esse peccatum. Quia enim homo noluit in primis parentibus suo obedire superiori, sed mandatum dei transgressus est: ideo in pœnã peccati originalis, sensualitas rebellis est ratõi: vt homo etiam cum vult, non sciat, nec valeat absque speciali dei gratia, salutem suam operari: nec cor suũ ad salutaria facile absq; contentione reuocare, salua semp tñ libertate liberi arbitrij. Sponte em̃ homo deseruit bonum suum incommutabile, scilicet deum, & declinauit ad commutabile, post suas concupiscẽtias eundo: quare & in pœnam peccati cum conatur regredi, nequit, nisi diuinitus adiuuetur. Remedium ergo retinendi cor, de quo quæris, noueris esse dei gratiam principaliter, prout scriptum est: Optimum est gratia stabiliri cor. Verum multũ huic gratiæ cooperari potest hominis diligentia: si videlicet homo studeat cum diuino auxilio, quãdo cordis sentit distractiones, cor ipsum sæpius reuocare, & ad spiritualia & vtilia quasi violenter cogere. Etiam vera & ꝓfunda humilitas facit hominem multum internum, & excludit ab eo pene omne externum. Humilitatis quippe est, cor hominis congregare: quemadmodum superbiæ est, ipsum pene in omnẽ ventum dispergere. Igitur noueris, non tibi imputari damnabiliter in culpã huiusmodi cordis instabilitatem, præsertim, cum per te non præstiteris tibi causam notabiliter, aut occasionem, neq; habueris in hac inquietudine cordis complacentiã: sed magis grauamen & detestationem. Imo potest tibi cedere in meritum propter laborem quẽ sustines, nitendo in contrarium, & propter tuam humiliationem, q̃ hinc consequeris, considerando hanc in te miseriã, & cõfitẽdo huiusmodi tuæ infirmitatis exercitiũ. Nõ em̃ tibi esset bonũ, si cũcta succederẽt, etiã in spiritalibus, ad nutum tuum, propter ꝓsumptionis maxime piculũ

Hebræ.13

cauendū. D I S C. Gratias tibi dulcissime dñe, q̄a vtiliter instruxisti me. Cōualescat oro tua doctrina in me, & parce cordis mei instabilitati: q̄ tu sol⁹ cū placuerit, potes in melius cōmutare. Tuus sum ego, saluū me fac

¶ Quare quandoque dominus non exaudit.

¶ Art. 29.

D I S C.

Dixisti dñe supius aliq̄ de hoc, cur diligere te volētibus reddas te ita difficilem, diuersa grauamina eis occurrere pmittēdo, & eos quasi non exaudiendo, cū te inuocauerint: nō tñ mihi adhuc satisfactum est per adductas per te tunc rationes. Moueor enim non parum domine hinc, quia cum spiritualia & salutaria peto, puta charitatis affectum, & in eo pfectum, & cætera huiusmodi, videris quasi non aduertere (vt salua tua sic loquar gratia) nec curas paupculi tui desiderium attendere. Quia quantoplus q̄nque te pulso, tanto aridior fio. Cur facis hoc bone domine, cum tñ sis autor pietatis, & pater misericordiæ? Non dubito, q̄n totū facias pia intentiōe, atq; dispensatiue. Vellem tñ libenter aliq̄d inde intelligere, pro mea in huiusmodi tētationibus aliquali consolatione. Satis intelligo domine, q̄d sic fiat mecū pter peccata mea necnon pter cautelā ad humiliandū me, & pbandū in me lōganimitatē, atq; ad augēdū desideriū, & ex cōsequenti & meritū. Sed q̄m hæ rationes sunt generales audirē libentius speciales. D O M. Possem tibi respōdere & dicere, q̄ cōtra scripturæ cōsiliū nimis velis esse curiosus in dei iudicijs & opibus, ratiōes q̄rendo plus quā necessarium sit: ne tamen turbatum pturbare amplius videar, audi in specie aliquid inde, vnde te dicis motum. Cum salubria videris petere, & a me non exaudiris, crede firmiter, quod indubitanter & veraciter te exaudio in tempore opportuno, licet pro tuo bono differo. Multa enim iustis meis nō statim vt vellēt tribuo, sed tempus quo cōgruentius dentur expecto. Igitur si hi fide & spe perseuerantes ad me clamare nō

2. Cor. 1.

cessaue

cessauerint, tunc tempore debito experimento discet, me eorum desideria non contempsisse. Nolo enim vt quis mihi exaudiendi præfigat terminum, sed vt magis humiliter meum præstoletur beneplacitum. Ego enim electis meis libentissime eorum desideria tribuo etiam abundantius quã ipsi præsumere audent: dummodo hoc pro eorum fuerit salute: sin autem, tunc tamen tribuo alia meliora. Esset ergo homini valde proficuum, si in orationibus suis & desiderijs spiritualibus: imo etiam in corporalibus quibuscunque necessitatibus, eum quem docui seruaret modum. Dixi enim in agonia cõstitutus: Pater si fieri potest, transeat à me calix iste. Non autem sicut ego volo, sed sicut tu: fiat voluntas tua. Hinc etiam institui, vt in oratione quotidiana dicatur: Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Multum quippe mihi placet, & est homini valde vtile, vt de me bene confidat: & nihil de se, suisque viribus, virtutibus, meritis, & factis, seu deuotione, & industria, præsumat; faciendo nihilominus quantum in se est, quicquid potest. Talem hominem nõ possum derelinquere. Et si sibi videatur interdum, quod quasi à me derelictus sit in suis aduersitatibus: tunc sit memor, qualiter mihi in cruce contigerit, quando præ nimio dolore ad patrem meum cœlestem clamare cogebar: Deus meus, deus me⁹, vt quid dereliquisti me? Non quod mea humanitas fuerit à deitate derelicta, sed humanitas tanta patiebatur, quod ei videbatur quasi esset derelicta: cum à diuinitate nullam perciperet in tantis afflictionibus consolationem. Si igitur tibi quandoque similiter contigerit, tunc cogita quod te maxime diligo: qa te hic in pœnis, & suo modo etiã per gloriã postea in cœlis, mihi similẽ facere intendo. Bñ pterea aduertẽdũ, qm misericorditer q̃dã in eorum orationibus quandoque non exaudio, & damnabiliter nonnullos cum petunt, in malum ipsorum exaudio. In exempla tibi sint, Paulus Apostolus, quẽ nolui exaudire, quando petijt à se auferri stimulum carnis:

Matth. 26.

Psal. 21

Matth. 27.

2. Cori. 12

1.Reg.8 & filii Israel: quibus, exaudiendo, dum importune pe terent, in furore meo regẽ Saul dedi. Sic & pia mater dilecto puero non semper dat, quæ desiderat. Et pru dens medicus concedit ægro quæcunq; vult, quando de eius salute desperat. Consultum igitur tibi sit, vt in tuis cũctis necessitatibus fiducialiter me petas: sed tem pus, modum, & effectum, exaudiendi mihi relinquas.

DISC. Gratias tibi dulcissime domine, quia tam salutarem dedisti mihi doctrinam. Da bone domine, vt secundum eam me regere valeam, ne gratis in me laborasse videaris.

¶Quomodo deus vult inuocari p mediũ sanctorũ.

¶Art. 30

DOM.

ADhuc vnum te docebo modum, quẽ seruabis, quando in orationibus tuis efficaciter & cito exaudiri vis. Fac sicut scriptura illa dicit: Ad aliquem sanctorum conuertere. Ego nanq; singularẽ habeo complacentiam in meorum sanctorum hono rificentia, eis à mortalibus impensa. Vnde do vni gra tiam subueniendi se inuocantibus, in necessitate vna, alteri vero succurrendi sibi deuotis in necessitate alia quatenus sic in omnibus honorificetur, qui eos condi dit, elegit, sanctificauit, & glorificauit. Quare & quans doq; exaudio inuocantes aliquẽ sanctorum nõ maio rem: & inuocantes maiorem non exaudio: vt sic sins gulis honor etiã à terrigenis impẽdatur. Etiam nosti, qd quicunq; negotia aliqua habet in curia terreni re gis, hic causæ suæ quærere solet patronũ, inuocat re gis domesticos, solicitat regi acceptos, rogat quoscun que regi familiariter notos, vt dignentur se, suamque causam in conspectu regis habere commissam, repu tans seipsum indignum & insufficientem, ad proponẽ dum & tractandum, coram regali maiestate. Hunc mo

Matth.15 dum seruauit mulier Cananæa, interpellando ꝓ sua filia. Nam cum ei respõdere differrem, ipsa fortis mã sit in fide, ꝑseuerauit in humilitate, & nõ cessauit à sua deuota

deuota importunitate, quousq; & Apostolorũ meorũ in se,puocauit compassionem atq; intercessionem:q̃ re & meruit a me sui commendationem,& filiæ liberationem. Ideoque si hanc & tu imitatus fueris orandi formam,senties citius & crebrius in tuis precibus consolationem optatam. Sed noui quod cum tuis in orationibus me quasi tibi durum & inexorabilem putas & in aduersis consolationem non ad nutum tuum reportas,cito cum quadam mentis deiectione,ab orationis instantia cessas. Verum tunc deberes magis ad orandum teipsum cogere:sicq; multum posses in deuotione,gratia,& virtutibus,proficere. Accipe de igne similitudinem. Cum enim ignis à vento & aqua sibi cõtrarijs sentit pugnam, amplius & validius inualescit, ac stridentibus flammis se quantum præualet, defendit,faciendo eis tota virtute sua resistentiam:Sic & homo deuotus deberet facere in tentatione quacunque ei occurrente. D I S C. Gratias tibi referant(opto dñe)omnes sancti tui,quia tam bonum tradidisti mihi indigno modum orandi. Quod vtiq; fecisti domine ex nimio,quo tu me diligis,amore,& ex mera tua bonitate. O amor indeficiens,cuncta transcendẽs,nullo egens,omnibus abundans,mentes immutãs,te gratis communicans eis,qui te desiderant, nemini te denegãs,nisi eis qui de te non curãt, de hominibus deos faciens,terrena cœlestibus iungẽs: sine q̃ nullus est felix,cum quo nemo est infelix:quibus te laudibus referam,nescio:& tamen ex toto tuas laudes tacere neq̃o. Eia quando vis me mutare in virum alium? Veni,obsecro, o amor deifice in seruuli tui cor, quod creasti: reple vasculum quod fecisti,dilata opus quod statuisti, fac trãquillum quod inquietasti, perfice quod cœpisti consolare quod turbasti, sana quod vulnerasti, possi de quod ,pprio sanguine emisti, vni tibi ex toto q̃d in parte tibi attraxisti. Tuæ enim domine sunt delitiæ, esse cum filijs hominum:& nostræ sunt diuitiæ domine esse tecum. Sic igitur superdulcissime domine, esse

Prou.8

digneris tu semp mecum, vt ego semp valeam esse te cũ, & à te nunq̃ separer impperpetuũ: hoc em̃ ꝓprium est, dñe, amãtis & amati. Alioqn ꝟus amor int̃ eos nõ est.

¶Sanctorum inuocatio pro dono charitatis.

¶Art. 31.

D I S C.

QVoniam docuisti me domine, vt q̃rã in orationibus meis patronos & intercessores, ne frustra orasse fortassis videar: hoc libẽter facere volo, gratia tua pauperculo mihi succurrẽte. Primum igitur venio ad te, o virgo virginũ, quę genuisti dei filiũ, plus in te q̃ in omnes sanctos confidens. Scio em̃, ꝙ tu potes apud dñm deũ meũ plus quã oẽs sancti. O regina cœloꝝ, mater regis ãgeloꝝ, mũdi dña, impatrix toti⁹ orbis gloriosissima. Sed & mater misericordiæ piissima, peccatoꝝ aduocata fidelissima, reoꝝ reconciliatrix clemẽtissima, miseroꝝ cõsolatrix dulcissima, fateor me indignũ inuocare nomen tuũ sctm̃: tñ necessitate me compellẽte, recurro ad maternę ꝟginę & deificatæ pietatis tuæ viscera: q̃ nunq̃ alicui tibi supplicãti clausisti, totus lachrymis cordis suffusus, ante sanctitatis tuæ pedes iacens ꝓstratus, ego totus paup, miser, & miserabilis peccator, petitur⁹, domina mea, ã tua clemẽtia vnã eleemosynã, ne fame pereã. Peto in q̃ o dña mea, mea dña, dña mea charitatiuissima, te p illũ charitatis ardorẽ, qui te matrẽ dei fecit, cũ diceres Ecce ancilla domini, fiat mihi scd̃m verbum tuũ, impetra mihi saltem vnam scintillã charitatis ã tuo dulcissimo filio, qui tibi nihil negabit. Alioquin ad pedes tuos præ charitatis fame & siti moriar. Et sic domina (vt salua gratia tua sic loq̃r) tu videreris ĩ morte mea rea: quia non subuenisti, vt potuisti. Ne permittas hoc bona domina, vt talia dicantur de tua magnificentia. O vos beatissimi cœlestes spiritus, trium Hierarchiaꝝ & nouẽ choroꝝ, sancti seraphim, cherubim, & throni dominatiões, principatus, & potestates, ꝟtutes, archangeli, & angeli. Quos in dei laudibus & gloria cœlesti

Lucæ. 1

confirma

confirmauit charitas, qua mediante vos angelis apostaticis cadentibus, stabiles permansistis, qua & perpetuo felices estis, qua etiam incessanter continue flagratis: eia misereamini mei indigni seruuli vestri, tamen dono dei rationis vobiscum & gloriæ cœlestis capacis impetrãdo mihi à summo patrefamilias (cui vos charissimi estis) charitatis eleemosynam: ne corpore & anima peream: & sic non promouendo vestrum mendicum, sed perire patiendo, vtiq; non euaderetis negligentiæ signum. Sed & vos beatissimi patriarchæ, prophetæ, Apostoli, martyres, confessores, virgines, & continentes, in ea charitate, qua saluati estis, sitis, obsecro, memores meæ quã patior miseriæ: quã & vos quãdoq; tolerastis, & quam vos per charitatem misericorditer euasistis: & subuenite mendico vestro, mihi miserrimo communicando mihi saltem vnam charitatis micam aut guttam, de vestra abundantia: ne ad pedes sanctitatum vestrarum peream inedia: quod certe (vt salua vestra charitate ita loquar) non esset gloriæ vestræ absque nota, cum consortẽ naturæ permisissetis sine eleemosynæ subsidio interire. Specialiter tamen inuoco pro charitatis eleemosyna vos omnes meos sanctos patronos, de quorum meritis & promotione singulariter præsumo. Eia nolite pietatis vestræ viscera mihi seruitori vestro indigno claudere, qui meruistis deo per charitatem placere, cuncta mala euadere, & perpetuæ beatitudinis gloriam percipere. Alioquin cogerer dicere, quod cum mutatione status vestri, etiã mutassetis charitatis affectum: non in laudabilius, sed in deterius (quod absit) quia hic ex charitate fuistis compassiui, nunc vero videremini duri. Cordialissime tamen singulariter singulos rogo, vos omnes sanctos, & sanctas dei, qui præ cæteris sanctis & supra alios sctõs fuistis & estis à deo charitatis dono specialiter priuilegiati, ostendite vestræ charitatis magnum affectum erga me pauperculum vestrum in effectu: & nolite me inopem à vestris opibus excludere, nec manu

Isaiæ. 14.

vacua permittatis(quæso) vestrum mendicū à vestro conspectu recedere. Quomodo em̄ alias relucebit vestra charitas,nisi eam experiatur miserorum necessitas: Eia domine deus meus,iam nescioquid vltra debeā facere, miserere paupercule facturæ tuæ. Tu nosti seruuli tui desiderium. Et si iuste preces meas non exaudis,non tamen potes tot intercessorum quos inuocaui,contemnere interuentum. Da ergo bone domine, charitatis necessarium donum.

¶Cōmendatur oratiōis instantia cū eius efficacia.

¶Art. 12.

D O M.

Libenter audiui tuam erga sanctos meos instantiam, habeo in tua deuotione complacentiam, nec possum sanctorum meorum refutare, cum ꝓ te interpellauerint,petitionē.Veruntn̄ tu facias q̄d in te est,te humiliando,pulsando,& sanctorum patrocinia sæpe q̄rendo:& reliquum mihi committas,scilicet modum & tempus exaudiendi.Si ita feceris,confide q̄ cū minus putas,mirabilia experieris. D I S C. O domine,fiat volūtas tua. Ego tuum sum figmentū, tu es vnicum meum refugium. Tu es deus meus,ego portiuncula creaturæ tuæ. Tu es dominus meus,ego indignus seru⁹ tuus.Quicquid tibi placet,fac mecum: dummodo nō me frustraueris domine charitatis munusculo. D O M. Si te defraudare vellem optato, non incitarem tuum desiderium, ad petendum ꝓ charitatis donario.Volo autem te scire, quod postq̄ anima mihi deuota,pro charitatis dono,& dilectiōis perfectione,seu amoris feruore consequendis,per ea quę potest exercitia,fecit quod in se est, me scilicet intime desiderando, amore mei nullis parcendo laboribus, & si omnia propter me contempserit,tunc tandē tempore quo mihi placuerit, eā per mentis excessum, sursum in contemplatione rapio.Ita vt fiat silentium in eius cœlo,dimidia quasi hora, nullaq; alternantium cogitationū tumultuatiōe animus huius cōtēplantis

Apo. 8

cōturbe-

conturbetur. Nec vltra quicquam inueniat, quod appetat, nihilq; occurrat quod fastidiat. Sed anim⁹ ipse totus, intra contemplationis tranquillitatem intromittitur & colligitur. Vbi sentit quendam affectum, multum inusitatum qui est tātę dulcedinis, quod sentiri quidem potest, sed verbis nequamquam valet exprimi. Hic affectus si sic anima continue perseueraret, tunc ipsa quasi felix perpetuo iam esset. Nam tunc nihil sensualitas, nihilq; imaginatio, in anima operantur. Imo & omnes inferiores vires animæ, tunc ꝓprio viduantur officio. Sed animæ superior, ac purior vis tunc in illud intimę quietis secretum, summæq; tranquillitatis arcanum, delectabilissima iucunditate introducitur. Et in hoc tranquillitatis silentio, omnia quæ ipsius animæ sunt, silent: quinimo & ipsa anima silet sibiipsi, vt solum verbum æternum, tūc loquatur huic animæ deuotæ in hac contemplatione. Non quidem per linguam carnis, nec ꝑ alicuius similitudinis phantasmata, sed immediate ꝑ semetipsum. D I S C. Placent domine quæ dixisti, sed contentare neq̄o nisi experimento didicero quandoq;, quæ promisisti, vt sic domine cum tua licentia, fiducialiter & non proterue loquar. Si tamen tibi mea displicuerit instantia, tunc rogo domine cum venia, vt habeas eam ꝓ nulla. Ego enim quandoq; nescio quid loquor. Sed quia multum de tua cōfido pietate, quicquid occurrit menti, hoc coram te effundere nō dubito, etiam voce ꝟbi. D O M. Quantuncunq; te ad longanimitatem hortor, video quod tu nihilominus in tua perseueras importunitate, quā non ex toto abijcio: si tamen non caruerit discretionis freno. Sed vnum adhuc tibi restat, in quo ꝓbandus es, antequam beneficio quod petis, dignus fias Pro charitatis nāq; eleemosyna importune & opportune per medium meorum amicorum & sanctorum postulasti: sed nondum tu alijs indigentibus charitatis eleemosynam forsitan pro tuo modulo digne tribuisti. D. I S C. O dñe deus meus, qd est q̄d modo dicis?

Multum nanque de hoc miror. Domine quomõ ego possum aliis dare, quod ipse non habeo? Mendicus ego ipse, quid mendicis possum facere?

¶Exhortatio ad charitatis eleemosynã dãdũ aliis.
¶Art. 33.
D O M.

CHaritatis eleemosynã, vnde aliis tribuas, dicis quod non habeas: miror, si quod dicis, non cõsideras. Si nihil esses, verè diceres, quia nihil haberes. Nunc autẽ ex quo esse habes, nec aliis donis dei cares, non recte dicis quod charitatis eleemosynã, vnde aliis tribuas, nõ habeas. Nonne habes intellectum, affectũ, & memoriam, pedes, manus, oculos, & os, qbus poteris, cũ vis, mihi seruire, & ꝓximis subuenire? Et si in cæteris tibi deesset facultas, non tamen tibi deesse poterit cum vis, bona voluntas. D I S C. O piissime domine, ignosce meæ insipientiæ, qa non sic tuum verbum intellexi, de exercendo charitatis opere. Putabã enim te velle, vt ego alios charitatiuos facerẽ, cũ ipse si charitatiuus sim, ignorem. Nunc aũt, quia sentio q̃d vis, vt in charitate & ex charitate aliis ꝓ modulo meo per te mihi concedendo charitatiue subueniã, & charitatis eleemosynam aliis impendam: o domine, quam libenter te me iuuante id faciam. Sed tamen bone domine, quia tu nosti, q̃d argentũ & aurũ non est mihi & q̃m inops & pauper sum ego, totusq; miser & miserabilis, & mente & corpore, adiuua me obsecro, vt tẽtem si aliquid valeam saltẽ deuota oratiõe. D O M. Hoc est, quod volo. D I S C. Bone domine, doce modũ, quõ ex charitate p oratiões possim charitatis eleemosynam dare, vt aliis proficiat, tibiq; placeat, & mihi etiam pinguiorem charitatis eleemosynam obtineat. D O M. Aperi oculos cordis tui, & vide quot miseriȩ pericula, dolores, angustiæ, gemitus, ploratus, vlulatus, & cruciatus, sunt in toto mundo: in terra vcz. & in purgatorio. O quot homines sunt in periculis animæ & corporis in diuersis mũdi partibus de tuis fratribus

Actu. 3
psal. 36
Apoc. 3

&sororibus,non tantum tuæ religionis Charthusiãę sed &cõmunis religionis fidei christianæ, qui indigẽt charitatis eleemosyna,ne ex toto depereant inter tentationũ varietates,atq; insidiarum iacula.Quorũ aliq patiuntur à propria carne, aliq à peruersis hominibus, aliqui à malignis spiritibus. Et ex illis sunt aliq in piculis aquæ,ignis,latronum,ferarum,& ægritudinum diuersarũ.Nonnulli quoq; ex eis,clerici,religiosi, orphani,viduæ, & miserabiles psonæ aliæ, defendere se non valentes,oppressi sunt iniuriis,falsis iudiciis,&tyrannorũ violentiis.Nonnulli vero infirmitatibus,doloribꝰ,paupertatibus,senio,& aliis diuersis incõmodis, sunt fatigati nimis. Aliq etiã ex his detinẽt ita crudeliter in vinculis & carceribus,q̃ magis eligũt mortẽ q̃ vitã.Alii sunt in ppetuos seruos & ancillas vẽditi infidelibus: vbi viliores bestiis reputant:vel die noctuq; in frigore &calore in mari in nauibus remigare,catenis compediti: vel super terrã aratrũ aut currũ, more equorum,vincti trahere,in caumatibꝰ solis,&imbribus frigoris,pane &aqua,non nisi ad solam necessitatem refecti,&vix camisia pro solo tegmine nuditatis, die noctuq; vestiti.Et cum ex defectu virium,aut alias non ad nutum ribaldorum qui eos regunt, ambulãt: tunc flagellantur circa crura vsq; ad sanguinis copiosam effusionem.Quorum nonnulli,cum se quocũque modo à vinculis possunt excutere,præ nimia mentis amaritudine,& ex desperatione seipsos miserabiliter perimunt,in mare se pręcipitãdo, aut caput in petras illidendo. Attamen multi de talibus sunt sacerdotes, clerici,milites,mercatores,religiosi,&magni domini in seculo fuerunt.Vnde tanto fit eis miseria sua grauior,quanto prius fuit eorum felicitas maior. Cogita etiam pie,quid fiat de virginibus & mulieribus Christianis,quæ per infideles captiuantur. Quarum aliq; sunt,moniales,nobiles, & magnorum filiæ & vxores. Quæ vt vitam redimant,voluntatem eorum infidelium à quibus detinentur , oportet quod faciant.

Item

Item multi sunt diabolica fraude decepti, multi à prauis hominibus seducti, & multi propria opinione illecti, ad sentiendum erronee in fide, in moribus, & aliis dogmatibus periculosis. Modo bene pensa, si nõ occasionem inuenias sufficientem, dandi talibus charitatis eleemosynã. Adhuc autem amplius attende, & vide diligenter quoque miserias fidelium defunctorũ: quorum animæ in purgatorij igne ineffabiliter grauiter puniuntur. Attamen aliquæ ex his sunt apud me magni meriti. Quas ex naturali mea pietate licet vellem libenter de tormentis eripere, non tamen hoc sinit æquitas meæ iustitiæ, quoad pro suis peccatis vsque ad minimum quadrantẽ satisfecerint, per se in huiusmodi tormentis, aut per alios viuos cum ecclesiæ suffragijs. Inter quas si tu adhuc patrem, matrem, fratres, sorores, aut alios habeas amicos & benefactores, pro quibus vtique obligaris ad subueniendum eis, ignoras.

Matth. 5

Nam dico tibi pro certo, quod multorum animæ ibidem adhuc purgantur, quę ante annos multos à viuis suis amicis putabantur ad gloriam euolasse. Ex quibus sunt etiam nõnulli pauperculæ animæ, nulla alia habentes suffragia, nisi quæ in communi facit sancta ecclesia. Hi sic in purgatorio detenti clamant sine intermissiõe cum ineffabili desiderio ad suos in terra amicos viuos, & ad alios: vt eorum misereãtur. Quod certe valde charitatiuũ esset, & op⁹ magnæ pietatis. Quia amici dei sunt, seipsos tamen iuuare non valentes, sed aliorum indigentes eleemosyna, qui & potentes erunt post sui ereptionem promouere & iuuare alios apud deum. Vides ergo quot modos, quot causas, quot occasiones habes charitatis eleemosynam aliis dandi, & aliis ex charitate subueniendi? Et si non vales pecuniis, beneficiis, obsequiis, ieiuniis, aut missis, vel aliis mediis, consolationem facere eis: poteris adminus talibus subuenire pro eis deuote orando, aut saltẽ ad deum ꝓpter ipsos lachrymabiliter, ex fraternæ charitatis zelo suspirando. Et noueris, quod de q̃to plus te in

huiusmo-

huiusmodi compassionis affectu exercueris, tanto citius & copiosius tu á me charitatis donis repleberis: ita vt non tibi opus sit charitatis eleemosynam amplius mendicare ab aliis. D I S C. O domine quã bonam lectionem mihi de charitatis eleemosyna eroganda legisti: quæ omnia mea interiora (vt verum fatear) ita concussit, vt vix lachrymas possim continere. Confirma, obsecro domine, hoc quod operatus es in me. Heu quantæ sunt humanæ conditionis miseriæ. O misericordiarum pater, & deus totius consolationis, ne despicias op⁹ manuũ tuarum, & ne obliuiscaris nos in finẽ.

Psal. 67

2. Cor. 1.

¶ De charitatis eleemosyna pro viuis.

¶ Art. 34.

D I S C.

GRatias tibi domine piissime, qa copiosam materiã mihi ministrasti de modo tribuendi charitatis eleemosynam. Largire, precor domine dulcissime, etiam charitatis tribuendi eleemosynam formam tibi placidam. In nomine etenim tuo tentare volo orando, id quod tu dare dignatus fueris, inspirã do. Per sacrosanctam itaq; domine tuam passionem, per dignissimæ genitricis tuæ intercessionem, per sanctorum angelicorum spirituũ tuorum ministrationẽ per beatorum patriarcharum & prophetarum merita per gloriosorum Apostolorũ charitatem, per sanctorum martyrum constantiam, per illustrium confessorum deuotionem, & per sanctarum virginum ac continentium puritatem, obsecro domine clementissime non præualeant nostra peccata contra infinitam tuã bonitatem. Sed potius attende, misericordissime domine, omnium horum sanctorum tuorum p̃clara merita, cunctorumq; tuorum iustorum & electorum pia vota: & obliuisci digneris clementer offensiones nostras. Memento, q̃d sumus tui, licet caduci plasmatis. Ne des honorẽ nominis tui, precamur, alteri. Et ne intres in iudicium cum seruis tuis, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Tu enim factor noster es,

Isaiæ. 42.

Psal. 142

Isaiæ.65. noster es,nos vero opus manuum tuarum.Tu noster
Matth. 6 es redemptor,nos precium sanguinis tui.Pater noster nihilominus tu quoq; es, nos autem tui filii, licet heu
Iob.13. prodigi,&nimis indigni.Etiam si nos occideris,adhuc
Abac.3 tamen in te sperabimus.Scimus nanq;,quoniam etiã cum iratus fueris,misericordiæ recordaberis.Eia er go bone pater,pie redemptor, omnipotẽs creator no ster,rogo intimius quo possum,respice ordinẽ nostrũ dirigẽdo ipsum tam in capite quã in membris, in plã tisque &subditis feliciter in tui nominis laudem,alio rum ædificationem,&totius ecclesiæ tuæ sanctæ deco rem vsque in finem. Similiter commendo tuæ gratiæ, omnes religiones totius Christianitatis, virorum & mulierum. Præserua,pie domine eas à ruina,multipli ca tua in eis dona,ad totius ecclesiæ tuæ sanctæ conso lationem. Potissimum tamẽ oro bone domine,intue re paterne sanctam Romanam ecclesiam,fidei vtique nostræ magistram:necnõ dominum nostrum aposto licum tuum vicarium,cui regimẽ eius cõmitti volui sti,vna cum dominis cardinalibus,patriarchis,archie piscopis,episcopis,specialiter tamen cum nostro ordĩ nario:necnon cum abbatibus,prioribus,&cæteris ec clesiarum p̃latis:vt spiritus tui virtute cuncta fiant ri te,digne,&laudabiliter,in pacis tranquillitate:ad tuĩ nominis gloriã,populiq; credentium felicem augmẽ
Cant.2 tationem. Præcipue tamen peto domine, vt ecclesiã tuam sanctam,quam tuam vocare sponsam voluisti, ab hæresum veneno,&schismatum cõtagio, cunctisq; erroribus,semper præseruare digneris illibatam:con tra infidelium &tyrannorum rabiem dextra potẽtiæ tuæ ipsam quoq; misericorditer protegendo. Da etiã misericors deus,presbyteris,diaconis,subdiacõis,cle ricis,monachis,monialibus,&cæteris personis eccle siasticis ministris tuis,ac tibi deuotis,gratiæ tuæ abũ dantiam:qua dotati valeant singuli seruitutis suæ de bitum tibi reddere q̃tidie obsequium, nõ solum sine offensione sed etiam pro totius mundi salute,Christia

næque

neque plebis cōseruatione. Respice etiam oculis tuæ pietatis, quæso omnipotens deus, Romanum imperiū aliaq; regna, & dominia terrarum, vna cū nostro imperatore, cæterisq; regibus, principibus, & terræ dominis Christianis: necnon cum suis comitibus, cōmilitonibus, & clientibus, temporali gladio vtentibus, atque cum eorū subditis: vt dextrę tuę potētia roborati, paganorū, & aliorū infideliū superbiā, cęterorūq; iniquorū temeritatē potestate sibi credita humiliare & compescere nouerint, & possint, ita viriliter & vtiliter, vt omnibus in ecclesia tua & in populo Christiano pacatis, tibi autori pacis dignas vniuersi mereamur gratiarum reddere actiones. Tribuere etiam digneris, bone domine, cunctis rectoribus & officialibus ciuitatū, villarum, oppidorum & locorū quorumcūque in terris Christianorū prudentiā & iustitiā ad regēdū digne alios: subditis vero obedientiam & fidelitatem, ad cōuersandum pacifice inter se & ad maiores: q̄tenus in omnibus vbiq; laus tua perficiatur. Sint etiam tuę pietati, p̄cor domine, specialiter cōmissi omnes mei consanguinei, benefactores, amici, & pro qbus in specie obligor. Fac eos, opto dulcissime domine, experiri ex mera tua gratia, quod religiosorum familiaritas eis fuerit vtilis atque consolatoria. Sed & inimicos meos & æmulos, aduersarios & persecutores, si qui sint, domine dilectioni tuæ, qua cuncta diligis, & nihil odis eorum quæ fecisti, commendo. Da nobis pariter, hoc est & ipsis & mihi, veram charitatem, qua tibi placere possimus perpetue. Peto etiam indulgentissime domine vt spiritum dones consilii sanioris omnibus errantibus, falsis Christianis, peruersis & obduratis, excommunicatis & interdictis, necnon perfidis Iudæis, & cæcis paganis, ad cognoscendum tuam bonitatem, suamque stultitiam: ne propter suam obstinatiam, incurrant finaliter perpetuam damnationem. Et quoniam, prout nosti domine, temporali indigemus hic cōsolatione, igitur vt valeamus tibi seruire alacriter, concede

Sapien. 11

concede nobis propitius, terrarum pacem, aeris tem- periem, fructuum vbertatem, & corporum sanitatem cum aliis necessariis. Refrenando hostium rabiē, tem pestatem comprimendo, fulgura, tonitrua, grādines, & pruinas, mitigando, famem, & corruptionem aeris, & fluminum repellendo, pestilentiam, & omnem lan- guorem auferendo. Valde etiam cordialiter deposco domine misericordissime (quia tibi cura est de omni- bus) & quoniam tu es miserorum consolatio vera, sis cō- solator adiutor & protector, vniuersis & singulis, tri- bulatis, tentatis, captiuis, tristibus, & afflictis, nec non viduis, orphanis, pupillis, mulieribusque pregnantibus & in partu laborantibus, atque cunctis infirmantibus, nauigantibus, & peregrinantibus, ac cæteris miserabi libus personis, in quacunque angustia constitutis, ita vt in aduersitatibus suis non deficiant, sed humiliter cō- solationem à te expectent, atque tandem eam opra- te percipere ex tua clementia mereantur. Ne forte co gantur (quod absit domine) impie agere, ex despera- tione, aut nomen tuum sanctum blasphemare p̄ men tis inopia, in propriam perditionem, inimicorum suo rum gaudium, & christiani nominis confusionem.

Sapien. 6
1. Pet. 5.

D O M. Si ita sæpius orares ex corde, promitto tibi, quod non remaneres absque remuneratiōe, tam pro te quā pro aliis.

¶Pro defunctis, charitatis eleemosyna.

¶Art. 35.

D I S C.

ET quoniam domine, tuæ bonitati (vt præsumo) non displicet facta per me pro viuis deprecatio, supplico adiuuare digneris me tuum paupercu- lum, vt etiam ipsis defunctis charitatis eleemosynam orando digne impendere valeam. Eia ergo dn̄e deus meus, qui nos patrem & matrem honorare præcepisti miserere ꝓpitius animabus patris & matris meæ. Red de patri vicem quæso pro laboribus, & cura pro mea educatione habitis, & largire matri consolationem ꝓ dolori-

Exodi. 20
Deut. 5.

doloribus & miseria, fidelitate & diligētiā, in mei portatione in vtero, necnon in pariendo me confouendo & gubernando, per ipsam exhibitis. Et da eis pacem, requiem, lætitiam, lucem, & gloriam sempiternā. Memēto etiam in bonum eorum, qbus ex naturali obligor dilectione: quam tu vtique nobis indidisti, licet præposueris ei dilectionem spiritualem: videlicet, meorū fratrum, sororum, progenitorum, cōsanguineorum, cognatorum, & omnium meorum amicorum, in quocū que gradu consanguinitatis, vel affinitatis mihi attinentium. Libera animas eorum misericors deus, ab omni cruciatu inferorum, & transfer eas ad locū beatitudinis: vbi cum sanctis tuis gaudere mereantur in sempiternum. Subueniat etiam, oro, tua clementia omnipotens deus animabus meorum charorum, benefactorum, & recommēdatorum: quibus specalis me obligat gratitudo. Responde, precor domine, eis tu pro me: ne propter meam inopiam videantur in me perdidisse piam suam ad me affectionem. Specialiter quoq;, domine, cōmendo tuæ miseratiōi animas meorum in ordine & domo fratrum ac sororum, necnon ordinis & domus habentium participationem & societatem, necnon illorum quorum apud nos corpora requiescunt: erue eas de omni angustia, & indulge ipsis propitius refrigerīj sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Supplici etiam cum instantia commendandum duxi, misericors deus, tuæ bonitati specialiter animas nostri fundatoris & omnium suorum ad ipsum modo quocunq; pertinentium: necnon eorum, qui notabiliter nostræ domui & congregationi bene fecerunt. Da eis, bone domine, pro temperali nostra sustentatione tabernacula sine fine mãsura, cum cœlestium bonorum vbertate. Tandem quoq; totis ex præcordijs cōmendo tuæ infinitæ clementiæ, o auctor pietatis, animas omnium fidelium defunctorum, tam generaliter quam specialiter: Eia respice, obsecro, oculis misericordiæ in opera manuum tuarum,

nullam in tormētis, nisi solam tuam paternam bonitatē & cōmunia sanctæ matris ecclesiæ dūtaxat suffragia, habentia consolationem. Et clementer miserere omnibus fidelibus defunctis, etiā in purgatorio q̃mōcunq; detentis. Specialiter tamen pie domine, succurre cito peto miseris, egenis, & paupculis animabus eorum, qui non bene parati, improuise, subito, ex ignis, aquæ, latronum, aut aliorum inopinatorum casuum periculo, morte præoccupantur, vel suffocantur in somno, vel per publicam iustitiam violenter subijciuntur mortis tormento. O domine, præsta talibus id de misericordiarum tuarum thesauris, quod ipsi minus sibi prouiderunt, dum potuissent in tempore sanitatis & libertatis. Nosti enim pie domine, quoniam miseris misericordia est necessaria: tibique proprium est misereri & parcere. D O M. Fortiter instas, & efficaciter vrges: sed non recte iudicas. Vis enim vt misericordiam exhibeam, & iustitiam meam negligam: reos absoluā, & eos iustis æquiparē. D I S C. O domine, si tibi mea displicuerit depcatio, veniā peto. Attamen videtur meæ simplicitati, bone dñe (vt salua tua gratia ita loquar) quod nihil deroget tuæ sanctæ iustitiæ, si miseris misericordiam feceris ex mera tua bonitate. Imo si nūquam misereri velles, hoc domine de tua iustitia faceret iustitiam: cū vtiq; iustitia sine misericordiæ temporamento careat merito iustitiæ præconio. Etiam domine, vt videas quoniam non ex toto iustitiæ tuæ præiudicare volo, offero tuæ iustitię in satisfactionem pro cūctorum fidelium defunctorum reatibus, & in supplementum meritorum, quæ eis desunt, in plenamq; ipsorum tecum reconciliationem, sanctam tuam incarnationem, & natiuitatem: totamq; tuam perfectissimam innocentissimam, & laboriosissimam vitam: tuam sacrosanctam passionem, & pretiosissimā mortem: tuam gloriosam resurrectionē, admirabilem ascensionem, & spiritussancti missionem saluberrimā. Insup offero tibi domine, tuæ dignissimæ

matris

matris gloriosa merita, suæ videlicet diuinæ maternitatis, & virginæ puritatis excellentiam. Etiam, offero tibi domine, omnium sanctorum angelorum tuorum merita, quibus ipsi semper placuerunt tibi, placebuntq; imperpetuum. Sed & sanctorum tuorum patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, virginũ, & continentiũ, omniũq; iustorum & electorũ tuorum, iam in cœlis tecũ regnantiũ, necnon adhuc in terris degẽtiũ, gratissima multa & magna merita, dñe offero tuæ pietati. Offero quoq; tibi dñe, omnia bona quæ in tota ecclesia tua sancta vnq̃ facta sunt, fiunt, & fient vsq; ad mundi finem: & specialiter illam excellẽtissimam reconciliationis nostræ hostiam, in qua q̃tidie adhuc pro nostra salute per mysteriũ q̃dammõ pateris Eia bone domine, acceptare digneris gratanter, tantã satisfactionẽ, & absolue misericorditer animas tuorum fideliũ defunctorum, pro q̃bus depcor. Vincat tua bonitas (rogo domine) nostrã malitiã. Amicorum tuorum merita præualeant, quæso, cõtra captiuorum tuorum delicta. Misericordia tua iustitiæ rigorem tẽperet, miserosque lætificet, & ad tuæ iucundissimæ visionis gloriam perducat. Amen.

¶Reprehẽsio p̃sumptiõis, & de quinq; sensibus aĩæ.
¶Art. 36. D O M.

PLacet quia largã erogasti charitatis eleemosynã: vtinã tu cũ cæteris, aliisq; tecũ haberetis affectũ semp talẽ in dicẽdo preces ad horas, necnon in letaniis. Sed oris strepitũ facitis, & raro intẽtionẽ cordis adhibetis. Igitur etiã taliter orando, parum p̃ficitis aliis & vobis ipsis. D I S C: O dñe heu verum est, q̃d dicis Da nobis omnibus emẽdationẽ, p̃pter infinitã tuam bonitatẽ. Insup bone dñe, quia feci, licet taliter q̃liter q̃d iussisti, in dando charitatis eleemosynam: quando vis reddere seruulo tuo quod p̃misisti, charitatis eleemosynam mihi tribuendo? D O M. Iam pluries dixi tibi in superioribus, quod hoc debeas mihi committere. Quia ego scio melius quàm tu, quid tibi expediat,

Perseuera tu in desiderio longanimiter, & experieris tempore opportuno promissionem meam efficaciter Tibi videtur, vt sentio, quod iam aliquid magni feceris, ideoque dignum fore, vt â me reportes aliqd mercedis, in recompensam quasi laboris. Dic mihi homuntio, quid fecisti? Quæ sunt aliorum, mihi obtulisti: de alienis ꝓdigus, in proprijs parcus: Propria mea, & sanctorum meorum mihi obtulisti merita: & quid vltra? De proprijs tuis quid apposuisti? Vbi sunt missæ, psalteria, pœnitentiales psalmi, vigiliæ, cantica graduum ieiunia, flagella, eleemosynæ & lachrymę, cæteraq; huiusmodi spiritualia exercitia, quę pro liberatione captiuorum quos redimi optas, de proprijs tuis obtulisti? D I S C. Parce domine, parce rogo meæ præsumptioni, & ignosce meo torpori. Cognosco enim domine, quoniam vere ita est, vt tu dicis. Libenter eñ multa expedirem aliorum labore: quę digito minimo (vt sic loquar) vix ipse curo tangere. Da pie domine emẽdationem, & fac tu nihilominus pro nominis tui gloria, aliquid ad rem, illis indulgẽdo gloriæ tuæ præmium: & mihi pauperculo tuo largiendo charitatis donatiuum. D O M. Quantumcunq; te informem ad longanimitatis refugium, tu tamen semper reuerteris in tuum pristinum canticum. Ideoque iterum te docere volo aliqua, adhuc tibi ad inhærendum deo per amoris affectum necessaria. Noueris, quod in anima rationali sunt quinq; sensus spirituales, seu interiores, quibus ipsa deo coniungitur mediante charitate. Est eñ in anima interior auditus, in potentia animæ memoratiua. Cuius est, doctrinam & inspirationes diuinas recipere & cõseruare. Vnde loquitur propheta in psalmo, dicens: Audiam quid loquatur in me dominus deus. Et hic sensus, seu potentia, respicit per sonã patris in diuinis. Sed visus animæ interior consistit in potentia animæ intellectiua. Cuius est diuinas perfectiones pro posse intelligere: non tãtum per fidem, sed etiam per aliqualem experientiam. Vnde ait quidam: Sicut deus

Psal. 84

deus per memoriam auditur,ita per intelligentiã vi-
detur.Et hic sensus seu hæc potentia, respicit personã
filij in diuinis.Ad hunc visum,non sufficit videre deũ
in creaturis vel in scripturis aut in humanitatis veste:
sed requiritur.vt anima deuota per vnitiuum amorẽ
immediate absque aliquo medio, etiam in deum suũ
feratur,omibus sensibilibus &intelligibilibus penitus
exclusis.Hæc est illa diuinissima sapientia,quam non
nulli dicunt amentiam,seu stultitiam sapiẽtissimam.
Quam nullus mortalium per propriam attinget in-
dustriã naturalẽ, nisi singulari præuentus sit gratia:
&nisi prius multam præmiserit inquirendi per gemi-
tus,desideria,&bona opera,diligentiam.Reliqui tres
spirituales & interiores sensus animæ,puta odoratus
tactus,&gustus,sunt spiritualiter in pottẽia aĩę volitiua
seu affectiua,scd͂m tres volũtatis actus:q sunt desiderare
diligere,& delectari:q͂x primũ cor respõdet odoratui:
scd͂m tactui:sed tertiũ gustui.Nã sicut famelicus primũ
à longe cibum odorat,& sic desiderat:deinde propius
accedens tangit manibus & tractat, ac postmodum o-
re recipit &degustat:sic suo modo anima rationalis &
deuota suum cibum,qui est deus,per tres actus poten-
tiæ affectiuæ,qui spirituisancto in diuinis attribuũtur
sentit experimentaliter,& spiritualiter attingit. Pri-
mo ipsum quasi odorando per deuotionis desideriũ,
deinde ipsum tangendo per charitatis dilectionem,de
post etiam ipsum gustando per vnitiuam adhæsiõem.
Correspondet his illud in Canticis:In odore vngento
rum tuorum curremus,quantum ad primũ.Et illud:
Tenui eum,nec dimittam,quantum ad secundũ.Et il-
lud in Psalmo: Gustate & videte quoniam suauis est
dominus,pro tertio.Hæc autem gustatio &visio nõ po
test fieri in anima,nisi perfecta vnione harum poten-
tiarum animæ cum deo in amore feruentissimo. Ad
quã tu potes aspirare quidem:sed nõ ptinges, nisi cũ
ego voluero,&te fortiter attraxero.D I S C. O bo-
ne domine, quam magistralem legisti mihi lectiõem.

Cant.1

Cantico.3

Psal.33

Gratias tuæ bonitati. Da obsecro, vt in me ꝑficiat ad tui laudem, mihiq; in salutem. Scio nanq; dñe, ꝙ nihil valeo, nisi qñ tu volueris, & ꝗtum tibi placuerit. Atq; ideo rogo, vt nō aliter fiat, quā prout mihi expedierit.

¶Qualiter anima quasi in sopore vnitur deo.

¶Art. 37.

D I S C.

Quoniam sponte declinasti, domine, ad quinque sensus animæ interiores pro mea informatione ex mera tua bonitate: rogo non displiceat etiam tradere in practica, qualiter anima tibi deuota his sensibus tibi iungatur mediante charitate.
D O M. Sicut curiosorum inquisitionem detestor: ita deuotorum studio condelector. Audi aliquid de ꝗ queris. Homo spiritualis cui gratiam hiusmodi fecero vniendi se scilicet mecum, fit quodammodo ad instar hominis nobili & forti vino potati: vnde & in soporē resoluitur, non tamen omnimode in somnum: ita, vt non ex toto dormiat, nec etiā simpliciter vigilet. Qui quidem ea quæ circa ipsum fiunt, non plene scit, nec etiam totaliter nescit: sed quasi aduertere non curat, neque talibus intendit: imo, nec actu de seipso tunc cogitat: quamuis se fore illic vbi est, non ex toto ignoret. Et de quanto tunc in anima fuerit amor dei feruentior, intellectusq; lucidior: tanto fortius animam totam in se deus rapit, sibi eam miro modo vniendo: in tantum, vt demum anima hæc oblita sui, & oblita omnium aliorum preter deum, nihil sentiat, nihilque intelligat, nisi solum deum, vnus quasi spiritus facta cum eo: sed intellige, per amorosam voluntatis suæ cum voluntate diuina vnionem & conformitatem.
D I S C. Gratias tibi domine, quia non spreuisti pauperis tui desiderum: sed dignanter tradidisti vnionis modum, per soporati exemplum. Adhuc tamē moueor ad sciendum, si iste sopor sit idem cum pace illa, quæ omnem exuperat sensum: siue cum ea pace, in

Phlip. 4

ce,in qua dicit se propheta,in idipsum velle dormire, &requiescere. D O M. Non multum erras,si sic intelligis. Nomina quidē sunt diuersa, sed res eadem est. Diuersis siquidem nominibus, soporem hunc diuersi nominant. Aliqui dicunt eum somnum,alqui dicunt silentium,aliqui pacem. Vnus sic,alius aliter, ex effectuum ratione eum ita dominantes varie.Tantum rectissime potest nominari, secundum apostolū meum Paulum,pax omnem exuperans sensum. Non enim tantum sensum excedit,imo(quod plus est)etiam absorbet omnem cogitationem, imaginationem rationem,memoriam,& intelligentiam. D I S C. Modo intelligo,ex tuo dono (vt mihi videtur domine)illud contemplatiuorum dictum:Deum nemo veraciter inuenit,qui se non totaliter perdit.Et illud similiter ex codē manans fonte:Nullus deum vere seu perfecte diligit,qui non se veraciter oderit. Hinc elicio domine,quod si voluero contemplando tibi inhærere,oportet omnia,& me quoq; inter alia,relinquere. Et si voluero in dilectione tua fieri perfectus,necesse est,vt in me omnis extraneus cesset affectus,tam proprius quam alien⁹,etiam omnium creaturarum: ita, vt totus meus affectus nemini nisi tibi soli militare præsumat. Delicatus enim(vt quidam ait) amor tuus est,socium non patitur.Solus cum solo esse vult. Sicut scriptum est:Dilectus meus mihi,&ego illi.Item vna est columba mea. D O M. Bene sentis,recte loqueris.Hoc fac & fiet.Fac vt dicis,& fiet quod cupis. D I S C I P V L V S :O domine bonum est nos hic esse,ait magnus amator tuus,cum in transfiguratione tua radiantem faciem tuam vidisset : nesciens quid diceret,præ mentis stupore.Nescio & ego domine,quid dicam.Benedico,laudo,& honorifico te: vtinam digne, quia tetigisti vtcumq; cor seruuli tui cum suauiori affectu & lucidiori intellectu. Sed secretum meum mihi, secretum meum mihi, ait propheta: Age domine quod agis, operare quod operaris.

Psal.4 | Philip.4. | Lucæ.9 | Cant.2 | Cantico.6 | Matth.17. | Isaiæ.24.

Iaco.2 Sanctorum tuorum deprecatiões non sunt contēptæ
Psal.9 Sapientia vicit malitiam. Misericordia superexaltauit iudiciū. Desiderium pauperis exaudiuit dominus.
Gratiarum actio largitori. Laudes intercessorib. & promotoribus. Conserua & pfice obsecro domine gratiā tuam, in opere manuū tuarum, in tuam perpetuā laudem. Et ne auertas vnquam faciem tuam à me, sed a-
Psal.50 uerte propitius faciem tuam à peccatis meis: ne am-
Eccle.11 plius diuisionem inter te & me facere præualeant, quo quo modo. D O M. In die bonorum, ne immemor sis malorum. Montes & colles habent iuxta se valles. Si semper esset festum, venirent festa in contemptum.
Mat.6.26 Vicissitudine sua currunt tempora. D I S C. Intelligo domine quid velis. Fiat voluntas tua, quæ semp est recta, iusta, & sctā: nō mea, qa fatua, curua & indigna.

¶De vnitiuo amore & varijs eius operationibus.

¶Art. 38.

D I S C.

Videtur mihi domine iuxta præmissa, quod vnitiua tui adhæsio, qua tui amoris suauitas sentitur, presupponat: præsertim ordine naturæ, & secundum modum communiorem: deuotas meditationes surgentes ex spiritualibus colloquijs, aut sermonibus, vel ex lectionibus affectuosis: necnon intima desideria cor inflammantia, ac orationū feruentium sedulitatem, nunc vocalium, nunc mentalium. Ideoque libenter vellem domine, aliquid de his audire. D O M. Noueris, quod ad contemplationem, qua peruenitur ad suauitatis diuinæ gustationem, & cum deo vnionem, bene requiruntur ea de quibus mentionem fecisti. In theologia enim mystica, secundum cōtemplatiuos, ea quę tetigisti idem sunt, aut se inuicem præsupponunt: omnia tamen in vera & perfecta comprehenduntur oratione. Omnis quippe orationis, saltem veræ, finis & fructus est deo adhęrere, & vnum cū
1.Cor.6. deo spiritum fieri: videlicet, per liquefactiōem purissimi amoris, & per speculationē serenissimę cognitiōis, atq; per

atq; per abſconſionem in dei vultu, ab omnium ſtre pitu mundanorum, per exceſſum quietiſſimæ fruitionis: vbi omnes vires & potentiæ animæ à ſuis diſpſionibus ſimul collectæ, ac in vnum verum ſummum & ſimpliciſſimum bonum fixæ, in quandam diuinæ conformitatis, ac æternæ ſtabilitatis ſimilitudinem, trāſformantur. D I S C. Ex dictis domine intelligo, q̄d homines deuoti & ad orandum prompti, ſint aptiores & proximiores ad contemplandum: & per conſequēs etiam ad deo inhærendum per amorē vnitiuum, magis idonei. Vtinam, pie domine, & ego fieri merear vnus ex ijs. Quoniam vero de contemplatione aliquid domine occaſiōe vnitiui amoris tetigiſti, optarem audire de varietate illa aliquid: quam contemplatiui perſæpe in moribus & per exteriora ſigna exhibent, quāſdo ita tecum conuerſantur. Attendi nanque in eis, q̄ non vniformiter, ſed multum difformiter ſe tunc habent Aliqui quaſi ſint inſenſati, aliqui quaſi ebrij, alij ſic, alij aliter, ſe exhibendo. D O M. Verum dixiſti de aptis ad contemplandum, propter deuotiōem ad orandum. Audi nunc quoque de quo quæris, ſi forte quandoque tibi aliquid de huiuſmodi contigerit: vt ſcias vnde & quō accidat. Homines mihi ſpecialiter deuoti, qui abſtractam diligunt vitam, ab exterioribus, quantum fieri poterit, exoccupatam, perueniunt (gratia mea ductrice) nōnunquam ex forti ſpe, quam ſuis in orationibns aut meditationibus concipiunt de cœleſti gloria per ipſos conſequenda, ad tantam mentis iucunditatem, vt intus cohibere eam ſi vellent, neque ant: ſed, velint nolint, per ſigna aliqua in apertum foras prodit: puta per riſum, lachrymas, ſingultus, ſuſpiria, ſaltus, plauſus, geſticulatiōes: aut cætera huiuſmodi mores inconſuetos. Et quoniam iucunditatem hāc verbis epprimere nequeunt, ipſam his q̄ſi luſibus oſtēdere ex abundantia cordis, velint nolint, contēdunt. Hanc internam mentis iucunditatem dicunt contemplatiui iubilum. Repręſentatq; eccleſia tale gaudium

Signa cōtēplatiuorū iubilantiū

etiam in missis, per lætitię canticum Haleluia. Quod quidem, multis fit gaudij notis, sed sine expressione significatiuæ vocis. Nonnunquam etiam corda mihi deuotorum suis in orationibus aut meditationibus tanto perfundo gaudij spirituali s meiq; amoris feruore, quod videntur quasi ebrij, modum in agendo nescientes: ita, vt præ spirituali lætitia loquantur & operentur insolita. Et hæc spiritualis actio vocatur à contemplatiuis ebrietas spiritus. Quandoque rursum corda deuotorum ita amoris mei feruore & dulcedine tango, tam fortiter & abundanter, vt redundet ex corde totum in corpus: in tantum, quod corpus suas intermittere cogatur operationes. Quia nequit tunc ambulare, stare, loqui, aut videre: sed factum videtur interim quasi, insensibile, donec feruor iste tepescat, & cesset. Et talis interna operatio etiam corpus occupans, dicitur à nonnullis raptus, vel etiam extasis. Interdum quoque cor hominis deuoti ardor diuini amoris ita accendit, vt totum hominem concutiat: & nisi foras erumpat, homo præ caloris vehementia deficere videat. Quia cor ipsum, tanquam vas fictile metallo feruentissimo suscepto in partes multas mox rumpendum, ardorem huiusmodi sustinere non valens, continere se vltra nequit, quin dirumpatur: prout & nonnunquam compertum est in nonnullis personis deuotis, quæ venis & neruis cordis ruptis spiritum realiter tradiderunt, de morte ita ad vitam veraciter, & haud dubium feliciter transeuntes. Hunc modum aliqui contemplatiuorum vocant insolentiam spiritus. Nonnunquam etiam anima prius in se male dura, tactu diuini amoris ad instar bulientis metalli ita liquescit in huiusmodi sua deuotione, vt iam non videatur fore ipsa quæ prius. sed altera: quia ad omne dei beneplacitum ita facta flexibilis, quasi vnus spiritus cum ipso sit, ad omnem dei voluntatem aptissima & promptissima, in nullo ei contraria aut dissona. Modum hunc nominant aliqui contemplatiuorum liquefactionem spiritus. Est & adhuc alius modus contemplatiuorum in suis exercita

Ebrietas spiritus

Extasis

In solentia spiritus

Liquefactio spiritus

exercitationibus,quem ipsi dicunt spiritualem iucũditatem,vel gaudium in spiritu sctõ.Hoc gaudio cum cor hoīs diuinit⁹ repletur,fit homo quasi extra se &supra se,nesciens præ spirituali iucunditate quid faciat, aut quid dicat. Et hoc ipsum gaudium testimonium reddere quandoq; cõsueuit cõscientiæ hominis, q̃d sit filius dei:præsertim,si venerit(ꝑut nõnunquã cõsueuit)post generalem integram & puram cõfessionem, aut post deuotam celebrationem,aut post cordialem passionis meæ meditatiõem:vel si venerit in locis vbi magnæ sunt indulgentiæ, vel vbi magnorum sanctorum sunt reliquiæ:vel in vitæ spiritualis inchoatiõe: prout quandoq; accidit nouitiis in receptiõe habitus, vel in professione,vel in sacrorum ordinum collatione,vel in celebrando primitias.

Roma.14

Gaudium spiritu sancto

¶Qua similitudine fiat animæ vnio cum deo.

¶Art. 39.

D I S C.

GRatias tibi dulcissime domine, quia tam salubria docuisti seruum tuum,de correquisitis ad inhærendum tibi amore vnitiuo,& de diuersis modis quibus agitur cum contemplatiuis. Supplico, bone domine,dignetur tua pietas (quæ vtique de nostro lętatur perfectu) me tuum pauperculum etiã instruere per aliquam similitudinen(quia nosti q̃d tardus sum ad intelligendum , tardusq; ad agendum)ex qua capere possim , quomodo fiat in vnitiuo amore anima tecũ vnus spiritus,prout iam sepius supra commemoratum est.Miror etenim non parum,quomodo hoc possit fieri:cum(quemadmodum in scholis didici)finiti ad infinitum nulla sit proportio . Constat autem hominẽ esse finitum,& deum infinitum.D O M I. Arguis satis simpliciter.Quia q̃ sunt supra naturã &diuina,putas te humana posse ratiõe cõprehẽdere.Verũtamẽ qa similitudinem postulas, noueris diuersas similitudines à diuersis super hac re assignari.

Prou.8

Quæta

Quæ tamen omnes claudicant, nec sufficienter figurare qđ prętenditur, valent. Nihilominus ad condescendendum vtcunque tuæ instantię, scias, quod hęc amorosa vnio animæ cum deo: quæ etiam à plerisq; transformatio nuncupatur: secundum nonnullos dicitur fieri ad instar guttæ aquæ, quæ in dolium fortis vini mittitur, & à vino absorbetur. Secundum alios vero dicitur fieri ad instar candentis ferri, quod in ignis naturam conuerti videtur. Aliĳ dicunt, quod hoc fiat eo modo, quo aer per solem illuminatus solis lumen sibi incorporat, ita, vt aer & lumen solis vnum fore videantur. Aliĳ vero sentiunt, quod taliter fiat, qualiter ferrum per magnetem affectum, magnetis proprietatem sibi incorporat, per quã & aliud ad se ferrum trahere valeat. Aliĳ autem volũt, quod fiat eo modo, quo vapor substantialiter aq̃ existẽs, ex aeris calore aeris leuitatem recipit, atq; in aeris quasi naturam transit. Aliĳ putãt id fieri, ad similitudinẽ vnionis materiæ cũ forma: aut pfectibilis ad suum perfectum. Aliĳ sic, aliĳ aliter sentiunt & loquuntur, non sine ratione: attamẽ cõmuniter in hoc deficiunt, quod conantur discutere speculatiue per humanam ratiõem, quod melius discitur practice, & non nisi per diuinam operationem. Nec est aliqua similitudo, quæ huic rei satis congruat. Illa tamen quæ vltimo tacta est veritati magis appropinquat. Constat enim, quod materia ante susceptionem formæ imperfecta est, sine decore, sine virtute, & sine actione. Data vero ei forma, mox ad perfectionem venit, iuxta formæ sibi vnitæ proprietatem: Sic suo modo est de anima, quia priusquãm vniatur ipsa deo per viuificum amorem, manet quasi in spirituali morte, sine decorę, sine virtute, & sine vitali actione: cum agere nequeat opera vitæ, perpetuæ beatitudinis meritoria. Cum autem deo coniungitur suo fontali & totius vitæ principio, tunc datur sibi vita quædam diuina participatiue: non quidem per formalem animæ inhæsionem ad deum (hoc enim diuinę repugnat perfe-

Alæ transformatio

perfectioni)sed per quẽdam illapsum spiritualem intimum,seclusa qualibet imperfectione.Hoc autem fit mediante amore, tanquam qualitatiua & harmonica dispositione, quodammodo proportionabiliter: sicuti dispositio materiæ prærequiritur,quamuis non sufficiat ad humanæ formæ susceptionẽ.Vnde quẽad modũ calor naturaliter habet congregare similia atq; segregare dissimilia: sic facit &amor suo mõ. Et qm̃ spiritualia cum spiritualibus habent similitudinem, &cũ corporalibus seu terrestribus dissimilitudinem: ideoque in huiusmodi amorosa vnione animæ cum deo,quicquid in homine inuenitur spirituale & diuinum, segregatur quodammodo per viuificum amoris calorem ab eo quod in homine est corporeum & terrestre. Sicque tunc etiam fit diuisio spiritus & animæ,id est,spiritualitatis & animalitatis seu sensualitatis,per separationẽ preciosi à vili.Et quoniam deus est spiritus,& quoniam anima est spiritus:hinc quædã inter eos inuenitur similitudo:&cum similitudo causa fit amorosæ vniõis,clarum fit, cur spiritus humanus rationalis sic depuratus & defecatus,spiritui vnitur diuino, eiq; fit quodammodo similis & vnum cũ eo:imo(quod plus est)ex huiusmodi vnione spiritus humani cum spiritu diuino,sequitur quasi per reddũdantiam etiam vnio carnis ad spiritum:ita,quod corpus quasdam spiritus induit proprietates,conditionibus proprijs interim neglectis,& à suis actionibus suspensis.Ex qua felici vnione mirabili sequitur cõformitas,spiritus ad deum,corporisq; ad spiritum.Nam tunc anima suum habens desideratum finem,summũque suum bonum,ac suum centrum,totam quoq; suam perfectionem & omnium suorum desideriorũ complementum,est quieta &contenta,nihil vltra appetens ab extra. D I S C I P V. O magister bone, quàm pulchram mihi indignissimo fecisti doctrinam quam(rogo) cõualescere facere digneris in seruo tuo per felicem experientiam.Et gratias tibi,quod tam dignanter·

Iohan.4.

ignoras,q hodie stas,an cras cades: q̃ve fine vitã cõclu des,an cũ rationis vsu ꝓuide,vel inopinate violenter aut naturaliter,in gratia,vel cũ desperatione.Et licet hæc oĩa noscat in te deus, facit tñ p dissimulationẽ in multis,q̃si hæc ignoret,aut nõ curet:cũ peccas,bona ti bi largiẽdo:&cũ recte ãbulas,te flagellãdo.Post hęc ꝟ te cõsideratiõis oculũ ad diuinã bonitatẽ.Quæ tãta est ꝙ nõ solũ non dici,sed neq; æstimari satis potest:citra cõdignũ malos puniẽs,& vltra cõdignũ bonos,etiã ꝓ bono minimo,remunerãs:cupiẽs q̃tũ in se est,cunctis bene facere,& nullũ affligere:oẽs volẽs saluos fieri,& neminẽ perire:nisi cũ pctã hoĩm ipsum ad hoc cogũt, iustitia mediãte. Pensa q̃ties bonitatẽ hãc contẽpsisti, mala ꝓ bonis reddidisti,pctã ꝓ bñficijs tribuisti,iram dei q̃tũ in te fuit,cõtra te ꝓuocasti. Attamẽ vsq; hodie ad pœnitẽtiã benigne expectat⁹ es ex abũdãtiori gratiæ dono.Hæc tria etiã innuũtur in Cãticis cãticoꝝ,cũ dicitur de aĩa deuota:Quæ est ista,q̃ ascendit vt ꝟgula fumi?Fum⁹ ꝓuocat lachrymas:sic & dei potẽtia bene cõsiderata,q̃tũ ad primũ.Itẽ cũ dicitur:Quæ est ista,q̃ ascẽdit q̃si aurora cõsurgẽs?Aurora tenebras illuminat:sic &diuina sapiẽtia,cũ mentẽ visitat,q̃tũ ad scdm Itẽ cũ dicitur:Quæ est ista q̃ ascẽdit de deserto delitijs affluẽs innixa sup dilectũ?Inniti sup dilectũ,gaudium spõsæ cũ spõso indicat:Sic &dei bonitas bene cõsiderata,aĩam lætificat.Ecce habes in p̃missis tres principales affectus,puta cõpũctionẽ cũ tremore,admirationẽ cũ stupore,&exultationẽ cũ fiducia,seu dilectatiõe:qb⁹ cor respõdẽt,dei potẽtia,dei sapiẽtia,&dei bõitas:etiã iuxta triũ viriũ aĩæ,irascibilis,rationalis,&cõcupiscibilis,distinctionẽ. De q̃bus ĩmediate supra iã aliq̃liter tactũ est.In his etiã cõphẽdunt, via purgatiua,illũinatiua,& pfectiua,seu vnitiua,scdm Hierarchiã triplicẽ. Nihil itaq; inuenies pene in oĩ scriptnra sacra,q̃d non valeat reduci ad aliq̃d hoꝝ triũ,directe vel indirecte.
DISC. Dñe audiui libẽt q̃ dixisti:s; videt mihi ꝙ nõ respõderis ad q̃sitũ,neq; ad meũ ꝓpositũ. Volebã nãq; ego,modũ cõpẽdiosum,&q̃si manualẽ,ꝓueniendi cito

1.Timo. 2

Cant.3.

Cant.6.

Cant,8.

ad tuam amorosam vnionem,& inhæsionem mentis cum deo:& tu me terres per diuinæ potentiæ & æternæ sapientiæ districta iuditia, iustissima quidem,licet nobis occulta. Ego aspiro ad amoris dulcedinem,& tu ostendis mihi amaritudinis materiam. Vnionem mentis cum deo quæro,& elongationem ampliorem conspicio. Cur sic facis bone domine? D O M. Viam regiam ostendi tibi,si intelligeres,per q̄ venitur ad desideratū.Hac etenim via neglecta,nihil poteris pficere Nā si vis deo per charitatē vniri,necessariū est tibi,vt stes in timore cū spe,&in spe cū timore.Ad q̄d faciēdū cooperantur multū ea q̄ dixi. Vix eñ ad tantū potest quis in diuino amore hic proficere, & in deum sperare:quin contingat & expediat,ipsum quandoque de iudicijs dei expauescere, saltem quāmdiu de viatorum est numero.Hinc est,quod Apostol⁹ meus Paulus, vas electionis post raptum in tertium cœlum adhuc dicit Castigo corpus meum,& in seruitutē redigo:ne forte alijs prædicans,ipse reprobus efficiar. Et alibi: Nihil mihi conscius sum,sed in hoc iustificatus nō sum. Vt igitur per charitatem ascendere valeas ad deū & in deum cum Israel,vide primum cum Iacob in scala sua, cuius summitas cœlos tangebat,angelos dei non solū ascendentes,sed & descendentes:imo & tu cum eis ascendere & descendere stude:per spem videlicet &timorem, nunc dei amando pietatem, nunc dei timendo æquitatem:donec videre merearis tandem absq; omni timore deum deorum in Sion. Quod erit,quando deus contuebitur non amplius per speculum in ænigmate,sed facie ad faciem. Hic igitur timor amorē dei non extinguit,sed nutrit:nec impedit,sed perficit.De hoc quoque timore canit Psalmista:Beneplacitum est domino super timentes eum, & in eis qui sperant sup misericordia eius.Et rursus: Timor domini sanctus, permanens in seculum seculi Iste autem timor non debet esse seruilis,solum timendo pœnam:nec mercenarius,solum timendo præmij amissiōem: sed filialis

[Margin: 4.Cori.9 — 1.Cori.4 — Gene.28 — Psal.83 — 1.Cor.13. — Psal.149 — Psal.18]

& castus

& castus, timēdo pijssimi patris separationē. D I S C. Cum multa gratiarum actione audiui domine tuam informationem. Et sentio ex præmissis, q̄d timor iste & amor tuus sunt quasi idem. Vnde oro domine (vtinā digne) cum ecclesia tua sancta: Sancti nominis tui domine timorem pariter & amorem fac nos habere perpetuum: quia nunquam tua gubernatione destituis, quos in soliditate tuæ dilectiōis instituis. Per Christū dominum nostrum.

¶ Contēplatio, meditatio, & cogitatio quō differāt.

¶ Art. 41.

D I S C.

Fateor dn̄e, q̄d ad sciendū (prout superius quādoque tetigisti) sum solicitus, sed ad faciendū (heu) tardus: nihilominus tamen quia ita dignanter respondes indigno, quando interrogo: hinc spem concipio, quod tibi non displiceat, vt vltra continuē inuestigando. Peto igitur bone domine, informatiōis causa (quia supra quandoq; mouisti de contemplatione) an cōtemplatio, meditatio, & cogitatio, sint idem? vel quomodo differant? D O M. Inconsuetum apud scholasticos habes procedendi ordinem, quærēdo posterius, quod inuestigandum erat prius, & ecōtra. Veruntamen quia in Theologia mystica laboras, in q̄ secundum quid, affectus intellectum præoccupat (quia gustus hic p̄cedit, post sequitur visus) condescēdendū tibi est: dummodo tamen non sis nimium ad intelligēdum simplex: quemadmodum ille, qui ignorauit ordinem temporis inter apostolos & prophetas: dubitās si apostoli præcessissent prophetas. Igitur noueris, q̄d multa in hac materia fuissent modo scholastico præmittenda, antequam veniendum erat ad ea quæ dicta sunt: de quibus quia tu non quæsiuisti, ego quoq; tangere minime curaui: cum nec multū necessaria ea tuo etiam proposito cognoscerem, ex quo scholas intrasti potius affectus, quām intellect⁹: quia inquiris experientiam amoris extatici seu vnitiui, qui perfectus est

magis,quam eius scientiam:& fortius eius practicam, quã speculatiuam. In Theologia mystica scias, q̃d contemplatio,meditatio,& cogitatio, possunt dici vnum esse in re:quamquam multum differant,in ratiõe. Cogitatio quippe fit cum facilitate & absq; labore,mente libera hinc inde euagando. Sed non sic meditatio,q̃a illa fit cum difficultate & labore, ad stãdum fixe circa certa fantasmata quærendo.Supra has autem ambas fieri habet contemplatio,post frequentatam habituationem,& post diuinam illustrationem,cum facilitate circa spiritualia & diuina,talibus dulciter inhærendo. Et vt plenius intelligas,dicam amplius; Cogitatio vagatur & serpit sine labore,& sine fructu. Meditatio nititur & incedit cum labore,& fructu. Contemplatio autem circumuolat & circumfertur sine labore, & cũ fructu:ita,q̃d in cogitatione est euagatio mẽtis, in meditatione inquisitio mentis:sed in contemplatione est mentis admiratio. Et quoniam hæc tria satis sibi contigua sunt,ideoq; cogitatio sæpe transit in meditationem,& meditatio in cõtemplationem cum fructu nõ modico:sic & viceuersa per negligentiam contemplatio relabitur in simplicem meditationem, & meditatio in vagam cogitationem,cum damno non paruo. Ex quibus potes elicere,quod boni oratores & deuoti meditatiui possent faciliter (si facerent diligentiam) effici boni contemplatiui. Sed aduerte circa hæc diligenter,quod licet amor extaticus & vnitiuus reponatur in vi animæ affectiua , tamen contemplatio, mediante qua ad hunc nonnunquã peruenitur,residet in animæ vi intellectiua. Vnde illa contemplatio,quę fit sine extatico & vnitiuo amore, proprie loquendo nõ meretur dici contemplatio, nisi se quoq; extendat ad animæ vim affectiuam. Igitur anagogico amore iuncto intellectiuę,fit vera cõtemplatio. Vix nanq; inueniri potest cognitio, quæ non sit formaliter aut virtualiter quædam affectio:quemadmodum clarum est q̃d & affectio vix aliqua possit dari,quę non quædã sit cognitio,saltem experimentalis:cum cõstat,quod ha-

rum potentiarum neutra sine altera suum causare cō-suueuerit affectum. Sane ergo intelligere debes, cum au dis contemplationem reponi in vi animę intellectiua & tamen amorem vnitiuum, seu perfectum, repositū in animæ vi affectiua. D I S C. Benedictus sis, bone domine, in æternum & vltra pro tam salubri mihi indigno per te facta doctrina. Sed quoniam sæpe expertus (prohdolor) sum hoc domine, quod tetigisti, videlicet de relapsu à contemplatione & meditatione in cogitationes vagas: tamquam à luce in tenebras, à delitijs in miserias, ab aula in cloacā, & à cœlo in abyssum, mea culpa (heu) id exigente: ita vt nonnunquam in cruce perderem te dominum meum Iesum, tuamq; matrem, & Iohannem, atq; manerem cum solis latronibus & Iudæis, tuisq; crucifixoribus. Peto bone dñe, ignosce mihi sup hoc, & custodi me, ne simile contingat mihi amplius.

¶Differētia inter Theologiā speculatiuā & mysticā cum sex potentijs animæ. ¶Art. 42.

D O M.

SIcuti iam dixi, fuisses prius instruendus dē aliquibus ad propositum perinentibus; quæ licet silentio sint pertransita, adhuc tamen aperiam nonnulla Theologiam mysticam, cum qua nunc versaris, concernentia. Iam dixi tibi superius, quomodo contemplatio & Theologia mystica, siue amor extaticus, se adinuicem habeant secundum intellectiuam & affectiuam: ne autem dubitare incipias de Theologiæ mysticæ huiusmodi q̄litate, scias q̄tū ad p̄sens attinet, q Theologia ē duplex. Vna speculatiua, altera mystica Prima ptinet ad intellectū. Scda ad affectū. Illa tradit à magistris in literis, ista īmediate à deo in orōib⁹ & meditatiōib⁹ sctīs. Vna habet deū, p obiecto, vt verū: altera ipsum intuetur, vt bonū. Illa potest declinare ad vicia, ista vix vnq̄, nisi humilitate relicta, Quia illa q̄nq; ex superbia inflat, ista vo in charitate ędificat. Prima meret dici scientia, Scda vo ppriē dicenda est sapientia.

Theologia duplex

Illa nisi cócurrat cum ista, manet inquieta: ista autem quieta est in deo. Primam non possunt habere nisi literati & docti. Secundam vero habere possunt etiam laici simplices & idiotæ, qui student deuotioni. Et hæc mystica theologia, per quã amor dei perfectus extaticus, seu vnitiuus dicitur, inuenitur citius per pœnitentem affectum, quã per inuestigantem intellectum: & frequentius in scholis religionis, quã in literarum studijs. Itaque si te ad vitam contemplatiuam dare volueris (sicut facere deberẽt merito religiosi, qbus hoc magis congruit) sis auisatus, vt hoc nõ facias ex curiositate aut vanitate, ad sciendum tantum & ad apparendum: sed simpliciter intende dei honorem, propriam salutem, & proximorum adiuuamen, cum profunda humilitate: vt quanto te plus profecisse senseris, tanto despectior tibi fias tuis in oculis. Et sit semp ad aures cordis tui vox illa apostolica: Noli altum sapere, sed time. Item illud: Beatus vir qui semper est pauidus: cum cæteris similibus scripturis. Dico enim tibi verbum bene horrendum, sed verissimum: quoniã contemplatio haberi potest sine gratia gratum facientе, & fieri sine charitate: sicuti & cæteræ gratiæ gratis datæ: atq; per consequens sine merito cœlestis gloriæ.

Rom. 11

Prou. 28.

D I S C. Sum domine tua ex informatione consolatus: sed non minus de contemplatiuorum periculo territus. Differentiam notabilem inter Theologiam speculatiuam & mysticam dedisti: sed & de contemplatione, quia possit haberi à reprobis, sententiam terribilem adiecisti. D O M. Non mireris de hoc, quia iudicia dei abyssus multa. Quãdo enim reprobis gratiã contẽplationis indulgeo: tunc facio ad instar alicuius domini, captiuos cito morti damnandos habentis: qbus ex liberalitate mera de illis mittit cibis, vnde sui sustentantur filij & fideles serui: attamen non minus postmodum eosdem cum reprobis interire facit iuxta suorum exigentiam demeritorum. D I S C. Estne domine aliquid vltra de Theologia mystica & de

Psal. 35

contem

contemplatione pro mea valens informatione: quod peto humiliter pauperculo tuo, vt non dedigneris reserare ex gratia. D O M. Est adhuc aliquid tibi notandum, de viribus seu potentiis animæ, propter contemplationis & Theologiæ mysticæ materiã iam motam. Noueris igitur, quod anima rationalis vires habet distinctas non re, sed nomine, secundum officiorum & agibilium diuersitates. Nam primum diuiditur in intelligentiam simplicem. Secundo in rationem. Tertio in sensualitatem, seu animalitatem, vel potẽtiam cognitiuam sensualem. Hæc intellige, quantum ad vires animæ cognitiuas. Quo ad vires vero animæ affectiuas, diuiditur proportionabiliter. Primo in synteresim, seu mẽtis apicem. Secundo in appetitum rationalẽ, seu voluntatem. Tertio in appetitum animalẽ seu sensualitatem. Ecce sic habes sex potentias animæ rationalis: quia in intellectiua tres, & tres in affectiua. Quarum naturam & differentiam si plenius intelligeres, non parum ad contemplationis & theologiæ mysticæ materiam tibi prodesset. Nam appropriate loquẽdo, contemplatio est in vi intelligentię cognitiua: sed Theologia mystica, & synteresis vi affectiua, secundum modum superius tactum. Nota etiam, quod sicut cogitatio, meditatio, & contemplatio, sunt tres cognoscendi modi: ita sunt & tres oculi, seu videndi modi. Primus oculus est oculus carnis seu animalis. Secundus oculus est rationis. Tertius spiritualis, supra rationem ad æterna euolans. His tribus cognoscendi modis etiam correspondent affectionis tres maneries: videlicet cogitationi cupido, meditationi deuotio, & contemplationi dilectio, per facile & difficile atque per vtile & inutile inter se differentes. Ex his poteris doctrinaliter aliquo modo intelligere, quid de cõtemplatione, & de Theologia mystica debeas, quãtum ad differentiam & conuenientiam sentire. D I S C. Gratias tibi piissime domine, quia tam dignanter erudis me. Fac bone domine, me pauperculam creaturã

Articu.41.

tuam ex tua eruditione semper proficere,tam affectiue quam intellectiue,in tui laudem.

¶Cōtemplatiōis sex gradus,qbus ad deū ascēditur.

¶Art. 43.

D I S C.

Loquendo domine,de vera contemplatiōe,quæ non tantum in intellectu sistit gradum,sed progreditur vltra ad affectum: imo & nōnunquam ab affectu præuenitur,& intellectus subseqtur: audirē adhuc libenter aliqua: si qua forsitan ex his vsui meo essent accommoda,& opportuna. Intelligo enim, qđ ad pfectum tuum amorem,extaticum,vnitiuum,seu anagogicum,iuuat multum cōtemplatio. Da ergo bone dñe,cōtemplādi modum,mihi in simplicitate mea expediētem. D O M. Multa in supioribus dicta sunt ad hoc valentia,vt tñ tuum pfectum adiuuem, noueris ꝙ sursum actiōis & cōtemplatiōis origo seu mater, est deuota & frequēs oratio. Dic ergo sæpe: Deduc me dñe in via tua:& ingrediar in veritate tua,lætetur cor meum,vt timeat nomen tuum. Hac oratione tria petūtur. Quorum primum fit p dei vestigium corporale & temporale creaturarum. Scđm,p dei imaginē in mēte humana: q̃ dei imago est spiritualis,& æuiterna. Tertium p cōtemplatiōem supra creaturas,ad ęternū spiritualissimum primum principium aspiciendo. Et hæc est via trium dierum in solitudine ꝟorum Israelitarum,id est,triplex illuminatio vnius diei: prima est vt vespera,scđa vt mane,tertia vt meridies. Et si sane singula intelligeres, hæc quoq; cōprehenderent triplicem in me substantiam,q sum mortalib⁹ scala in his, p corporis mei scz animę & deitatis substātiam. Scđm hæc quoq; mens humana triplicem habet principaliter aspectum: vtpote ad corporalia & exteriora,& tūc vocatur animalitas,seu sensualitas: necnon ad spiritualia & intra se,& sic vocatur spiritus: atq; ad æterna & supra se,& sic proprie dici meretur mens. Itaq; scđm hæc tria mens humana conari debet ad ascēdendū in deum

Psal. 85

Exodi. 4. 9

deũ per cõtẽplationẽ: vt ideo deũ diligat ex tota mẽte ex toto corde, & ex tota aĩa: in qbus cõsistit pfecta legis impletio oĩsque sapiẽtia Christiana. D I S C. O dñe pijssime gratias ago tibi, vtinam congruas, quia quæ prius ignorabam, me docuisti de contemplatione: cõtinua (quæso) bone domine materiam hanc vltra: Quamuis enim ad contemplationem, heu, aptus (vt timeo) non sum: audio tamen de ea libenter: quatenus ita in alijs hanc gratiam saltem collaudare queam. D O M. Contemplatio perfectius discitur experimento, quam eloquio: nihilominus tamen ad contemplacendum tuæ instantiæ, scias, in contemplando sex fore gradus, quibus anima deuota potest in deum ascendere, & ad veram pacem, requiemque peruenire per extaticos mentis excessus. Ad quos est via amor feruidus meæ passionis, eiusque crebra meditatio. Hi sex gradus sunt in scripturis designati diuersimode: scilicet p Seraphim sex alarum: p sex dies, quibus totus mundus factus est: per sex grad⁹, quibus ascẽdebat ad thronũ Salomõis: p sex dies, post qs Moses vocat⁹ fuit de medio caliginis: & p sex dies, post qs ego duxi discipulos meos in mõtẽ in transfiguratiõe mea. Quibus sex ascensionũ gradibus correspõdent sex grad⁹ potẽtiaꝝ animę, p quos à temporalibus in æterna, ab exterioribus ad intima, & ab imis ad summa ascendit. Qui sex gradus potẽtiarum sunt, sensus, imaginatio, ratio, intellectus, intelligentia, & apex mẽtis, seu synteresis scintilla. Itaqꝫ si vis ad contemplationem veram peruenire, & per consequens ad amorem anagogicum seu extaticum, qui perfectus est, attingere: vide vt studiũ tuũ ꝟsetur frequenter circa meditationẽ passionis meæ cõpassiuam, circa orationẽ deuotam, & conuersationem sanctam. D I S C. Placent mihi domine multum, q dixisti: sed oro da gratiam vt per ea in vera charitate, ad tuum sanctum amorem proficiam. Hoc eñ totum est domine (vt nosti) quod in his õnibus intendo; qd & tu vtiqꝫ p hæc à me requiris.

Deut.6. Matth.22. Roma.13

Isaiæ.6. Gene.1 2 3.Reg.7.9 Exodi.19. Matth.17

¶Quomodo tribus modis debeat se quis exercere in meditatione dominicæ passionis.

¶Art. 44.

D O M I N V S:

SEntio quod tibi placent, quæ audisti de contemplatione, addam adhuc igitur aliqua ad eam tibi necessaria, pro tui informatione ampliori. In superioribus dixi tibi de ascendendi in deum scala per Adam fracta, sed in mea passione reparata: ideoq; noris, quod nihil in contemplatione proficies, nisi prius te in passionis meæ meditationibus diligenter exerceas. Ego em̄ sum ostiũ, ꝑ qđ te intrare oportet: si volueris ingredi & egredi contemplando, & pascua inuenire quiescendo, creatorem in creaturis cognoscendo, & creaturas in creatorē reducēdo. Igitur nisi quis passionem meam in contemplãdo pro fundamento sibi cõstituerit, quanto altius ascenderit, tanto profundius se casurum nouerit. D I S C. Firmissime credo domine, & in nullo dubito, quin ita sit vt tu dicis: da ergo mihi pauperculo tuo compendiosum modũ exercitandi me ita in tua benedicta passiõe, vt per hunc ꝓficere possim in vera contemplatiõe, cuius finis nimirum est, amore extatico atq; perfecto tibi vniri in vera charitate. D O M. In meditando passionem meam diuersi diuersimode se habent. Tibi tamē possunt sufficere ꝑ captu tuo modi hi, qui sequũtur. Nam primo potes te habere compassiue: cogitando, quomodo is qui patitur, est dominus deus tuus, deus dei filius, & virginis Mariæ primogenitus, agnus immaculatus, totus innocens. Cui etiam irrationales compassæ sunt creaturæ: pro vt patet in terræmotu, petrarum scissura, ac tenebris super vniuersam terram tũc factis. Cui tu vtiq; potius debes compati, cum hic tui amore pro tuaque salute patiatur. Vnde iustum est, vt eidem cõpatiendo studeas gratias agere, ipsumq; imitando nõ tñ meas etiam propter eum aduersa patienter tolerare. Potes te etiã habere admiratiue, si primus modus cor

Iohan. 10.

Matth. 27.
Marci. 15.
Lucæ. 23

tuũ non tetigerit. Admirari ergo non immerito poteris ineffabilem illam dignationẽ, qua dominũ maiestatis deum tuũ vides pro te vili figmento, vt te videlicet à morte perpetua redimat, à peccatoribus nequissimis tam crudelia sustinere tormenta, & mortem crucis turpissimam. Potes quoque mirari, quomodo non sancti angeli, imo & omnes creaturæ, insurrexerũt cõtra crucifixores creatoris sui: & quomõ non tota mũdi machina fuit subuersa in vindictã tanti sceleris. Sed tempus erat tunc patiendi, postea erit iudicandi. Hæc cũ admiratione cogitando, agẽ gratias ei, qui te tantũ reputauit, sicq; dilexit, vt se [illegible] daret, q̃si se ꝓpter te odio haberet. Nõ ergo magnũ tibi videatur, si & tu amore illius aliquid patiaris. Adhuc etiam alio modo poteris te in meditando passionem meam habere, scilicet extatice seu per mentis excessum. Et hic modus est excellentior, licet sit difficilior & rarior. Iuuat autem ad hũc modum tam frequens passionis meæ meditatio, vt ex continuatæ deuotionis actu generetur in meditantis mente quidam habitus: per quem homo deuotus pene semper & vbiq; in corde suo facillime portet me crucifixum: ita, vt quasi ceterorum oblitus, ad me meamq; passionem semp sit intentus. Ex qua salubri freq̃ntatione (nisi ingratitudo, acidia, aut spiritualis superbia, hoc impediat) sequitur tãdem spiritus liquefactio: per quã homo quasi in deum transformatur, deoq; amore anagogico seu extatico, qui perfectus est feliciter vnitur. Et hic est principalis finis huius sanctæ meditationis. D I S C. Laus tibi domine deus meus, quia tam dignanter mihi indigno modos dedisti, quibus in tua sancta me exercitare valeam passiõe: atq; sic peruenire ad veram contemplationem, & per contemplationem ad tuum perfectum amorem. Eia piĩssime domine Iesu Christe, inscribe obsecro, sacrosanctam passionem tuam cordi meo tam efficaciter, vt q̃ tu deus meus vnigenitus dei & primogenitus virginis Mariæ, q maior & nobilior esse non potes, tanq̃

caput meum sustinuisti in te propter me vile figmentum tuũ, q indignior vix esse possum: ego quoq; tanq̃ membrum tuum sentiam, per cordialem compassionẽ in me propter te: ita, vt ego tui amore teq; ad imitãdum libenter sustineam quæcunq; aduersa, ꝓ tui nominis gloria, & in aliqualem venerandæ passiõis tuæ satisfactionem tam feruenter, vt pre nimio charitatis ardore totus à me deficiens videar in te cõmutatus: sic, vt ꝑ te, & ꝓpter te, mũdus mihi crucifixus sit: & ego mundo. Largire hoc mihi, bone domine.

¶Passionis domini septem effectus ostenduntur.

¶Art. 45.

D O M.

QVia vt asseris, placet tibi passionis meæ iter ad ascendendum in contemplationis montem, dicam tibi aliqua de ipsius passiõis meę efficacia perutili: vt tãto ad eam ferueas amplius, quãto sentis fructum eius plenius. D I S C. Eia gratias tibi bone domine, q a tam misericorditer cupis meũ ꝓfectum. Loquere ad cor seruuli tui indigni. D O M. Effectus passionis meæ est ꝓciosus, multus, & magnus. Hoc poteris hinc perpendere, quia per passionis meæ operationem mundo septem magnalia innotuerunt quæ suis cum cõditionibus ipsum prius latuerãt: vt; deus admirabilis, spiritus intelligibilis, mundus sensibilis, paradisus desiderabilis, infernus horribilis, virtus laudabilis, & reatus culpabilis. Hæc septem magnalia figurata erãt per septem signacula signati libri, quẽ Iohannes meus amicus & euãgelista vidit in sua Apocalypsi in spiritu. Quem librum aperire, eiusq; signacula soluere, nemo poterat in cœlo & in terra: nisi agnus immaculatus, qui in cruce occisus est. Vide ergo primum diligenter, quomodo in passione mea mirabiliter diuina sapientia diabolum decepit, iustitia dei pretium redemptionis quęsiuit, & misericordia dei filium pro reis tradidit. Aduerte etiam solicite, quo modo

Apo. 5.

modo per passionem meam manifestata est triplicis spiritus conditio, vtpote angelorum benignitas, quia dominũ suum permiserunt crucifigi: hominũ dignitas, quia propter eos dei filius mori dignatus est: & dæmonum crudelitas, quia suum & omnium creatorem crucifigi per suggestiones ex inuidia procurarunt. Cõsidera etiam, quomodo in passione mea apparuit mũdi cæcitas, q lucem veram cognoscere noluit, diligendo magis tenebras: mundi sterilitas, quia summũ bonum sibi oblatum voluit potius contemnere, quam acceptare: & mundi impietas, quia innocentissimum maluit morte turpissima condemnare, quã venerari. Attende quoq;, quomõ per meam passiõem sunt apertæ paradisi portæ, quæ per originale peccatum clausæ erant. Huius paradisi delitijs (vbi est plenitudo gloriæ lætitiæ & opulentiæ) vt tu possis perfrui, factus sum ergo propter te in passione mea sponte vilis, pauper, & miserabilis. Perpende denique fideliter, quomodo ex mea passione manifestatum est, quam horrendæ sunt inferni miseriæ: & quod ipse infernus plenus est egestate, vilitate, & calamitate. A quibus vt te eruerem, libertati te redderem, & cœlestibus ciuibus reconciliarem, mortem pro te subij, meosq; redemi: sed ingratĩ & infideles, vt illic perpetuo puniantur, decreui. Potes quoq; ex mea passiõe intelligere, q̃ laudabilis sit ṽtus. Quia preciosa. Nam antequã ego vellem ṽtutem obedientiæ in me non exhibere, elegi magis mori quã viuere. Speciosa. Nam virtus patientiæ & si in me vbique maxime tamen relucebat in mea passione. Fructuosa Quia vno perfecto virtutis actu ego spoliaui infernũ, apui cœlũ, & recuperaui deperditum. Intuere etiã prudenter, quomodo per passionem meam claret, quantæ maledictionis sit peccatum: in quo diluendo fuit tanta difficultas: quia indiguit tam magno precio, tã grãdi sacrificio, & tã nobili medicamẽto: puta vnigeniti dei immolatiõe, filij ṽginis crucifixiõe, & tam ꝑciosi sanguinis immaculati agni vnctione. D I S C.

Iohan.3.

Isaiæ.53.

O agnus

O agnus dei, qui solus potuisti librum septem signaculis signatum aperire, & mysteria diuina in eo latentia per tuam sacrosanctã passionem referare: fac me indignum peccatorem tibi pro tãta tua charitate, quã mihi in tua hac beatifica exhibuisti passione, ita deuotum & gratũ, vt eiusdem venerandæ passionis tuæ virtute illustrationem intellectus cum inflãmatione affectus, in tantum quantum pro tua fuerit laude, meaq; salute, & pro aliorum in tui nominis gloriam ædificatiõe, merear percipere misericorditer. Amen.

¶De cautela in meditationibus habenda.

¶Art. 46.

D O M.

SOlicitus pro tuo profectu, reuoco tibi ad memoriam: quomodo in superioribus dixisti, te quandoq; in cruce me perdidisse, atq; cum latronibus & crucifixoribus permansisse: quæro igitur à te, an huius causam noueris, præsertim specialem? Quia si eam non noueris, minus ab ea cauebis. D I S C. Clementissime domine, gratias tibi, quia tam libenter meum videres profectum. Certe domine nescio. D O M. Audi ergo, & diligenter aduerte, quæ dico. Inter cæteras causas, quæ talem lapsum à cõtẽplatione vel meditatione, in huiusmodi inconuenientem cogitationẽ facere consueuerunt, hęc vna est non minima: qa vez, nimis diu, nimis fortiter, & nimis curiose, cum tua cogitatione versaris circa passionis meæ imagines. Bonũ siquidẽ est, si aliter te iuuare non poteris, ita cum imaginibus aut deuotis lectionibus incipere: sed non est cautum in talibus perseuerare. Quia caput inde læditur: & principalis fructus, propter quẽ huiusmodi cogitatio seu meditatio fieri debet, per hoc impeditur. Principalem fructum dico, ascendere in montem contemplationis, per vnitiuum, anagogicum, seu extaticum amorem, cum deo. D I S C. Domine prohibes igitur imagines, vel etiam literas? D O M. Vsum imaginum & literarum, non prohibeo: sed earũ abusum,

abusum, moderamen suadendo. Multi enim antiquo rum patrum magni cōtemplatiui fuerunt, qui literas non nouerunt, & imagines in vsu nō habuerūt. Prout etiam adhuc hodie inueniuntur laicales personæ, quę subtiliores habent mentis illustrationes in suis meditationibus, quā nonnulli multum literati, & imaginibus realibus seu mētalibus inuoluti. D I S C. Piissime domine, doce seruulum tuum indignum, cuius salutem optas, quomodo debeam me ab imaginibus in meditando aut cogitando auertere. A literarum nanque superflua occupatione noui (tuo dono) me bene eruere. D O M. Apostolus meus Paulus docet hunc modum, si quis aduertat. Nam ait: Et si cognouimus Christum secundū carnem, nunc tamen eum nō nouimus, scilicet tali modo secundum carnem. Ecce quō ipse se à corporali mea auertit notitia. Sed qd denuo ait? Qui factus est nobis à deo patre sapientia, iustitia sanctificatio & redemptio. Ecce qualiter ad spiritualia se conuertit. Sic fac & tu in tuis meditationibus. Corporalibus vtere pro scala, ad pertingendum ad spiritualia. Quibus apprehensis corporalia obliuiscere, pro sertim pro illa vice. Nolo tamen vt ex toto scalam à te elonges. Erit enim quandoq; tibi iterum necessaria quando videlicet post descensum, conaberis rursum ascendere: idq; ad nutum nequeris implere. D I S C. Domine quō possunt hæc fieri, vt sensibilium imaginibus relictis, solis simpliciter intellectualibus intendam? D O M. Si bene institutus esses in scholasticis disciplinis, tunc facilius intelligeres modum, p quem hęc possunt fieri. Veruntamen ne impossibilia iudices quæ dixi, audi similitudinem: Audiuisti de aliq̄ in remotis partibus constituto, quō sit magnus sanctus, & multum virtuosus: huic cor tuū afficitur propter eius sanctitatem & virtues. Cum ergo de eo cogitas, nō vales scire, an sit statura longus aut breuis: colore niger aut albus: an stet, aut sedeat: vel si sit nudus aut vestitus: vel si sit in ecclesia, camera, aut campo. Vnde licet

2.Cori.5

1.Cori.1

huiusmodi

huiusmodi imaginationes tibi sub dubio occurrant, quia tamen certitudinem de talibus nullam habes, de illis faciliter cogitationem tuam auertis, dicens intra te: Non est ita ille dispositus. Quomõ ergo aliter? Nescio, nec curo. Sed sufficit mihi quod est amicus dei & magnus sanctus. Vtinam & ego similis ei essem in donis & virtutibus. En lac tibi ministraui vt paruulo, donec factus vir solidũ capere possis cibum. Hoc modo poteris etiam facere in meditatiõibus sanctis: & sic caput tuum nõ fatigabis nimis, nec timere habes ita inanem vesaniam, melancholicam, aut fantasticã læsionem. D I S C. Laus tibi dulcissime domine pro tam salubri instructione, ex qua intelligo, quomodo vis vt caput habeam liberum, & meditatiões traham ad cordis cubiculum, iuxta prophetæ quoq; exemplum, qui ait: Meditatio cordis mei, non capitis, in cõspectu tuo semper. D O M. Hoc fac, & viues securius sano capite, absq; destructionis periculo.

Psal. 18

¶De cauta conuersatione contemplatiui.

¶Art. 47.

D O M.

EXquo gratanter recepisti cautelam præmissam, audi adhuc aliam, non minus quã illam, tibi necessariam. Si enim bonus fieri volueris contemplatiuus, aut meditatiuus, ac per hoc ad extaticũ meũ peruenire amorẽ: dabo aliquas tibi regulas, iuxta q̃s vitã tuã instituere habes. Has ꝓ cautela in cordo tuo scribe, easq; ante mentis tuæ oculos cõtinue tene: alioquim parum cum tuis ꝓficies meditationibus, aliisq; exercitiis spiritualibus. D I S C. O q̃ libenter dñe, te audiam: sed da, vt te etiam bene intelligam. D O M. Si volueris in deum per anagogicos mẽtis excessus ferri in deiq; amore ꝑfectus fieri, necessariũ tibi est: vt ad deum sæpius orando suspires, dicendo, si non ore, saltem corde, cum propheta: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fortem, viuum

Psal. 41

quando

quando veniam & apparebo ante conspectum dei? Item illud in Canticis: Indica mihi quem diligit anima mea: vbi pascas, vbi cubes in meridie. Item: O domine deus meus quando mihi dabis gratiam, vt ex toto corde te diligã? Quãdo inardescã totus amore tui? Quare me totũ nõ vnis intime tibi? Huiusmodi & consimiles flammigeras, postq̃ emiseris ad deum orationes persæpe: tunc spem concipe, quod dominus deus tuus exaudiet te opportuno tempore: si tamen perseueraueris pulsans. Sed valde oportet & te caute ambulare corã deo tuo, cum proximo, & ad teipsum. Habe igitur te humiliter ad te ipsum, innocenter ad proximum, reuerenter ad deum. Ex profunda cordis humilitate in nullo præsumas de te: sed omniũ nouissimũ te existima, non ficte, sed vere. Ex fraternę charitatis abundantia desidera prodesse & cõplacere in bonum oĩbus, neminẽ offendẽdo aut cõtemnẽdo, corde, vbis aut operibus. Ex filiali dei timore & amore caue diligentissime dei offensam, & stude fidelissime in omnibus implere eius voluntatẽ. Et vide, vt nunq̃ dominĩ dei tui obliuiscaris: sed semp eius cogita assistentiã, qua vcz scdm naturã vniuersaliter cũctis adest, p essentiã, potentiã, & p̃sentiã: atq; nõnullis specialiter p gratiã, aut vindictã. Quod ergo corã hominibus nõ auderes, noli audere corã deo tuo vbiq; te intuentẽ, tuosq; gressus, nõ tantũ pedũ, sed & desideriorũ dinumerantẽ. Cui & patẽt minimi tui motus cogitationũ & affectionũ clarissime. Non igitur corã eo te cor tuũ eleuet, nec eius imaginẽ in pximo tuo indignatio tua cõtemnat. Neminẽ diiudica in malũ, nisi temetipsum. Propriorũ em̃ tuorũ malorũ tibi cõsci⁹ es, & pximorũ occulta bona videre nõ potes. Sẽti bñ de oĩb⁹, nullũ despicias, nisi teipm. Dissuesce à suspitiõib⁹, & noli temerariis initã iudiciis. Habẽt em̃ p radice non charitatis fraternę copiã, sed pænuriã. Reputa te nullius esse valoris, neque existimes quẽpiã te esse gradus inferioris. In magnis publicis peccatoribus, si non poteris venerari vitam, honora

Cantico. 1

1. Reg. 6.

Actu.9 Lucæ.19 Matth.9 Lucæ.7 Math.4 Lucæ.4 Iohan.41. Rom.14 1.Cori.10

honora tamen in eis tibi incognitam dei prædestinationem. Quæ facile cum vult, facit de Saulo Paulū, de Zachęo diuite pauperem, de telonario euangelistam, de peccatrice contemplatricem, de piscatore ecclesiæ pastorem. Et sic de pluribus aliis. Cōmitte ergo diuinæ ꝓuidentiæ, quæ tu penetrare nescis: & noli tibi q̄d dei est, vsurpare, iudicare scilicet alios. Prout etiam te docuit Apostolus meus Paulus, vbi ait: Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Suo domino stat, aut cadit. Stabit autem, nam deus potens est statuere illum. Qui autem stat, videat ne cadat. Alia tibi etiam pro discreto regimine corporali sunt necessaria. Nam anima sine corpore non meretur: licet ipsa debeat se præbere discrete corporis dominam, corpusq; subiugare, vt ancillam: Sic itaq; abstinendo & reficiendo, quiescendo & laborando, moderationem tene: vt asinus tui corporis ex necessariorum subtractione sub onere non deficiat, neq; ex pastu nimio lasciuiens ad iniūcta obedire contēnat. Noli ꝓsumere, q̄d semp spiritualibus absq; interpolatione corporaliū possis intendere. Igitur redde vnicuiq; horæ q̄d suum est, iuxta religionis tuæ normam. Sicut suo tempore est orandum, meditandum, &c. sic suo quoq; tempore est manibus laborandum, vescendum, & dormiendum. Et quamuis ad meditandum & contemplandum iuuet multum sobrietas, solitudo, & silentium: est tamen corpus reficiendū opportune, ac quandoq; inter alios tibi iucunde conuersandum, & fraterne de bonis conferendum: ne alios videaris contemnere, & ne singularitatis notā possis incurrere. Dico enim tibi pro certo, quod nonnullis contemplationi deditis noceret minus in corpore & anima, si in reficiendo quandoq; excederent, quā in nimium abstinendo. Similiter talibus esset melius, si interdum cum aliquo bono fratre solatij causa conferrent de occurrentibus, quā nimis stricte inniti silentij obseruationibus. Alternis enim vti est delectabile. Sed idētitas mater ē fastidij. Hęc tū volo sic intelligas

non vt

non vt vitijs licentiam tribuā: sed vt discretionē (quæ auriga est virtutum) doceam. Si vero tibi cogitatio oc currat, vt ex toto à corporali refectione & quiete pro pter deum abstineas, aut aliquid de consueto tuo viuē di modo tibi subtrahas, vel immutes, quasi tūc sis ma gis ad exercitia spiritualia aptus, multum time, caute age, noli credere, donec superioris tui & aliorum pru dentum deum timentium consilia audieris. Alioquin experieris cum periculo, quod subuersores sunt tecū, & quod cum scorpionibus habitas, dæmoniumq; me ridianum vult te subuertere, & in latētes tenebras de mergere. D I S C. Gratias tibi dulcis domine, magister bone, pro tam vtili mei informatione. Sed aliqualiter miror domine, cur huiusmodi materiam reseruasti quasi in finem. D O M. Scias hoc factum ea de causa, quia illa quę post multa in fine quasi dicū tur, persæpe strictius retinentur. Et noueris, qđ quan tumcunq; alte quis contemplando cum aquila vola uerit, necesse tamen est quā diu mortale corpus gerit, vt cum aquila etiam de corporalib⁹ necessarijs in ter ra prouide solicitus sit. D I S C. Da ergo bone dñe discretionē in omnibus cum perseuerantia in bonis.

Ezе.2
Psal.90

¶Affectus deum orandi vt patrem consulitur, & do minica oratio elucidatur.

¶Art. 48.

D I S C.

GRatias ago, vtinam dignas, optoque vt omnes sancti & electi tui gratias agāt tibi ex parte mei domine deus meus: quia tam multa & magna de sancta charitate mihi indignissimo peccatori, tamē seruulo tuo, licet nimis indigno, aperuisti. Vtinam di gneris pijssime domine, complere desiderium meum adhuc in vnico verbo, mihi pernecessario. Nosti enim domine, quomodo diuersi diuersis innituntur affecti bus ad te, suis in orationibus, meditationibus, & con templatiōibus, vt supra etiam aliqualiter tactum est. Tu autem dñe scis, ꝙd non omnibus omnia expediūt.

1.Cori.6

f Dicere

Dic ergo dulcis domine, quis modus mihi magis congruat. D O M. Quocunque agatur modo, quãdo mẽs hominis in deum eleuatur, satis est. Tibi vero bene cõuenit hic communis modus, quem in dominica ducui oratione, cum ad discipulos meos dixi: Sic autem orabitis: Pater noster qui es in cœlis. Magnum quippe est & mira dulcedine plenum: vt homo mortalis existens in terris, habeat patrem in cœlis, qui est deus. Et hunc patrem dum bene cogitat, quomodo non toto affectu in eius amorem cum vera charitate filiali assurgat? Securissimus ergo iste modus est, nullum secum trahens periculum. Amor enim ipse etiam erga deum potest errare, nisi discretiõis regatur freno: tum propter humanam infirmitatem, tum etiam propter inuisibilis hostis vbique insidiantis cooperationem. Sub discretionis autem freno amor optime tenetur, quando dirigitur tanquam à filio in patrem ab adoptiuo in adoptãtem, à creatura in creatorem. Quia sic reuerentia moderatur affectionem, & discretio instruit deuotionem: ne illa nimiũ psumat, & ne ista nimis hæsitet. D I S C. O domine adiuua me, vt affectu filiali valeam anagogice orare te, quemadmodum docuisti nos per te: quatenus ex hoc merear exardescere totus in tuo paterno amore. Illustra (quæso) intellectum, ne orando erret: & inflãma affectum, ne orando torpescat. En dico [Pater] O pater patrum, verissime, optime, & vnice, domine deus noster: qui solus es nobis nomine & re pater, fidelissimus, amantissimus, & amabilissimus: qui ex nimia tua charitate quã habes ad nos, potius vis à nobis vocari pater, quam dominus: quando dabis gratiam vt pfectissimo amore filiali diligamus te? Nullus hoc præualet facere præter te, prout nosti pater dulcissime [noster] O noster pater, quam late extendis paternæ tuæ dilectionis sinum. Vis enim quantum in te est omnes nos tanquam filios adoptiuos saluare, vt fidelis pater. Igitur vis orari, nõn tamen vt meus, sed vt omnium nostrum pater. O patrum maxime, quia es

Matth. 17
Lucæ. 1

omniũ

omnium pater, fac nos omnes filiali amore diligere te: ita, vt filialiter te omnes diligentes nullus nostrum à tua excludatur paterna adoptione [Qui es] O pater noster sic illustra intellectum, & accende affectũ cũctorum tuorum filiorum: vt singuli intelligamus pater & gustemus, quomodo tu es qui es. Hoc em̃ nomen, tu es qui es, vel ego sum q sum, tibi soli cõuenit. Nam tu vere sol⁹ es, & oĩa alia quæ sunt, nõ per se, sed per te sunt, & ex tua dilectione subsistunt. O igitur tu bone pater, qui nihil odisti eorum quæ fecisti, confouere digneris nos adoptiuos tuos filios tui paterni amoris viuifico calore: vt in tua dilectione non tepescamus: sed ardentissimis desiderijs iugiter post te & ad te suspiremus: donec videre mereamur facie ad faciem, quomõ tu es qui es. Sed o pater noster, tu qui es solus, vbi es, licet vbiq; sis: es tamen signanter in cœlis, per beatificam visionem. Eia gloriosissime pater, cuius gloriam cœli enarrant: cœli vtiq; rationales: fac nos omnes tibi cœlos, paterni tui amoris radio illustratos, in quibus libenter habites, vnde & reluceas virtutum sideribus, & maxime charitatis fulgoribus [Sanctificetur nomen tuum] Quod nomen tuum bone pater? Sunt enim multa tibi nomina. Certe hoc nomen tuũ superdulcissimum, pater: quod plus nobis filiolis tuis merito sapit. Idipsum igitur sanctissimum, paternum tuum nomen, obsecramus o pater sanctissime, in se quidem summe sanctum, da vt etiam in singulis nobis sanctificetur, id est, sanctum ostendatur per sanctæ charitatis intima suspiria, per veræ dilectionis signa, & per amoris perfecti opera: vt paterni tui nominis notitia ex hoc etiam in alios ad tui laudem deriuetur, ipsosque in tui amorem accendat [Adueniat regnum tuum] Eia pater potentissime, qui es rex regum, dominus dominantium, cuius & regni non erit finis; quamuis multipliciter in tuis creaturis regnes: nos tamen cordialissime petimus, vt hoc paternum tuum nobis adueniat regnum, quo ab intellectu

Exodi.3.
Sapien.11
Psal.18
Apoc.19
Lucæ.1

nostro omnia repellātur fantasmata,&ab affectu ex∙cludantur terrena cuncta:quatenus nō solum passio∙nibus & vitijs,sed & quibuslibet impedimentis alijs à tuo regno (quod intra nos est)expulsis tuus paternus amor solus vbiq; regnet in nobis,feruentissimi ac lu∙cidissimi incendij sui virtute: ita, vt digni habeamur ex paterna tua pietate computari veraciter inter tuos filios,quos facis reges & sacerdotes [Fiat volūtas tua sicut in cœlo & in terra] Eia pater dulcissime,qui quā tū in te est, ex tua paterna charitate omnes vis saluos fieri,neminemque perire:da obsecro omnibus adop tionis filijs tam feruētem filialem ad te dilectiōem, vt vniuersi & singuli delectemur tuam in nobis & p nos semper hic in terra fieri & adimpleri voluntatē pater∙nam:quæ semper recta,iusta & sancta est: sicut fit vo∙luntas tua continue per omnes sanctos tuos in cœlo ex perfectissima dilectione:ita,vt nostra voluntas nū quam à tua paterna discordet voluntate.Nosti enim pater pijssime, quod nihil sic vnanimes facit, sicut vis amoris [Panem nostrum quotidianum da nobis ho die] Eia pater noster liberalissime,cui cura est de om nibus, qui & cuncta paterne dispensas, da nobis pau∙perculis tuis omnibus:qui nō sumus digni vocari ser∙ui tui, & tamen inter adoptionis tuæ filios numera∙re nos dignaris,ex paterna tua dilectione:da(inquā) nobis panem nostrum. Et licet indigeamus multipli∙ci pane,corporalis scilicet sustentationis in victu & a∙mictu,spiritualisq; consolationis,videlicet verbi diui ni & gratiarum ac donorum,quibus quotidie indige∙mus,ne corpore & anima pereamus: nos tamen poti⁹ petimus,bone pater,panē supersubstātialē illum,vn∙de tui viuunt sancti in cœlis.Quem nobis mysteriali∙ter venerabile sacramētum altaris repræsentat. Qui & panis viuus est de cœlo descendens,maximam viui∙fici amoris tui paterni habens efficatiam.O igitur pa terni amoris dulcedo, da nobis tuæ adoptionis filijs hunc panem nostrum quotidianum:qui noster est,qa filijs vtiq;

1.Petri.2
1.Timo.2
Sap.11.
1.Petri.5

filiis vtiq; debetur:& quotidianus nobis esse debet, qa q̄tidie eo indigemus, ne à paterna tua deficiamus charitate. Da (inquam) ipsum hodie, id est, in die æternitatis tuæ, quia tibi semp est hodie: quæ dies nobis hic incipiat petimus, & in futuro continuetur: sicq; in finem sine fine perseueret [Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris] Eia pater noster indulgentissime, quamuis multum præsumamus de paterna tua pietate, quia tamen in multis offendimus omnes, & scimus quoniam propter tuam mundiciam detestaris omne immundum: igitur cum nobis in mentem veniunt mala quæ fecimus, & recordamur quomodo iuditia tua sunt abyssus multa, terrore pariter & dolore concutimur. Dimitte ergo misericordissime pater noster, Id est, da nobis tam feruentem filialem dilectionem ad te, & ad tuam paternam charitatem, vt fiduciam magnam concipere mereamur, nobis nostra debita per te misericorditer esse dimissa: quatenus sic experimento discamus, quoniam perfecta charitas foras mittit timorem. Et ne bone pater, sis ad dimittendũ nobis difficilis: ecce placet nobis, vt nobis dimittas: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Libentissime enim dulcis pater, dimittimus amore tui fratribus nostris, tuis nobiscum adoptiuis filiis qui nos offenderunt: etiam quantumcunq; magnum sit illud. Attamẽ parum est quod nos dimittendo sic facimus: sed multum valde est, q̄d nobis dimitti p te petimus [Et ne nos inducas in tẽtationem] O pater noster cœlestis, quia superbia meretur illudi, ingratitudo derelinqui, & incuria plabi: ad tuam paternam confugientes protectiõem, petimus ex filiali fiducia, ne induci nos permittas, à carne, diabolo vel mundo, per blanda aut aspera in aliquam tentationem: sed tua paterna pietate nostram fragilitatem conforta, & nostram ignorantiam illustra, volũtatemq; guberna: vt in omnibus tẽtationibus strenue agentes, paterni amoris tui gratiam non perdamus:

Iaco.3
Prou.8.
Ams.6
Psal.35
1.Iohan.4

 sed am-

ſed ampliorem conſequi ex hoc & per hoc valeamus. [Sed libera nos à malo] O pater noſter cœleſtis nos filij tui, quos charitatis tuæ calore genuiſti, ſupplices deprecamur filialis dilectionis motiuo: quoniã multa mala ſunt, quibus ſine paterna tua prouidentia reſiſte re non poſſumus: vnum tamen verum ſummũ & perpetuum malum eſt, videlicet damnatiõis perpetuæ, à quo affectuoſiſſime precamur omnino liberari, & præſeruari clementiſſime pater. Non quidem tantum ad euadendum peccatorum iuſtam pœnam, ſed maxime ne fruſtremur paterni deſiderantiſſimi vultus tui gloria: ꝙ ex omnibus medullis cordis noſtri deſideramus contemplari. Separari nanq; à delectabiliſſimi vultus tui paterni viſiõe, eſt malum ſuper omne malum: cui malum aliud nullum poteſt comparari. A quo malo ſecurus eſt qui habet charitatem. Da ergo nobis hanc, bone domine, propter tuam paternã bonitatẽ [Amẽ] id eſt, fiat ita vt petiuimus amãtiſſime pater noſter cœleſtis, ad tui nominis gloriam, nobiſq; adoptionis tuæ filiolis paupculis in ſalutẽ. Nunc itaq; dñe, ſi oraui vt tu voluiſti, gratias tibi: ſi aliter quã debui, ignoſce obſecro mihi. D O M. Placet mihi orandi modus, quẽ tenuiſti Et promitto tibi, ſi ita ſępius cũ attentiõe tali orares, in charitate cito proficeres. Nihil eñi inter orationes dominica oratiõe nobilius & efficatius: ſed vix aliquid apud orantes, propter ipſius aſſiduitatẽ ex torpore, videtur vilius & inutilius. D I S C. O domine ꝙ verè, heu, eſt quod dicis. Parce nobis domine, & præſta vt omnes nos poſſimus emendare. Et quoniã multis verbis dñe aures pulſaui tuæ clementiæ pro ſanctę charitatis munere, oro nunc breuiter idipſum cõcluſiue: Eia tu miſericordiſſime dñe, qui noſti ꝙ parꝝ, imo quã nihil poſſum ſine dono tuæ gratiæ, inflãma (obſecro) me totũ ſic ſanctæ charitatis igne, vt omnis ignis alienus cuiuſcunq; cõcupiſcentiæ fugiat ab eius facie igniſq; ille æternus, qui paratus eſt diabolo & angelis eius, nullam habeat vim ardẽdi in me. Et cum tunica

carnis ꝙ

carnis quā gero exuendus sum, tunc bone domine cir cūda me misericorditer obsecro, sanctæ charitatis vestitu deaurato, ne nudus appareā. Tegat tunc, precor turpitudinis meę maculas vestis p te mihi collata nuptialis. Mortalitatis sacco exutus, sim tunc oro dñe gemine charitatis stola indut⁹: vt securus intrare valeā in amicorū tuorū cōuiuiū felicitatis æternæ: vbi charitas nō initiatur, sed hic inchoata consummatur: non minuitur, sed augetur: nō tollitur, sed perficitur: neq; in beatis terminat, sed in omnibus regnat.

Apoc.19

Matth.22.

¶Modus orandi beatissimam virginē Mariam: & salutatio angelica explicatur. ¶Art. 49.

D I S C.

O Christe Iesu misericodissime domine, docuisti dignanter seruum tuū orandi modum ad deū doce, obsecro, etiam modum inuocandi matrem tuam dulcissimam pro charitate impetranda. Scio enim, quod sine ipsa nihil ā te obtinebo. D O M. Loquere ad eam, ipsam interroga. Charitate plena est de charitate libenter audit & loquitur, diligitq; valde eos, qui in charitate ambulāt. D I S C. Audisti o gloriosa domina, mater dei dignissima, filij tui consiliū. Nunc itaq; imple, quæso, seruuli tui desideriū. Et dic qbus v̄bis te debeā inuocare, vt p te merear charitatis gratiā īpetrare. M A R I A. Miror cur de hoc interrogas, cū dudū nosse potuisti: φ sicut filius meus cōplacētiā habet magnā in oratiōe q̄ p se docuit: ita ego q̄q; valde delector ī salutatiōe, p q̄ me in suā matrē elegit. D I S C. Gratias tibi dña mea p̄dulcissima, p tam desiderata doctrina: sed p̄cor ad trahendū salutationē illā tuā in sensum ad meum ppositū, pauperculum tuum adiuua. Non enim congruum mihi videtur, vt nomē sonet timoris, vbi de materia agitur amoris. Sustine igitur, o mater dei dignissima, vt non dominam, sed matrem te dicamus nostram. Eia mater nostra quæ gloriose regnas in cœlis, memēto filiorū tuorū degentiū in terris. Ostende ad nos tuū maternum affectum

Lucæ.1

vt quandoq; ad te in gloria cœlesti peruenire mereamur, post hoc quod hic pa timur exilium. Tu es enim vera mater nostra, magis quàm prima illa nostra mater Eua. Illa quippe nos fecit filios iræ, tu autem filios gratiæ. Illa filios perditionis, tu filios adoptionis. Per illam fuimus à deo elongati, per te sumus deo recõciliati. O Maria mater gratiæ, mater misericordiæ, mater totius salutis nostræ. Scis o mater nostra, quid filius tuus in cruce ad te dixerit de nobis in persona Iohannis: & nobis de te viceuersa. Ait enim: Mulier ecce filius tuus. O quã bonum verbum & suaue, præsertim nobis, & si non tibi. Multum enim dissimilis fuit commutatio tibi, cognatum recipere pro filio. Et rursum ait discipulo: Ecce mater tua. In his verbis confidimus non solum Iohannem, sed & omnes electos dei tibi in filios, teq; omnibus electis & nobis in matrem fore commendatos, singularis generationis ordine diuinitus interueniente. Nosti quoque mater dei virginea, sed & mater nostra fidelissima, quomodo filius tuus vnicus post suam resurrectionem, nos in persona discipulorũ nominauit fratres suos dicens: Ite nunciate fratribus meis. Itaq; si sumus filij tui fratres, quomodo nõ & tu nobis es mater? Mater ergo nostra veraciter es, o virgo gloriosa. Sed vtinam tu in nobis tã bonos haberes filios, quã bonã nos in te habemus materiam. Sed heu nõ est ita. Parce dulcissima mater nostra. Dicimus nos indigni filij tui tibi o mater nostra, ex parte gloriosissimæ trinitatis, vna cum archangelo Gabriele, vtinam ex cordium nostrorum omniũ intimis reuerentissime [Aue maria] nõ tam salutem tibi optando, quã tuę dignitati congratulãdo. Merito autem tibi dicimus: Aue, quia fuisti semper sine omni væ culpæ per gratiam, sicut filius tuus per naturam. Originale nanq; peccatum nunquam cõtraxisti: quẽadmodum & peccatũ actuale nullum cõmisisti. Eripe igitur, o bona mater, nos indignos filios tuos ab omni væ culpæ & pœnæ sanctæ charitatis perfectione.

Gene. 3
Ephe. 2.
Iohan. 19.
Ibidem
Matth. 28

Quia

Quia ipsa est, quæ cooperit peccatorum multitudinē: Prou. 10.
& per consequens peccatis deletis, gehennæ nō metuit Iaco. 4
damnationem. Iuste etiam, o mater nostra, nomē tu- 1. Petri. 5.
um vocatum est [Maria] quod illuminata, seu illumi
nans interpretatur. O Maria post nomen filij tui, nō
est nomen nec in cœlo nec in terra tam dulce, tā san-
ctam, & tam efficax ad omī necessitate. O anima mea
pensa bene, quā delectabilis est eius gloriosa præsentia
cuius tam suauis est simplex memoria. O Mara, quia
iuxta sancti nominis tui interpretationem illumina
ta es, & illuminans seu illuminatrix: illuminata quip
pe per deum, illuminans totum mundum: illumina &
inflamma, quæsumus, corda tuorum pauperum filio-
rum igne sanctæ charitatis inextinguibili: vt experiē-
tia discamus, quōtu totaliter charitate, etiā vltra sera
phim, ardes: quare & alios diuini amoris incendio ac
cendere præuales [Gratia plena] O mater nostra, ple-
na es non tantum gratia, sed & plena gloria ac diuitijs
omnibus. Cui nihil boni deest, cuius potest esse capax
pura creatura. Vas plenum, si vel leuiter tactum fue-
rit, liquorem fundit: ita & tu plenissima omni gratia,
pijs tacta cordium desiderijs, facile de abundātia tua,
effundis dona virtutum & consolationis. Igitur o ma
ter gratiæ, mater misericordiæ: sed & mater nostra,
funde sup nos indignos filiolos tuos aliqd de tua ple-
nitudine. Potissimum de humilitate tua, qua sup cho
ros angelorum exaltari: & de tua charitate, qua mater
dei fieri meruisti, o redolens viola humilitatis, o ru-
bens rosa charitatis Maria [Dominus tecum] Domi-
nus dominantium summus verus & vnicus, dominus
deus (inq̄) ipse est tecum, o mater nostra, taliter, q̄liter
nunq̄ cum aliqua alia fuit creatura. Deus pater nanq;
est tecum, sicut cum sua filia vnica, per suam potentiā
tibi obumbrās. Deus filius est tecum, sicut cum matre Lucæ. 1
sua vera, per suā sapientiā in te manēs. Deus quoq; spiri
tus sanctus est tecū, sicut cū sua charissima amica & spō-
sa, igne diuini sui amoris in te superueniens. Totaque
f 5 glorio-

gloriosissima trinitas & indiuisa vnitas est tecũ, ad perficiendum in te hoc præcelsum nostrę reparatiõis mysterium, atq; hoc sacrosanctum incarnationis diuinæ sacramentum. O mater nostra, memẽto huius ineffabilis exaltationis tuæ: & noli obliuisci eorum, ꝓpter quorum salutem talis ac tanta effecta es. Eia stilla in nos saltem vnam diuini amoris illius scintillã, vnde tu mater dei fieri meruisti: vt sicut dominus fuit est & erit, superexcellenter semp tecum: sic tua materna virginea deificata pietas semp maneat nobiscum augẽdo in nobis sanctę charitatis ignem vsq; ad felicẽ consummatiõem [Benedicta tu in mulieribus] O mater nostra, licet benedicta sis plus quã omnes creaturę, signanter tamen inter mulieres benedicta prædicaris, propter tuam virgineam fœcunditatem, fecundamq; virginitatem. Et per hoc excedis omnẽ sexum muliebrem, sed & virilem, atq; omne quod deus non est. Sed vnde tibi hoc dulcissima mater nostra? Certe ex quo amor spiritussancti in corde tuo singularitier & excellẽtissime ardebat: ideoq; in carne tua ꝟtus spiritussancti opus singulare & excellentissimum mirabiliter faciebat. Et sicut eius dilectio in corde tuo non admisit socium: ita ipsius operatio in carne tua non habuit exemplum. O benedictissima mater nostra, ꝑ omnes benedictiones tuas (quæ sunt innumerabiles, in quibus tibi valde congratulamur) benedic, quæsumus, & filijs tuis: vt per te & ex tua abundãtia, in nostris cordibus ignis diuini amoris sic ardeat, vt omnia carnis desideria in nobis extinguere, ac cœlestibus nos incẽdijs valeat totaliter transformare [Et benedictus fructus vẽtris tui] O benedictissima mater dei, sed & mater nostra superdulcissima, nos indigni tui seruuli, quos tñ filios vocari tuos non dedignaris, ad singulare gaudiũ cordis tui dicimus tibi quod libenter audis, tanquam bona mater quæ de filij vtiq; lætatur gloria: ecce bona mater hoc dicimus, quia benedictus est ille preciosus fructus tui beatissimi vteri. Sic autem benedictus, quod ab ipso benedictio est omnis: vnde & tu bene-

dicta. O quale est matri benedictæ gaudium, tam bene dictum omnia benedicentem habere filium. Dic rogamus bona mater, tam bono filio, vt amore tui, cui ipse vtiq; nihil negat, etiam benedicere dignetur nobis suis indignis seruulis, tamen adoptiõis gratia & suis fratribus, tuisq; filiis, præsertim vt charitatis benedictionem abundanter nobis propitius contribuat [Iesus Christus] O. mater saluatoris, o mater gratiæ, quoniam iste verus filius tuus, etiam verus dei filius, dictus est vere nomine & re per mysterium Iesus à saluando Christus ab vnctionis dono: fac materno interuentu tuo, vt nos tui pauperculi, quorum etiam mater dici non verecundaris, sicut à Christo Christiani, id est, vncti, vocati sumus: ita quoq; à Iesu tuo Iesuitæ, id est, saluati vocari veraciter mereamur Ad quod charitatis gratia maxime est nobis necessaria. Impetra ergo nobis hanc, quæsumus, o mater & domina nostra gloriosissima, post deum nostrum vnica spes nostra, ac tota beatitudo consolatio & salus nostra [Amen] Id est, vere ita est, fiat ergo veraciter, o Maria, prout confidimus, desideramus, & petimus.

¶ De quibusdã gradibus cõtẽplatiõis sublimioris qui comitari solent meditationem deuotionemq;.

¶ Art. 50. DISC.

POst saluberrimã instructionẽ de meditatiõe ac oratiõe, ꝓseq̃re nũc bone dñe, reliquũ q̃d restat de contẽplatione: ꝑsertim de contẽplatiõis gradibus, de q̃bus desiderãtissime te cupio audire. Etiã si ꝓ nũc dñe nõ oĩa intelligo, nõ ęgre feras, q̃a potest venire hora, qua ex tuo dono capiã, q̃d nũc meã subterfugit intelligẽtiã. D O M. Aliq̃ succincte dicã tibi, de gradibus cõtẽplatiõis, donec ad discendũ plura & maiora fias aptior, ꝓ successu tẽporis. Primus cõtẽplationis grad⁹ est, q̃ creatoris potẽtia, sapiẽtia, & benignitas videt̃ in suis creaturis, veluti in signo, simulacro, speculo, exemplo, aut vestigio, per septiforme testimonium: secundum septiformem creaturarum conditionem, scilicet origine, magnitudine, multitudine,

pulchritudine,plenitudine,operatione,& ordine.Ori gine quidem,secundum creationem,distinctionem,& ornatum.Magnitudine,secundum molem, excellentiam,& efficaciam.Multitudine secũdum generalem specialem,& indiuidualem diuersitatem.Pulchritudine,secũdum luminum,figurarum,&colorum,varietatẽ. Plenitudine,in materia formis plena, in forma plena virtute:& in virtute,plena effectibus.Operatione,naturali,artificiali,&morali.Ordine creaturæ:ratiõe duratiõis,situationis,& influentiæ. In libro scripturæ, ratione diuinarum legum,præceptorum,&iudiciorum, & in corpore ecclesiæ, ratione diuinorum sacramentorum,beneficiorum,& retributionũ.Nunc itaq; vide mentis oculis diligenter,an ne sufficientem habeas ex his materiam contemplandi in creaturis, creatoris potentiam,sapientiã & bonitatẽ.D I S C. Vere ita est domine,vt tu dicis.Nam reuera cæcus dicendus est,qui ex tantis creaturarum illustrationibus non videt creatorem.Sedquoniam bone domine parum est intelligere ex creaturis creatorem,nisi sequatur & amare:igitur da piissime domine,cum illustratione intellectus,inflammationem quoq; affectus: vt quod de diuina potentia,sapientia,&bonitate, p creaturarum speculum intelligimus,etiam in creatore venerantes deuote amemus . Lux enim nobis ad salutem non sufficit,nisi calor lucis assit. D O M.Contemplationis secũdus gradus est, quo deus videtur in creaturis,non solum vt supra per vestigia:sed etiã per suam essentiam,potentiam,& præsentiam.Et hoc mediantibus quinq; sensuum portis,quibus mũdus maior,mundum intrat minorem.Sed intellige non substantiam,sed secundum similitudines rerum. Quod fit sensibilium apprehensione,oblectatiõe,&diiudicatione.Ex visibilibus enim creaturis,inuisibilia dei cõspiciuntur.Nam deus est omnis creaturæ origo,exemplar,& finis.D I S C. Quàm clarum est optime domine quod loqueris,da obsecro,vt quemadmodum te ex his

Sapien.13
Rom.1

ex his cognoscimus,ita te quoq; in his amemus ,bene dicamus,laudemus &glorificem⁹. Ne forte(q̄d absit) cum his qui etiam te nouerunt,sed non vt deum glorificauerunt,&ideo perierunt in vanitatibus suis,&nos pereamus:Dic vltra bone domine.D O M.Contemplationis gradus tertius est,quo deus videtur non tantum per vestigia ad extra,quemadmodum in omni relucet creatura,&prout fit in iam dictis duobus gradibus:sed cum vos mortales intraueritis ad vosipsos,scilicet ad mentem vestram, in qua diuina relucet imago, ibiq; intuemini ipsum deum tāquam p speculum & in ænigmate,scilicet eius æternitatem,veritatem & bonitatem,in tribus animæ potentijs,memoria,intellectu,& voluntate. Ad hanc autem speculationem noueris multum animam iuuari per lumē scientiarum. Nam omnis philosophia,aut est naturalis,quę agit de causa essendi,&ducit in cognitionem potentię patris: aut rationalis,quæ agit de ratione intelligendi & ducit in sapientiæ filij cognitionem: aut moralis,quæ agit de ordine viuendi,&ducit in bonitatis spiritussancti cognitionem. D I S C. O domine qui animas nostras ad diuinam imaginem fecisti in tribus animę potentijs:da nobis,quæsumus,ita deitatis æternitatē cogitare,eius veritatem intelligere,& ipsam bonitatē diligere,vt à tua gratia nūquam excidamus:sed & gloria perfrui mereamur sempiterna.D O M.Quartus contemplationis gradus consistit in hoc,vt videat homo deum in seipso:hoc est in ipso homine,mēte videlicet intrando ad seipsum: sed modo alio,quā immediate dictum est supra:vtpote per memoriam à fantasmatibus purgatum,per intelligentiam à concupiscētijs astractam,& per affectionem à sensibilibus suspensam.Sed ad hoc faciendum mens hominis indiget scala quadam ascendendi,q̄ quidem fracta fuit in Adam sed per me qui sum ostium,quo ad vitæ æternę pascua intratur,est reparata. Qui igitur mihi appropinquauerit p Theologicas virtutes,in me credendo,sperādo & aman

Ibidem

1.Cori.13

Iohan.10.

& amando (per quæ tria anima purificatur, illuminatur, & pficitur) in illo imago dei reformatur. Nam per virtutes Theologicas anima hominis reformata, dispo nitur ad excessus mentales, deuotione, admiratione, & exultatiõe: vt sic fiat homo Hierarchicus, id est, pur gatus, illuminatus, atq; perfectus. D I S C. Præ dulcissime domine, qui es sponsus ecclesiæ tuæ sanctæ qui es & nobis deus, & noster proximus, frater, & do minus, rex & amicus: quiq; es verbũ increatũ, ꝓ nobis incarnatũ, noster quoq; formator & reformat, alpha & o, principium & finis, summusq; Hierarcha: purga q̃ sumus, illumina, & perfice sponsam tuam triplici in telligentia spirituali tuæ sacræ scripturæ, trópologia videlicet per vitæ honestatem, allegoria per intelligẽ tiæ claritatem, & anagogia per excessus mentales: vt in omnibus nobis laus tua iugiter perficiatur: ne ope ra tuæ potẽtiæ, sapiẽtiæ, & bonitas, in nobis depereãt.

Iohan. 3. Deut. 10. Iohan. 3. 4 Heft. 13. 14 Iohan. 1. Luce. 1. 2 Isaiæ. 64. Apo. 1. 22.

¶ De duobus aliis contemplationis gradibus:

¶ Art. 51.

D O M.

MOdo ausculta de gradu quinto cõtemplatio nis. In quo per contemplantem potest videri deus, non solum extra & intra contemplan tem, per vestigium videlicet & imaginem, vt iam supe rius tactum est: sed etiam supra ipsum contemplan tem, scilicet per lumen quod signatum est super vos, & super mentem vestrãm Quod lumen est lumẽ veri tatis & claritatis æternæ. Hoc modo videtur deus à cõ templante, vt primum & principale esse, necnõ vt sum mum bonum. Vt primum esse equidem, non habens præteritum neq; futurum, sed tãtum præsens. Omnis multitudinis, vniuersale principium, atq; omniũ cau sa efficiens, exemplans, & determinans: quemadmodũ & ipse est omnibus causa essendi, ratio intelligendi, & ordo viuendi. Nam ipse est sphæra intelligibilis, cuius centrum est vbiq;, & circumferẽtia nusquam. Videtur vero deus hoc modo, vt summũ bonum: quia vt bonũ

Psal. 4

quo ni-

quo nihil melius, nihil nobilius, nihil dignius, omnipotens, omniſciens, omnimode bonũ. Ideoq; hoc bonum perfecte videre, eſt eſſe vere beatum, & perpetuo felicẽ. DISCO domine, fac nos quæſumus te ſemper hic taliter videre, per fidem, ſpem, & charitatem: vt tãdem venire mereamur ad huius viſionis rem & veritatem. Sextus cõtemplãdi gradus eſt, quo videtur deus trinus in perſonis, & vnus in eſſentia. Licet autem mens humana capere nequeat, quõ deus eſt trinus in pſonis, & vnus in eſſentia, poteſt tamen aliqualiter ratiõe perſuaderi. Nam bonũ ẽ diffuſiuũ ſui ipſius. Summũ aũt bonũ eſt ſumme diffuſiuum ſui. Summa vero diffuſio eſſe nõ poteſt, niſi ſit actualis & intrinſeca, ſubſtantialis & hypoſtatica, naturalis & voluntaria, liberalis & neceſſaria, indeficiens & pfecta. Itaq; qm̃ in deo eſt delectus & cõdilectus, genitus & ſpiratus: hoc eſt, pater, & filius, & ſpiritusſanct᷒: ideo ipſe eſt ꝟiſſime ſummũ bonũ, cũ ſumme ſe diffundat, cõmunicando alteri totã ſubſtantiã & naturã: q̃d fieri neq̃t in creaturis. Et hæc eſt res mirãda, credẽda, & adorãda: vcz, q̃a in deo eſt ſumme cõmunicabilitas, cũ perſonaꝝ tñ ꝓprietate ſumma cõſubſtantialitas, cũ hypoſtaſum pluralitate: ſumma cõfiguralitas, cũ diſcreta pſonalitate: ſumma æq̃litas, cũ ordine: ſumma æternitas, cũ emanatiõe: & ſumma cointimitas, cũ emiſſiõe. Hæc aũt in deo neq̃q̃ eſſent, ſi ipſe nõ eſſet vnũ, veꝝ, & ſummũ bonũ. Sed adhuc amplius potes in deo mirari: ſcz ipſum eſſe principiũ & nouiſſimũ, ęternũ & pſentiſſimũ, ſimpliciſſimũ & incircũſcriptũ, totũ vbiq; & nuſq̃ cõprehẽſum, actualiſſimum & nunquã motum. Et plura alia potes in deo in cõtẽplatiõe admirãdo venerari, ſed minime ſcrutãdo cõprehẽdere. Hæc ſic breuiter de trinitate & vnitate in deo tacta, ꝓ tuæ ſimplicitatis captu ſufficiant. Hanc catholicæ fidei veritatem de deitate, quanto deuotius in ſpiritu humiliter abſque curioſa diſcuſſione diligere & honorare ſtudueris, promitto tibi, quod tanto amplius in virtutibus & ſpiritualibus proficies donis,

& glorio

& gloriosius præ cæteris qui hoc non fecerunt, in cœlestibus à me coronaberis. Valde em̃ mihi placet, vt homo de his quę ad fidem pertinent & ad diuinum honorem, quæ non capit intellectu, humili veneretur affectu: dando deo gloriam, qui potest plus in infinitum, quã capere valet omnis creatura. Sed adhuc vltra potes in contemplando non immerito multum admirari, & admirando venerari in deo, quomodo videlicet in incarnatiõis mysterio (quod etiã nulla sufficit creatura scrutando penetrare) deus & homo in persona filij indiuinis sunt vniti, ita, vt deus sit ver⁹ homo, & homo verus sit deus. In qua vnione primum principium iunctum est cum postremo, æternum cum temporali, simplicissimum cum cõposito, actualissimũ cum passo & mortuo, perfectissimum & immensum cum modico summe vnum & omnimodum cum indiuiduo & composito. Hæc omnia potes de deo meditari: sed nõ præsumas, quod possis ea plene intelligere. DISC. Multum nimis valde est, pijssime domine, quod tam preciosam materiam non refugis tam indigno peccatori aperire. Laudes tibi gratas referant ex parte mei omnes sancti tui. Ego autem quid dicam domine, pro gratiarum actione, nescio, nisi tu me doceas p te. Dicã igitur orando, quod tu donaueris inspirando: Domine deus meus, superoptime, superlaudabilissime, & superamabilissime, qui trinus existens in personis, & vnus in essentia, principium es & finis omnis boni. Sine quo nihil innoxium, nihil validum, nihil sanctũ. Da mihi indignę portiunculæ creaturarũ tuarum ex mera tua bonitate, vt velim, sciam, & valeam, ad gloriã nominis tui, in omnibus interioribus & exteriorib⁹ meis motibus, semper tuam sanctam facere voluntatem, cum tuorum præceptorum feruenti adimpletione: ita vt cum omnibus motibus meis, & desiderijs, verbisq; & factis, ad nihil aliud' tendã, nisi in te solũ dñm deum meum: tanquam in finem meum principalem & vltimum omnium motuum & desideriorũ meorũ, ad quies

Deo maxime placitũ

Oratio.

ad quiescendum videlicet feliciter in te perpetuo fine fine. Tu enim es vnica, vera, & perpetua salus mea, dñe deus meus. Quem, licet indignus, ex toto corde atque ex omnibus viribus & potentijs corporis & animæ meę cum humili gratiarum actione pro vniuersis beneficijs tuis, valde desidero laudare, benedicere, & glorificare, ex intima deuotione, per virtutem latriæ, charitate imperante, tua gratia meam infirmitatem adiuuante. Ne ergo despicias, rogo clementissime domine deus meus, hoc facturæ tuæ desiderium tua vtique inspiratione conceptum. Neq; proijcias seruitutis meæ obsequium tua virtute in me vnquam peractum, aut in futurum à me, te donante, peragendum. Sed potius acceptare dignare, pijssime domine, misericorditer hoc quod tu ipse donasti clemẽter. Opto nanq; bone domine, ex intimis medullis cordis mei, vt ego cũ omnibus meis cogitationibus, affectibus, dictis, & factis, cum totaq; substãntia mea totus tibi fiam in sacrificium acceptissimũ: ita & taliter, vt tu solus, & nullus alius præter te, quicquam iuris in me habeat: tuq; solus habeas totam arborem meã vna cum omni fructu suo, in laudem tuam perpetuam & in gloriæ sanctorum tuorum augmẽtum, in omniumq; viuorum & defunctorum, quãtum tuæ maiestati placuerit, consolationẽ. Quod præstare digneris misericorditer tu summa potentia æterna sapientia, infinita bonitas, gloriosissima trinitas, & indiuisa vnitas, dñe deus meus, pater, & filius, & spiritussanctus, in æternum & vltra viuens, regnans, & imperans, super omnia benedictus in secula, Amen.

Finis.

g

HVGONIS

CARTHVSIANI AVTHORIS VEtusti, de triplici via ad sapientiam &diuinorum cōtemplationem, opusculum plane aureum.

¶PROLOGVS GENERALIS IN totum opus.

Threno. 1

Viæ Sion lugēt, eo q̄ nō sit q. veniat ad solēnitatē. Licet ȳbū hoc dixerit Ieremias ꝑpheta captiuitatē populi sui deplorās: tñ hoc potest q̄q; speculator q̄sq; intelligēs exclamare, tātā captiuitatē animaꝝ tantā declinatiōem à semitis iustitiæ & vijs æq̄tatis in mūdo vniuerso discernēs. Viæ em̄ dicūtur amātiū desideria animaꝝ, q̄bus ad deū & ad supernā ciuitatē Ierusalē sup oēm rōem & intellectū etiā in terreno corpore habitātes aīæ subleuātur. Quę q̄si lugere dicūt, eo q̄ nō sit q ad tātā solēnitatē aspiciat: eo q̄ abiecta ȳa sapiētia tā clerus q̄ populus mūdanis delitijs, vel inutilibus curiositatib⁹ se immergāt. Sed (q̄d multo magis ē dolēdū, & cordis lachrymis incessabiliter lamētandū) multi religiosi, multi etiā viri celebri fama reputati, veluti q̄ndā populus Israelitic⁹ relicto cultu creatoris sui manufactis idolis seruierūt: sic relicta ȳa sapiētia q̄ deus solus ꝑfecte interius colit, & à solis amantibus adoratur, diuersis sciētijs & fabricationib⁹ multipliciū argumētoꝝ, inuētitijs, q̄si q̄busdā idolis miserabiliter mentē impleuerūt. In qb⁹ sic absorbēt diabolo instigāte: & sic mēs ipoꝝ in istis totaliter possidetur, vt ȳa sapiētia locū in eis nō inueniat. Nā ī hac pessima occupatiōe, q̄ de⁹ dedit filijs hoim, infeliciter captiuātur: ita, vt nō sit spiraculū q̄ creatorē suū aīa ꝑ flāmigeras amoris affectiōes cōtingat. Nō em̄ ad hoc aīam creauerat à principio deus, vt cōtra gn̄rositatē suam multitudine picturaꝝ īutiliū reꝝ repleret: sed ad hoc, vt esset sedes sapiētiæ, & ī ipsa rex pacific⁹ ciuitatis supnę, scz deus altissimus, resideret. Sapiētia em̄ hæc q̄ mystica

Ierusalem

Deut. 32.

Sapien. 14

Sap. 7.

mystica Theologia dicitur, à Paulo Apost. ē edocta, à Dionysio Areopagita suo discipulo cōscripta: q̄ idē est q̄d extēsio aīi in deū p amoris desideriū, q̄tū distat ort⁹ ab occidēte oēm creatā sciētiā incōpabiliter pexcellēs Nā alias sciētias mūdi doctores edocēt: sed de hac à so lo deo īmediate nō mortali hoīe spūs edocet. Ista di uinis illuminatiōibus & distillatiōibus cœlestibus scri bitur in corde. Illa vo pēna āseris & atramēto scribit in pelle. Ista dicit sufficit: nā p istā anim⁹ toti⁹ vi & bo ni causam inuēit, scz deū creatorē suū, & ī ipo q ē fons toti⁹ bonitatis & beatitudinis, īmediatissime cōgescit. Alia vo nūq̄ dicit sufficit. Nā iustū iudiciū ē, vt q nō cu rādo de summa sapiētia à summa vitate deuiat, velu ti cæcus in tenebris inuoluat; & sic p vana & deuia aīa infatuata, humāis inuētiōibus incessanter discurrat. Item, ista affectū inflāmat, intellectū illuminat. Illa vo q̄ pluries (īueniēs va sapiētia cor euacuatū) inflat q̄ plu ries varijs opinionibus & diuersis erroribus intelle ctū obtenebrat. ¶ Igitur relicta hūana curiositate sciē tiæ inutilis, argumētationū & opinionū capturis reli giosa aīa p amoris ascēsionem accēsionemq; ad fons tem omnium desiderando ascendat, in quo solo re periet veritatem. Et hac inuenta preciosa margarita libentissime pro ipsa conseruanda curiosius, quæ vel male vel nunquam dilexit cætera derelinquat. Sed quia hæc summa sapientia non potest ab homine edo ceri, subditur quomodo quilibet quantumcunq; laic⁹ in schola dei existens, hāc sapientiā ab ipso immedia te recipiat sup oēm intellectū p amoris affectū: q̄ nul lus phūs, nullusq; alius scholaris secularisq; magister hūana ītelligētia q̄tūcūq; studeat, apphēdit. ¶ Triplex ē igitur via ista ad deū: prima purgatiua q̄ mēs ad dis cēdā vā sapiētiā dispōit. Scda illuminatiua, q̄ mēs co gitādo ad amoris īflāmationē accēdit. Tertia vnitiua q mēs supra oēm ītellectū rōnē & ītelligētiā à solo deo sursū dirigit. Nā sicut videm⁹ ī pōtib⁹ istis dū fiūt, φ pri mū ligna supponūt, vt firmitas muri lapidei supi⁹ ędi ficet, & pfecto ędificio iā ligna supposita penit⁹ amouēt

Dionysius Areopag.

1.Cor.2.3

1.Cori.8

Nō sectan dā curiosi tatem sciē tiarum

Matth.13

Triplex via

Simile de pontibus

sic & mens cum primo sit in amore imperfecta, post ad amoris perfectionem meditando consurgit: & cũ per multum exercitium in amore vnitiuo fuerit confirmata, & per multas flammigeras amoris affectiones siue aspiratiões supra seipsam creatoris sui dextera subleuata, citius quã cogitari possit, sine omni cogitatione præuia vel concomitante, quotiescunq; placet centies vel millesies de die vel de nocte, in deo afficitur, ad ipsum solũ possidẽdũ innumerabilibus desiderijs aspirando. Sic enim quilibet nouus discipulus ad pfectionẽ huius scientiæ gradãtim ascendat: vt primo in via purgatiua, quæ est via puerilis & incipientium, studiosissime se exerceat, quæ incipit ibi: Iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ: Postea autem per mensem vnũ vel duos, scd̃m quod diuino superradiãte lumine sibi videbitur expedire, ad amorem cogitando consurgat Quod si præsumptuosum forte alicui videatur, quod aĩa inuoluta peccatis multiplicibus audeat ã Christo amoris petere vnionem: in seipso cogitet nihil esse periculi, dũ primo ipsum osculatur in pede p peccato℞ recordationem, Scd̃o in manu, per beneficio℞ sibi collatorum recognitionem. Tertio ascendat ad osculũ oris ipsum solũ desiderãdo, & ipsi soli affectibus flammigeris adhærendo, scd̃m q̃d subsequenter videbitur in oratiõe dñica, prout per ipsam mens cogitando cõsurgit vt ordinate ascẽdat. Quarto se exercẽdo scd̃m viam illam quæ illuminatiua dicitur (quæ ibi incipit: Nox illuminatio mea in delitijs meis) conscendit animma ad multo eminentiorem gradum & statum: in q̃ etiam quotiescunq; vult sine aliqua cogitatione præuia immediate in deo afficitur: quod ad plenum non potest aliqua humana industria edoceri, sed exercẽdo per viam purgatiuam & illuminatiuam, anima experimentaliter percipit solo deo interius dirigente & docente: quod non potest vi aliqua morali vel eloquentia reserari. Quod nec Aristoteles, nec Plato, nec aliquis mortalis aliqua phĩa vel sciẽtia potest nec potuit

Psal. 88

Psal. 138

nec poterit intelligere, quod solus amor docet interius: vt discat omnis rationalis anima à summo doctore & æterno acquirere scientiam: in qua omnis ratio, omnis intellectus deficit, & affectus per amorem dispositus transcendens omnen humanam intelligentiam superenatat, sola amoris vnitiui regula ad ipsum, q est fons totius bonitatis, spiritum dirigente. Hęc igitur est mystica Theologia, id est, occultus sermo diuinus: q mens ardore deuotionis disposita, linguis affectionũ Christum suũ dilectũ occulte alloqtur, prout latius in hoc tractatu mystico infra patebit: in quo sic proceditur. ¶ Primo manifestata via purgatiua, in qua declarantur tria. Primo, quomodo anima purgari debeat. Secundo, quõ vera oratione gratiæ abundantia impetretur. Tertio, quõ peccator plenam de peccatis indulgentiam consequatur. ¶ Secundo duo manifestãtur. Primo de via illuminatiua, vbi primo docet, quomõ mens vsualiter per orationem dominicam meditando ad amorem consurgat. Secundo, quõ per eandẽ viã in expõne orationis dominicæ omnis scriptura anagogice (totum referendo in deum) spiritualiter exponatur. ¶ Tertio determinatur de via vnitiua. Vbi primo manifestatur quanta vitæ sublimitas, & quãta virtutum consumatio per mysticã sapientiam ad hoc vt magis appetatur, in ipsis exercentibus acquiratur. Qđ si forte alicui legenti nimis difficile videatur, tum propter scientiæ profunditatem, vel propter verborũ obscuritatem: cum id tangat tertiam viam, quæ est super omnem intellectũ: exerceat se in via purgatiua, & via illuminatiua subsequẽte: & statim experietur & intelliget in seipso solo deo interius operãte, quicquid de tertia via inueniet in scripto, vel audiet ab aliquo. Nã in hac sapientia necesse est, vt in seipso primo percipiat experimentaliter veritatem, deinde sententiam omnium verborum quæ ad mysticam sapientiam pertinẽt, in comparatione cuiuslibet doctrinæ facillimã iudicabit. Hæc enĩ sapientia in hoc differt ab omnibus

sciētijs, qa in hac primo oportet vsum habere in seipso q̃ ỳba intelligere: & practica hic p̄cedit theoricā. In aliis ỳo scientijs necesse ē primo intelligere ỳba, q̃ quae addiscitur scientia habeatur. Quae in q̃tum a nobiliori doctore acquiritur, intātū citius possidetur: & ita fit vt in ipsa aliqs deo docēte sit pfectior discipulus, q̃ in aliq̃ liberaliū artiū pfecte intelligēs magister, vel ī arte mechanica bon⁹ faber, vel industri⁹ architect⁹. Scdo docetur, quō p oēs creaturas tā supiores q̃ inferiores aīa rōnalis ad amorē creatoris obtinēdū pfecte īstruitur. Tertio ipsius mysticę Theologię textus manifeste exponit, in q̃ licet sint pauca ỳba, tñ est q̃si infinita sententia. Quo pfecte intellecto tā librorū B. Dionysij difficultas, q̃ totius veteris & noui testamēti sensus mysticus ỳis amātibus elucescit. Nā sicut ab vno fonte egrediūtur plures riuuli, q q̃si in infinitos fluuios diriuātur & sicut ab vno puncto cētrali p̄cedūt q̃si infinitae lineę sic intellectis illis pauculis ỳbis, q̃ ibi exponūtur, in qbus spiritus docetur quō deo vniri debeat in suo summo apice cōstitutus, expimētaliter inueniet totius sapiētię originē. Ex q̃ cōiunctiōe mēs de inferiorib⁹ sciētijs p̄clare intelligēdis & sacrę scripturę expōnibus ỳbis idoneis in p̄dicatiōe ad inflāmāda corda audiētiū fidelis discipulus multipliciter & affluētissime erudit.

Psal. 33

Eccles. 3

¶ Quarto subdūtur octo industriae, in qbus aīa ad acgrēdā istā sapiētiā & cōseruādā habitā sagaciter edocetur. ¶ Vltimo cōtra aliqs sciolos hāc supmā sapiētiā impugnātes, & dicētes q nūq̃ cōsurgit affect⁹ nisi p̄meditādo & cogitādo, disputatio subditur: in q̃ authoritatibus & rōnibus ipoꝝ error cōuincitur, & huius sapiētiae ỳitas efficatius enodatur: q sine media p̄eunte discretiōe, sed solo amoris vehiculo supra seipam q̃tiescūq; vult, expimentaliter aīa subleuatur: q̃d nec ratio intelligit, nec intellectus speculatur, sicut ibidē dicitur Gustate & videte, quoniam suauis est dominus.

Psal. 33

DE VIA PVRGATIVA.

¶ Prologus in viam purgatiuam.

Iustitia

IVstitia & iudiciũ ꝑparatio sedis tuæ. Cũ aĩa p mẽtis affectũ ad pfectã sponsi cœlestis vnionẽ puenire desiderat, necesse ẽ, vt q̃ pane ãgeloꝝ q̃ beati spiritꝰ reficiũt ĩ gloria, adhuc in miseria degẽs q̃si qbusdã micis cadẽtibꝰ appetit satiari, triplici officio angeloꝝ q̃si gradatĩ ascẽdẽdo immissiõe diuinę influẽtię subleuet. Cũ eñ dicat B.Diony. ĩ Hierarchia ãgeloꝝ: ꝙ triplex sit ãgeli officiũ, scz purgare, illumiare, & pficere: oportet vt aĩa q̃ vult ascẽdere ad altissimũ ĩ pñti miseria in q̃ mẽtes ãgelicę absorbẽt ĩ glõa, veluti eoꝝ imitatrix primo purget, scđo diuinis fulgoribꝰ illuminet, tertio ꝙ ĩ supmo apice affectiue cõstituta, vnitiui amoris cu lmine pficiat. Primo ergo dicẽdũ ẽ de prima via scz de purgatiua, q̃ ẽ q̃si puerilis & incipiẽtiũ, p q̃ mẽs adhuc rudis dispõit sine mortaliũ hoim documẽto solis insistẽs doctrinis cœlestibꝰ: vt expimẽtaliter q̃tũcunq; sit simplex vel laicꝰ, ad practicã nõ ad theoricã illuminationẽ diuina manifestatione necessario subleuet. Añ eñ q̃ illa sapiẽtia q̃ deus ẽ beatiss. in spiritu rõnali veluti ĩ domo ꝓpria cõqescat (scđm illud: Aĩa iusti sedes ẽ sapiẽtię) oportet ꝙ de ipa aĩa iudiciũ & iustitia fiat. Iudiciũ, vt sicut ã creatore suo se auertẽdo (sicut fit ĩ omi pctõ mortali) ipm cõtẽpsit, creatorẽ ꝓ creatura lamentabilter relinq̃ndo: sic ea humiliet totaliter: vt hũiliatio ipsiꝰ incipiẽtis intm̃ ipius clemẽtiã ꝓuocet in q̃tũ ipsius diuinam contra se sententiam ĩ pctĩs anterioribꝰ ꝓuocauit. Optet etiã, ꝙ ibi sit iustitia vt illa aĩa q̃ aliq̃n delectationẽ creatoris in delectationem creaturæ pctĩs suis exigẽtibꝰ cõmutauit, in tm̃ doleat vel saltẽ se nõ dolere doleat, vt diuinę iniurię scđm iudiciũ ipsius tã misericordis videatur scđm humanã iniuriã aliq̃tenus satisfactum, iuxta illud Apoca. Quantũ glorificauit se & in delitijs fuit, tantũ date illi torm ẽtũ & luctũ vt scđm artem medicinæ p duo cõtraria, scz p humilitatem contra pristinũ contemptum, per dolorem de peccatis contra pristinam delectationem quasi nascẽs denuo illi qui ẽ summa maiestas & indeficiens bonitas per vnitiuum glutinum ardentissimi amoris vniatur.

Diony.

Sapien.7

Apoc.18

Dicendum est ergo, quō humiliatio & dolor de peccatis quadam necessitate congruente acquiratur. Et licet hæc via purgationis puerilis aliquibus videatur maxime respectu sequentium, tamen nisi per istam mēs circa diuina negotiari accedens solicita & attenta pertranseat, nunquam in præsenti vita ad cognitionem de diuinis, nec ad ardorem vnitiui amoris practice poterit accedere: nec ab istis inferioribus, suos possessores deuorantibus, se sequestrare.

¶De primo modo purgatiuo, scilicet de recordatione peccatorum diuinorumq; beficiorum.

SIc ergo debet anima se humiliare, vt primo recolat peccata sua in aliq̄ loco occultissimo & maxime in secreto noctis silētio: & maiora succincte, ne diabolus sibi inferat ad delectatiōem, vnde debuit habere medicinam, faciem suam dirigendo in cœlū: & ꝓut potest, sic maiora peccata sua vsq; ad x. vel. xij. coram deo quasi ipsi loquendo enumeret, & enumerādo suspiret ipsum deum in omnibus exaltando: & se in omnibus deprimēdo, prout poterit, dicens: Domine Iesu Christe (vel quocunque modo sibi melius placuerit) Ego sum peccator ille nequissimus, miserrimꝰ infelicior & nequissimis abominabilior: qui tuam maiestatem in tot & tantis criminibus offendi: vt illa enumerare non sufficiam: sicut arena maris præ multitudine numerari nō potest, & ibi suspiret vel gemat, ꝓut efficaciꝰ poterit. Quia sicut lima operatur in ferro, vt in qualibet ipsius singulari confricatione aliquid de ipsius ferri rubigine expellatur: sic quodlibet suspirium vel gemitus aliquid de rubigine peccati, etiā post infusionem gratiæ relicta illuminat. Et sic magis ac magis anima se purgans ad percipiēda, quæ ratio nō inuestigat, nec intellectus speculatur, diuino subsidio vel desiderio eleuatur. Et vt intentius dolore constringatur animus ad sui confusionem & humiliationem, diuina beneficia, primo in generali, secundo in speciali attentissime coram deo, prout melius poterit, sibi in

ingrato diuinit⁹ collata recordet. Primo, quod ipsum q̃ ad spiritum tam nobilẽ creaturã de nihilo sic creauit, dicens: Nonne tu domine me ad imaginem tuam cum nihil antea essem, in tam nobile esse produxisti: vt te tenerẽ per gratiam in præsenti, & te facie ad faciẽ contemplarer in gloria: & ego intantum prouocaui districtum iudicium tuum, vt nisi mihi subuenias, magis non nasci quã ad lucem præsentis vitæ perduci mihi misero profuisset. Secundo beneficium incarnationis recordetur sic dicens: Nonne tu domine es rex ille altissimus angelorum, intm̃ pro me teipsum adnihilans, vt nostras miserias & peregrinationes itineris ad similitudinem cuiusdam pauperis humiliter sustineres. Et ego domine non me humiliando, sed in tantum impudenter extollendo tuam maiestatem contẽpsi, in miserias huius vitę momentaneas te fontem totius beatitudinis commutando. Quo igitur fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. De secundo aliquantulum insistendo ꝓcurrat ad tertium, scilicet ad recordationem dominicæ passionis, sic dicens: Non suffecit tibi dulcissime domine Iesu Christe, qđ intantum teipsum inclinares, vt manens deus, carnis mortalitatẽ assumeres: sed insuper propter vniuersorum mortalium miserias subleuandas tam dira verbera, tam innumerabilia vulnera tolerasti: vt à planta pedis vsq; ad verticem nõ esset membrum in corpore tuo, quod non senguine tuo sacratissimo spargeretur. Quid faciam ergo miserrimus, quod mortis tuæ sum causa: non tantũ vicem ꝓ vice non rependens, sed te in fecibus m.is prouocans vt digno iudicio deberet contra me pugnare totus orbis terrarũ, à summo cœli cardine vsq; ad vltimũ centrũ terræ inferni. Surgant ergo creaturæ oẽs, & veluti domino proprio famulantes de me vindicent suum propriũ dominũ & creatorem. Et ibi cogitet de passione domini aliquantulum, vt per vulnus lateris vsque ad contactum diuinitatis latentis occulte interius

Gene.1 | Psal.138 | Isaiæ.1. | Sap.5.

 per ex-

per expimētū amoris attingere mereatur. Hęc eīn tria sunt in generali, q̄ nō sibi tm̄, sed & olb⁹ alijs altissim⁹ cōdonauit. Quę in q̄tū sunt generaliora, in tm̄ indicāt maiorē diuinā clemētiā. Postea cogitet in speciali, q̄ si bi nō oībus alijs pater totius cōsolatiōis cōtulerit: q̄m maxime ad religionē Carthusi. ordinis diuina clemē tia ꝓuocauit, qm̄ ista via purgatiua solū est eoꝝ, q ā vī ta seculari veluti colūba vel turt̄ in desertū, ī secessum cōtēplatiōis (licet adhuc debiles) supra seipsos volare nitūtur a motiōe oīs culpę mortal': q̄d ad iudiciū cōsciē tię necessariū supponēs. ¶Primo ergo cogitet, q̄t di gniores, q̄t potētiores, q̄t etiā ad abūdātiorē influētiā diuinę gratiæ magis multipliciter p̄paratos reliq̄t ip̄e altissim⁹ in miserijs & mūdāis voraginibus inuolutos & se de tenebris miseriæ cōuocauit ad suā incōmutabi lē v̄itatē. Scdo non tm̄ respectu miseriæ modernæ sibi bñficiū collatū recogitet, sed & illud diuinū bñficiū re spectu infernalis miseriæ ptractet: qa multi q nō tm̄ q̄ tū ip̄e diuinæ maiestatis oculos offenderūt, sempiter næ maledictiōis pœnis ꝑpetuis detinētur: & ip̄e q mul toplus idē meruerat, nō meritis ꝓprijs, sed dono con ditoris gratuito ad gratiæ radiū in p̄senti vocat̄, & ad p̄mia ęternę beatitudinis in futuro. Similitudinē duo ꝝ latronū recolēs, q̄ꝝ vnus ab aliq̄ rege terreno cōdi gnus suspēdit̄, alter v̄o plus priore delinq̄ns, sola re gis terreni clemētia licet meritis cōtradicētib⁹, ipi effi cit̄ cōmēsalis, gl̄am nō ignominiā reportādo. Tertio il lud ad q̄d vocat̄, recolat: qa nō eū ad regulā B. August. vel Bñdicti redēptoris nostri gratia ꝓuocauit, sed ad illā sacratissimā q̄ ipsemet elegit, qn̄ ductus ē in deser tū, vbi. xl. dieb⁹ & noctib⁹ continue ieiunauit, & p̄cur sor su⁹ ꝓprie instituit, ip̄am in seipso seruans & nobis seruādā mōstrauit. Int m̄ alijs regiminibus regula sub limior, in q̄tū doctrinā humanā diuinū eloq̄ū p̄excel lit. Sed & sic ꝑsistēs in orōe, nō tm̄ cogitet in seipso: sed ad deū īmediate dirigat eloq̄ū suū, tā p̄ctā sua q̄ bñfi cia in generali & speciali humilit̄ referēdo: tū cū q̄dā ordine

Ordo Carthusiensis.

Bñficia specialia recolenda

Laus Carthusiāę institutionis & solitarię vitæ.

ordine ista vel alia scdm φ ipm intus dñs edocuerit, recolēdo. Sic igitur p recordationē pctōꝝ & diuinoꝝ bñficioꝝ cōfusus, iā viā humiliatiōis incipiat, sic dicēs Dñe pater totius miseratiōis nō possum tibi satisfacere de malis, q̄ corā te miserabiliter ppetraui, non tibi rñdere valeo ad bñficia q̄ mihi miserrimo contulisti: sed qa me interficere nō debeo, nec valeo: tu me infelicē interfice, si hoc tibi nō placet: mitte angelū tuū gladiatorē, q de me vindictā accipiat. Sed si ꝑpter misericordiā tuā nō vis implere qd' merui, qa me interficere nō possum: hoc qd in me est faciēs, me q̄si latronē tuū tibi reddo in ppetuū seruientē, nūq̄ diebus meis vlterius a tuo seruitio recedentē. Tūc ꝓsternat se in faciē: & q̄tū poterit, seipsum humiliet deprimēdo; & altissimū offensum exaltādo: & in q̄tū humilius, intm̄ etiā citi⁹ & abūdāti⁹ gratiā diuinæ misericordiæ ꝓuocabit. Et tūc de necessitate oportet, φ qñ piissimus pater viderit ipm sic corā se humiliatū, dolorē cōferat de pctīs: vel saltē dolorē, qa nō dolet, vt p ista duo cōtra duo p̄dicta aīa purgata, recupet iā q̄ndā q̄d erat depditū: & sibi qñq͡ multo āplius q̄ antea idipm restauret. Sed si etiā dolorē nō poterit q̄ad effectū cōseq p ea q̄ dicta sunt: tñ qualibet nocte succincte hoc teneat qđ dictū est, qa creatori sufficit, qñ homo facit quod in se est: imo ipse dñs rei exitū expectās qñq͡ se subtrahit, vt & ista faciēs dolorē nullū vel cōsolationē inueniat, vt eius patiētia ad tps p diuinā sustinētiā cōprobetur: & vt sibi postea amplior consolatio & de peccatis cōtritio diuinit⁹ cōferat.

¶ De secundo modo purgatiuo, scilicet de impetratione gratiæ per orationis medium.

SEd qa q̄ p̄dicta sunt, non possunt fieri sine gratia speciali, seqtur de impetratione gratiæ p modū orandi, ꝓut ad viam purgatiuā ptinet. Sicut eñ oculo corporis vel sensuali de ioculatoribus in curiis magnatū cernit, φ cupientes aliq̄d tēporale cōmodū a principe incōfusibiliter obtinere, primo ipm multipliciter cōmēdāt: deiñ q̄d intēdūt, sibi postulāt cōdonari.
Sic &

Sic & nouus ioculator spiritualis mundum deceptorē despiciens debet ordinate procedere. Cum enim deus in se sit innominabilis: ipsum tamen in suis effectibus nominamus: & p ipsos ipsius magnificentiam collaudamus. Primo secundū quod ipse est omnis creaturę tam corporalis q̄ spiritualis primū principiū & origo Secundo aliquantulū submissius, prout se habet ad cōtemplantes in gloria, scilicet mentes angelicas & humanas: & ipsas contemplatiōe suæ indisibilis pulchritudinis quā vident sicut est beatificans, in hoc ab ipsis eliminans omnem egestatem. Tertio adhuc isto submissius prout ad omnes creaturas se habet, quibus ipse tanquam altissimus imperat, vt omnes tam ratiōales quā irratiōales suę optemperat maiestati. Quarto respectu nobilissimæ creaturæ quæ est homo. Et primo respectu illorum qui sunt in charitate famulantium suo creatori: in hoc quod adhuc degētibus in hac vita miseriæ, superpositus pater: suppositis multa encenia interiorum consolatiōum veluti quædam futuræ diuinæ beatitudinis seu beatificationis indicia hominibus quasi nihilum existētibus veluti filijs altissimus p̄ ostendit. Quinto & vltimo respectu existentium in peccatis: quibus in quantiscunq; peccatis diutius sua scelera protelantes extiterunt pulsantes ad ianuā diuinæ pietatis ipsos diuina clementia in sinum suæ charitatis recolliget: & perpetratis sic indulget, vt sæpius ab ipso quem sic abominabiliter offenderunt, quandoque plus quam innocentes vberiora & preciosiora beneficia illapsa cœlitus consequantur. In his enim diuina bonitas à primordiali diuinæ diffusionis gratię manifestatione vsq; ad feces existentium in peccatis ostenditur. Et hæc quinq; breuiter in his quinq; vocabulis includuntur scz: pulcherrimus, bonus, dominus, dulcis, misericors. Et postquā in his commendatus fuerit: illud quod intendit scilicet plenariam remissionem de perpetratis sceleribus, secure poterit postulare. Iste eñ modus postulādi & orādi in canticis

[Margin: Collaudā dus deus quomodo]

canticis edocetur vbi spōsus dicit sponsę. Vox tua dulcis: & facies tua decora scilicet per anteriorē purgationem: obtenebrantem caliginē expellendo, & vox dulcis: vt in quolibet verbo spōsus æternus in aliquo specialiter commendetur. Et hæ proprie appellationes sunt cantica canticorum: & in tantum à parte animæ: vt quando mens ad deum se erigit, in ipsis vocabulis inuolutam dulcedinem inueniat, ne per multiloquas narrationes & vocales prolationes animus incauto eloquio euagetur, sed in his illectus vel allectus intra se totaliter aduncetur. Sic ergo dicat quoties poterit bono modo vel isti consimili. Pulcherrime bone domine, dulcis misericors, miserere huius peccatoris quē redemisti sanguine tuo precioso. In hoc solū attendens quod sibi de malis perpetratis parcat clemētia redemptoris. Non ꝙ in quolibet illorum verborum includitur: sed affectuose ista vel cōsimilia dicere prout dicens nouerit maiorem affectiōem in istis vel cōsimilibus reperire. Sed ad hoc vt mens desiderij cōtemplationem obtineat: necesse est ipsam diuinam influentiam imitari: vt sicut ipse sol spiritualis Ierusalē ciuitatis supernæ quantū est de se bonos & malos radijs suæ bonitatis illustrat: sic non tantū pro propinquis: sed pro omnibus quicunꝗ sunt beatissimę trinitatis imagine insigniti totis visceribus deprecetur clementiam conditoris: vt sicut omnes creauit, omnes redemit: ita omnibus indistincte dignetur misericorditer subuenire. Et in hoc irrefragabiliter citius diuinam misericordiam prouocabit vel obtinebit: inquātum hominum creatoris vniuersorum: & omniū mortalium redemptoris vestigia: suam charitatem super omnes latissime diffundentis fuerit imitatus: nisi quādoꝗ ad horā pro se vel pro alijs singularibus orationibus coartetur petitio licet semp charitas habeat diffundi, eundem affectuosum modum quem pro se: etiā pro omnibus exorans solicitus alleget quantū est de modulo suę puitatus sic dicēs: Pulcherrime bone dn̄e dulcis

Matth. 5
Lucæ. 6

dulcis, misericors, miserere oim peccatoꝝ quos rede misti sanguine tuo. Et tunc in q̃tũ poterit, habeat istã imaginem q̃ dicit miserere, vt totus mũdus suo creatori inclinetur ꝑ verum cultũ & reuerentiã condignã

¶De tertio mõ purgatiuo, quõ scz per intercessionẽ sanctoꝝ peccator plenã de pc̃tis indulgẽtiã cõseq̃tur.

VErũtñ qa mẽs oĩa ista nõ potest ꝑ nimia carnalitate & ꝟtibilitate, ꝓut eẽt expediẽs, ĩpetrare, oportet ꝙ ad istar illoꝝ, q habẽt aliq̃d magnũ in curiæ regalis palatio vel summi Pontificis expedire: q videntes se nõ posse ꝓpositũ cõseq, adeunt aliquem magnũ de curia: vt q̃d ꝑ se nõ possunt, ipsius mediatoris intercedẽte reuerẽtia ĩpetrẽt. Q̃d si ille paup aliq̃m magnũ & ꝑexcellẽtẽ inuenerit, q has cõditiões habeat: vt sit humilis ad audiẽdũ ꝑces paupeꝝ, gr̃osus ĩ curia, vt cũ ipo si necesse fuerit, m̃ri alij ꝑ aliq̃ intercedãt: dilect⁹ summo Põtifici, vt ei⁹ dilectiõe astrict⁹ nihil penitus velit denegare: absq; vlla calũnia paup suũ desideriũ adimplebit. Sed qa ista inter sc̃tõs alios ĩ suꝑlatiuo gradu excellẽtissime in btã ꝟgine repiũt, ad ip̃am confugiat sic dicẽs: Tu q̃ es misericordissima ꝑ oĩbus aliis humilius te pc̃tõribus inclinãs. Potẽtissima, q̃a ꝑ te ruinę angelicę reparãtur. Per te sc̃tis vitę ianua apitur: & ideo te clamãte ꝓ paupe tecũ pariter oẽs acclamabũt regi ęterno amãtissimo, quẽ tuis sacris vberib⁹ lactasti & ideo ineffabili glutino charitatis tibi cõiũct⁹ ẽ: rogo vt ꝑ te mea inopia subleuẽt, vt sic ꝑ te de pc̃tis meis ꝓpriã purgationẽ obtineã, vt tãdẽ ip̃m in isto amore cõstringã, quẽ tu totis visceribus dilexisti. Et tũc dicat ei: Aue Maria. 40. vl'. 50. vicib⁹ sub certo numero, si voluerit diuidẽdo: vl' simul, ꝓut sibi melius videbit. Hæc q̃ũ in signũ dilectiõis & spiritualis homagij reddẽs ei q̃tidie ꝓ tributo: ip̃am nõ in pictura parietis, nec in sculptura lignea: sed ĩ cœlo attẽtę & affectuose salutãs, ad ip̃am ĩmediate faciẽ suã dirigẽdo. Hęc ẽ via purgatiua & ipsius expeditio, q̃ multo plus in corde potest citius recolligi quã scripto vel verbotenus numerari. Hanc purgationem recordetur incipiens breuiter & succin

ñe:&vere sibi latissima via cito apparebit.

DE VIA ILLVMINATIVA

¶Prologus in vim illuminatiuam.

Er viā purgatiuā mēs ad illuminatiuā immediate erigit. scdm illā regulā psal. sic dicentis: Ascēsiões in corde suo dispofuit in valle lachrymarum, in loco quē posuit: qa p gemit⁹ & lachrymas aīa ā rubiginib⁹ pctōrum abluit, & p hoc imediate ad susceptionē diuīi radñ pparat. Cui⁹ necessitas sic apparet, primo ā pte ipsius recipiētis. Nā sicut ī speculo materiali videm⁹, qp si sit ibi flat⁹ vel aliqd obtenebrās, facies humana quis se ei obijciat, non tñ resultat. Sed cū absterſum fuerit, ī ipo facies hūana apparet: vt si etiā speculū rōne huāna vteret, ad instar spirituū, p illud qd ī seipo recipit, ipm cui⁹ ē similitudo repsentās, cognosceret. Sic cū ā rōnali spū erit elimīata caligo obfuscās, iā ille sol spūalis gratiæ suæ radios imittit: q ḡtū ē de se, æq̄liter oib⁹ se infundit: imo qd plus ē, qa sicut radius solis materialis stat imobilis ad fenestrā: & stati cū sibi aptū ē, nūq̄ retrocedēs, nūq̄ de sua naturali bonitate se retrahēs: sed potius domū īteriorē prius obscuratā irradiat. Sic ṽus sol iustitię ciuitatis supnę: cuius sol iste materialis obscurā gerit similitudinē siue imaginē, nihil aliud expectat imobiliter p sto stans ad ianuā, nisi vt p aliq̄ absterſionē sibi aditus pparet, vt in mēte veluti in lectulo feliciter cōqescat p spūaliū splēdorum irradiatiões aīam sibi despōsatā insignies. Et sic ā pte recipiētis & ā pte influētis irradiatio spūalis purgationē cōseqt. Sed hoc ipm manifestat per iporum distātiā cōiūctorum vnitiu Sicut em̄ ī ā Sapiē. dicit ipa sapiētia ē cādor lucis ęternę, & speculū sine macula Optet ergo vt sit aliq̄ assimilatiua cōformitas, qñ p ṽū amorē vniõis (alias qñ p vī amoris vnitiui) mēs hūana cādori lucis ęternę vnit: & pri⁹ semota ab ipa oī obtenebrāte caligie speculo sine macula cōformet vt cōget

Psal. 83

Sapien. 7

Sapien. 7

Vñ primo optet q̃d mens sit q̃si speculũ sine macula: & statim ad suscipiẽdos lucis æternæ splẽdores diuinio res disponitur: & sic cum fuerit curata æternæ sapien tiæ conformetur. Sed de quo lumine intelligatur qđ mens anagogice consurgens ad tertiam viam vnitiuã scz erigitur. Sciendum q̃d sicut sol materialis videtur in corpore terminato inferi⁹: vt ipsum videmus in pa riete, videtur etiam in radio suo scilicet in aere, vide tur etiam in seipso vt in fonte solari: sic radius diuin⁹ etiam spiritui viatori apparet tripliciter. Apparet eñ in sacra scriptura, quando sub cortice literæ per ali quod donum intelligentiæ sensus anagogicus inueni tur, quod mens sicut per quendam radium ad amo rem sui creatoris multipliciter & mirabiliter erudita erigitur. De isto radio dei qui facit semp splendere spi ritum: beatus Dionysius in diuinis nominibus sic di cit: Indicibilia aut dei casto silentio venerantes ad illu cescẽtes nobis in sanctis eloquijs splẽdores exercemur & ab ipsis illuminamur. Secundus radius à sole spiri tuali immissus resplendet in spiritu: & his solis radijs mens æternis spectaculis suspensa cum quadam etiã admiratione ad meditandum desuper cœlestibus eru ditur, de rationibus æternis, vel æternæ generatione, vel nexu spiritussancti & de huiusmodi, quia sicut per solares radios resplendentes in aere: non per aliquod aliud lumẽ sensibile, oculus materialis ad contempla tionẽ solis erigitur: sicut oculus intelligentiæ per radi os immissos à sole spirituali, non per aliquam aliam disciplinatam scientiã, vel moralis doctoris industri ã ad cognitionem occultorum supercœlestium eleuat. Et de hac beatus Dionysius ad Titum scribit dicens: Verte te ad radium, quasi dicat: Non alium doctorem non aliud exẽplar assumas ad percipienda diuina: sed intra teipsum ingredere: & per radios tibi datos desup ad contemplatiõem diuinorum artius te exerce, quia sicut rationalis spiritus nobilior est cæteris inferiori b⁹ creaturis: sic nobilius p immissos bonitatis radios apparet

Diony.

Idem

apparet diuina sapientia in ipso. De tertio vero radio, vbi ipse fons totius beatitudinis apparet, quod raptus fit, prætermitto: quod fit, quando mens rapitur in corpore, & à sentificatione membrorum corporaliũ remota quantum possibile est, gratia trahente naturam, dono conditoris gratuito mens ad superna rapitur, ipsum facie ad faciem cõtemplans, cuius glorioso aspectu superna curia iucundatur. De primo radio latitãte subscriptura est præsens intentio, per quem ad amorem vnitiuum ascenditur. Secundus radius amorem vnitiuum sæpius comitatur, qa quanto plus per affectiões amoris mens fonti luminis appropinquat: intantum efficatius veluti ipsi vicinior (sicut de aurora consurgẽte videm⁹, quod primo partes propinquas illuminat) radijs diutnioribus adimpletur. Per viam vero tertiã quando mens suspirijs insatiabilibus suspirat dilecto totaliter vniri, ad tertiam irradiationem: in qua plus agitur quã agat: diuinitus subleuatur, & sibi diutius suspiranti dicitur à dilecto: Amice ascende superius. De hac beatus Dionysius in mystica Theologia postquam dixit: consurge ignote ad eius vnitiõem, qui est super mentem & cognitionẽ: vbi tradit amoris vnitiui practicam, vbi scilicet consurgit affectus quod ignorat intellectus. Postea subdit dicens ad Timotheum sic: Hic enim omnia à te auferens, & ab omni irretentibili & absoluto mente (alias munde) ad diuinarum tenebrarum radium sursum ageris. Vnde & in consurrectiõe vnitiui amoris dicit cõsurge: quia simul ibi operatur natura & gratia. Postea dicit: Sursum ageris, quia ibi non natura sed gratia mens ad experimẽtalem & immediatam cognitionem cœlestium eleuatur: & per illam animus ad istam disponitur. Sed quia de via illuminatiua est præsens intẽtio: dicendum est, quomodo lumen in scripturis apparet. Deinde quomõ per istud lumẽ ad tertiam viam, scilicet vnitiuam ascendamus & quod omnibus pateat, quod in omni scriptura sancta iste radius latitat velut lumen in testa. Subditur

1.Cori.13

Lucæ.14

Diony.

exemplum in oratione dominica, vt simile ex vniuerso nouo & veteri testamento ab vniuersis veritatis discipulis comprobetur, & vt non sit aliquod verbum quod non colloquijs sponsi & sponsæ interius repleatur.

¶ De via illuminatiua & triplici anagogia.

Psal. 138

NOx illuminatio mea in delitijs meis. Nox hæc vocatur obscurus cortex scripturæ exterior, vel etiam omnis sensibilis creatura, per quam mens interius irradiatur, ad hoc quod anagogice in vnitiui amoris delitijs conquiescat. Via enim illuminatiua respondet ordini angelorum, qui vocatur Cherubim: sicut prima via, scilicet purgatiua, respondet ordini Thronorum. Nam ibi tunc primo purgatur anima ad hoc, quod primo deus in ipsa veluti in loco mundo resideat. Ista autem (vt dictum est) respondet Cherubim. Cherubim enim plenitudo scientiæ interpretatur; tantum autem per artem huius theoricæ scientiæ lumen acquiritur, & tanta sapientiæ dilatatio in scripturis, vt quot verba in nouo & veteri testamento, quot creaturæ in mundo: tot habeat anima intelligentias vel sermones, totum ad deum ad punctum amoris omnia referendo, vt postea apparebit. Tertia autē scilicet vnitiua respōdet Seraphim, qui interpretātur ardens. Ibi enim in tanto ardore fertur anima in deū: vt maxime corpus per extensionem affectuum & motuum quādoque mirabiliter affligatur. ¶ Sciendum, quod triplex est anagogia. Vna quæ est de deo in se, vt mentes cœlestes beatificans in gloria, vt dicitur de Dauid: qui erat quidam homo qui ad literam erat optimus propugnator: & moraliter significat animam, quę ita debet viriliter pugnare contra diabolum, contra ipsum etiam insurgendo, cōspuendo: ne seipsam permittat tam vili domino subiungari, & à dulcissimo Iesu Christo in perpetuum separari. Dauid etiam dicitur Goliam percussisse, signans allegorice dominum Iesum Christum: qui diabolum superauit, pacem populo suo acquirens in crucis patibulo triumphando:

Triplex anagogia

1. Reg. 17

&hæc est

&hæc est expositio allegorica. Dicitur etiã Dauid pulcher aspectu inæstimabilẽ pulchritudinẽ diuinæ substantiæ signans in suæ pulchritudinis visiõe lætitia indicibili lætificans in requie beatitudinis æternæ omnẽ mentẽ angelicam & humanam. Vnde Christus ait: Quia hęc est vita ęterna, vt cognoscãt te solũ verũ deũ & quẽ misisti Iesum Christũ. Et hęc est anagogica expõ scdm quod deũ beatificãtẽ respicit. Alia est anagogica, quæ respicit ecclesiã triumphãtem, inquãtum in spõsi amplexibus totaliter & inauertibiliter conqescit. Vt Ierusalẽ ad literã q̃dam dicitur ciuitas. Ierusalẽ eñ ciuitas optime munita & fortissimis muris circũdata dicebatur: & signat ipsam fidelẽ animã moralẽ, q̃ debet interius muniri armis virtutũ gratiæ & amoris, sine q̃bus armis nullus vnq̃ potuit vel poterit resistere diabolo aduersanti: quæ etiam debet exterius muris fortibus circundata esse, & hoc in honesta conuersatione & quinq; sensuum mortificatione: quibus amoris regnantis integritas inexpugnabiliter conseruatur. Sed in hoc, quod sedes regni dicitur, ecclesiam venturam fideliũ sub Christo principe figurabat: in qua regnat ipse rex pacificus, sub cuius persona quondam dicebat Isaias: Deus legifer noster, ipse veniet & saluabit nos: regens militantem ecclesiam exemplo vitæ & verbo doctrinæ. Tertio, Ierusalem interpretatur visio pacis, quod ecclesiam triumphantem designat, in qua sunt habitatores pacifici, quia illius felici præsentia gratulantur dicentes & clamantes, gaudiorum ciuitatis æternæ superplenissima præmia admirantes: Melior est dies vna in atrijs tuis super milia. Et hæc est anagogica expositio. ¶ Proprie dicitur Anagogia idem quod sursum actio. Vbi etiam recte inter sursum actum, & illum in quem supra se aspirando ardentius eleuatur, distãtia annotatur. Vnde proprie neq; inter beatificantem altissimũ, & illos q̃s ipsa pax vera beatificat, neq; econuerso similiter est ꝓprie sursum actio extẽsiua: sed potius tãq̃ cũ rege existẽtes

Iohan. 17

Isaiæ. 33.

Psal. 83

Anagogia quid.

feliciter in thalamo, in ipso tranquillitate admirabili conquiescunt, & tanquam supra se iam in Christo exi stẽtes ad ipsius vnionem vel imitationem vlterius nõ aspirant. Sed hoc proprie sponsæ adhuc a sponso pe regrinanti competit, quæ adhuc tanquam distans ipsi insatiabilibus suspirijs vniri desiderat: quod in sepa ratiõe animæ à corpore in trãquillitate vitæ plenissi me obtinebit, secundum quã sapientiam anagogicam currunt cantica canticorum cum dicit: Osculetur me osculo oris sui. Et illud: Trahe me post te, &c. Et itẽ: Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, &c. Quæ peti tiones nihil aliud sunt, quã ignita suspiria & inquietæ affectiones dilectum ad sui sursum actionem felicius obtinendam ardentius prouocãtes. Similiter & ex par te sponsi ad sponsam, cum dicit: Aperi mihi soror mea sponsa. Et iterum dicit: Veni de libano veni. Et cum iterum dicit: Surge, propera amica mea, &c. Quę spõsi eloquia nihil aliud sunt, quã radiationes scintillãtes immissæ ab ipso, affectum ad ardentiora desideria & inquieta suspiria importunius incitantes. ¶ Ista ars anagogica magis per amoris vnionem acquiritur: se cundum quã (vt dictum est) præsens est intentio. Hanc vbiq; inclusam in sacra pagina ostendentes exemplũ pãdemus in vno, vt simile in alijs sacrę paginę locis id idem ostendatur. Et ne longius protraham, exemplũ subditur de oratione dominica.

Cantico. 1
Ibidem
Cant. 7
Cant. 5.
Cant. 4.

¶ Expositio anagogica de oratiõe dominica.

SIcut in sensu literali artificialiter procedendo: sic etiam in anagogico primo captatur beneuolen tia infundentis. Secundo suas petitiones multi plicat. Sed primo ab ipsa dilectus in tribus pcipue cõ mendatur, captando ipsius beneuolentiam in suis pe titionibus: vt sua beneficia conferenti domino ascri bens, fauorabilior habeatur. Primo, vt perfectę & spi ritualis generationis principiũ Secundo, vt suæ boni tatis velut quoddam diffusiuum. Tertiò in habitaculi & mansionis dignitate, qui tanquam rex præcellens

habita

habitare dedignat, nisi vbi est firmum habitaculum siue tabernaculum & decore multiplici interius decoratum. Primum significatur per pater, secundum per noster, tertium per cœlis. Imprecatur primo illud quod est secundum proprietatẽ vocabuli, anagogice ad sensum mysticũ transferendo. Verbi gratia. P A T E R ad literam nihil aliud est, nisi qui de se aliquid emittẽdo filium progenerat: Sic anagogice transferendo verissime ille pater dicitur, qui nõ naturaliter sed adoptiue multos filios generat: à se germẽ amoris deificãs emittendo, q̃ mẽs pfecta natiuitate gignitur q̃do viuere iã in vera vita incipit, sine quo à natura quãtum ad verum esse nihil penitus efficitur: verius & efficatius progrediens, quando de deo vero qui est vera vita, nascitur per amorem: quã quando de nihilo quantũ ad esse naturæ in natiuitate culpabili duxit primordialem originem, à quo non tantum principio affluẽtissimo vitam emittẽdo cœlitus generatur ab ipso sensum & motum spiritalem recipiens, quę verę vitę principaliter attestantur: sed vsq; ad perfectam ætatẽ claritatis æternæ, & quando ipse videbitur facie ad faciem micas panis consolationis internę recipiens corroborantis & confortãtis amorem, ab ipso paterno affectu misericorditer educatur: & hoc totum importat hoc q̃ dicit pater mystice occultatũ) vt est fontale totius vitæ principiũ. N O S T E R. Vbi laudatur ipsius beatitudinis inclusæ diffusio, q̃si dicat: Tu es ille q ratione tuæ latissimæ bonitatis non singulares personas consideras: sed omnes rationales spiritus, quantum ex te est, per immissos à te radios ad te trahis: vt non aliqui quantumcunq; excellentiores & præclara religione eminentes te fontanam bonitatis originẽ sibi appropriare valeant: sed vel nõ fit mens angelica vel humana, quæ se abscondat à calore tuo naturaliter abstractio, & per hoc noster anagogice importatur. Q V I E S I N C O E L I S. Hic captatur beneuolentia à ratione excessiuæ vel præcelsiuæ mansionis.

1. Cori. 13

Triplex cœli proprietas.

¶Cœlum inter alia præcellit triplici proprietate. Est enim continue mobile, firmum, & varijs syderibus in ipso refulgentibus ardornatum. Hoc ad sensum anagogicũ trãsferẽdo, spõsa spõsum in suo cubiculo collocãs in secreto cordis armario debet hac triplici ꝓprietate adornari. Primo ꝙ sit firma, & scd̃m hoc loqtur sic: O dulcissime tu qui es in cœlis, id est, illarũ principaliter mentium thalamum inhabitãs interiorẽ, iam non tm̃ præsentialiter, potẽtialiter, essentialiter, vt in alijs creaturis: sed ꝑ teipsum q es hospes iucunditatis & solatij, sensibiliter & familiariter repñsentans his, q per amorem tuum efficatius obtinendum valefaciẽtes cæteris delectationibus dederunt libellum repudij & tibi soli quietãti mẽtis in amore viuentis continuata suspiria, impedimentis refectis, glutino amoris suauissimi colligati tibi firmissime & ineradicabiliter adhæserũt, vt sit etiam in ipsis fortis vt mors dilectio, vt in Canticis canticorum ad suam radicatiõem firmiorem sponsa præclamans ad paranymphorum subsidia scilicet angelorum, quibus tanquam socijs adiuuatur, ita dicens: Fulcite me floribus, stipate me malis, id est, fulcite me obsecro irreuerberatis affectiõibus: non a vobis, sed a dilecto per vos hoc obtinere cupiens. Stipate me malis, vos qui videtis eum facie ad faciem vestris consolationibus ipsum ad mihi subueniẽdum vberius prouocando: quia langueo calore vnitiuo æstuans, ipsum totaliter amplecti desidero, quẽ adhuc paupercula in miseria existens tam iucundum dominum experimentaliter præcognosco. ¶Secunda cœli proprietas, quod est continue mobile. Ita etiam mentem verissimus sponsus æternus certissime visitat & eam inhabitat, quando non iam laboriosa tarditate in vnitiuis motibus, sicut cum esset in status incipiẽtis exordio, sic sursum erigendo affligitur: sed diuturno exercitio tantam agilitatem affectionum meretur beneficio & gratia affluentissimæ largitatis accipere: vt q̃tienscunq; vult, quasi sine afflictiõe ingetatiua

Canti. 8

Cant. 2.

suorum desideriorum dilecto, vt sursum ardenter agatur, afficitur. Tunc ipsum deus virtutum spiritualiter inhabitat, non tamen actu continuo: quod est sup. vires conditionis humanæ propter laxationes virtutum: sed continua habilitate motus amoris secũdum libitum suum eliciente faciliter, & affectus motui firmamenti similatur. Vnde quæ in primis lento gradu & debili, vago & tepido, ad modum testudinis ambulabat: nunc currendo celeriter: ita vt montes & colles, id est, dignitates tam ecclesiasticas quàm mundanas ipsas vilipendendo transiliat, & hoc est quia in parte exaudita est eius petitio, cum interius voce suspiriorum diutissime proclamet ita: Trahe me post te. Quia ergo tracta est ab illo qui solus potest ipsam supra se eminentius eleuare, prius lęta iam currit in odore vnguentorum suorum, quia nimirum ardentioribus desideriis solito ad sponsi amplexus erigitur: quia de encenits Ierusalem ciuitatis supernæ veluti quibusdam micis cadentibus de mensa dominorum suorum, quæ experimentaliter præcesserunt, degustauit. Quia ergo non tantum sponso aperuit, ob eius amorem mundana gaudia ipsam obfuscantia conculcando: sed pulsanti ad ostium cupienti introire in occursum perrexit, per affectiones flammigeras consurgendo: qui non propter seipsum sed propter ipsam intrando inhabitat, cibum solitæ affectionis apportans, vt cœnet cum ea & ipsa secum. Sic enim in loco continue mobili dilectus requiescat. ¶Tertia cœli proprietas, quod est diuersis syderibus adornatũ. Cum enim virtutes efficatiore virtute siue purgatiore indigeant, nõdum plene floridus & præclarus dilectus mentem inhabitat. Cum inordinatio virium, & immodesta delectatio sensuum mentem nubilosa caligine obtenebrent, & quia lippos adhuc habet oculos: non est accepta acceptione gratissima æterno Iacob, qui est deus altissimus; cuius pedibus omnia sunt subiecta:

Cant. 1.
Ibidem
Gene. 29.

Hebræ. 1 2. Cori. 6 — vt ab ipso in copulam desponsationis indiuiduã assumatur. Quare? quia nulla conuenientia lucis ad tenebras. Sed cum virtutes sunt purgatę lumine virtutum clariori ab interiori immunditia, vt mens virtutum splendore fulgeat sicut firmamentũ syderibus resplẽdet: ita vt suæ irradiationis claritate multiplici, & dignitate sui luminis, aspectum sponsi ad sui placidam conspectiõem promoueat: vt etiam luminosa gratiæ & virtutum in mente multiplicata claritas, placitam exterius in cõspectu hominũ faciat apparere: & sic ipm dilectũ altissimũ in suo decore iam prouocat, & ipsam familiarius inhabitare dignetur. Quod cito assequtur, cum ipse dilectus istud amplius quam ipsa desideret: vt prius mendica, modo regina: prius mundanis delitijs intenta miserabiliter sedebat ad sinistram, modo transformatione amoris transeat ad dexteram: quæ etiã prius obfuscata & inuoluta peccato leuitatis, modo preciosissimi amoris auro textis induitur vestimẽtis: prius sordida diuersis vitijs, modo formosa virtutum fulgentium multiplici colore refulgeat: in tantũ vt paranymphi, id est, amici sponsi, scilicet angeli purgationẽ victoriosam acceptantes, dicãt sponso: Astitit

Psal. 44 — regina à dextris tuis in vestitu deaurato. ¶ Captata beneuolentia subditur de petitiõibus. SANCTIFICETVR NOMEN TVVM.

Petitiões septem in orõe dominica. Prima — Septem petit, quorũ prima quatuor boni adeptiõem, alia mali remotionem respiciunt. Primo enim petit inter illa quatuor, vt dilectum suum sine cõtrario retardãte possideat. Secundo, vt non in aliq̃ se obliquãs limites regularis veritatis transiliat. Tertio, vt ipse beatissimus non tantũ sibi id quod ipsa sentit, sed omnibus alijs peccatoribus per ipsius misericordiã innotescat. Quarto, vt in consecutis ab ipso beneficijs per ipsius manuductiuam sustentationem inauertibiliter in omnibus perseueret. Primo, vt dictum est, vocabuli proprietas assumitur ad sensum anagogicum transferendo. Sanctum idem est quod sine terra: sine terra ergo effica

ergo efficiatur nomen tuum in me, quod nomen est mirabile: tunc enim mundanis delitiis deturpantibus & imbuta terrenis desideriis anima male viuens in amore tranquillitatem serenam ingentem intelligere cordis lætitiã nihilominus nec sentire vllatenus potuit: quia erat homo, & non deus: carnalis, & nõ diuinus: amore deificante est ab omnibus hominibus separatus, cum equis terrenis scilicet affectionibus ineptis in sensibus & carnalibus desideriis traheretur, secundum illud Ieremiæ: Aegyptus homo & non deus. Sed cum extensionibus ignitis aliquantulum ad experimentalem & diuiniorem lætitiam mens amantis attingit, cum nondum terrenis affectibus se sentiat expeditam: quia ad hoc virtus propria non sufficit: sciẽs se duo contraria simul non posse possidere, terrenam põderositatem ob carnem corruptibilem inferius attrahentem petit à dilecto instantius remoueri: cũ prior oblectatio respectu dignitatis sequẽtis lætitiæ iam vilescat, cum ratione oppõnis spiritualis iucunditatis prioris gaudii denudet amaritudinem, cum radius interior (licet non sit in perfectã plenitudine) ipsius carnis vel mundi deceptionem & turpitudinem apertius manifestet: vt sic rubigine consumpta igne amoris leuis effecta pennis affectiõum superius eleuata, & stupefacta admirabilem in præsenti certissime sentiat quẽ aduena ignorabat: vt per multas affectiones & continuata desideria multo tempore desideratum inueniẽs dicat admirans præ gaudio: Vere tu es deus absconditus: tũc enim nomine quod est mirabile sanctificatur quando in sua petitiõe exauditur, vt terra remota, id est, carnalitate, solus spõnsus cum sola sponsa mirabiliter præsentetur. ADVENIAT REGNVM TVVM. Tunc enim regnum dei in animam venit perpetuo solio stabilitum, quando in tantum virtus ardentis amoris præualet in spiritu, vt nõ solum inordinatiões interiorum virtutum velocissima insurrectiõe viriliter comprimens domina totius

Psal. 8

Ieremi. 10

Isaiæ. 45.

Secunda petitio

regni spiritualis appareat: sed cum virtute ipsius amoris omnia acta iudicio præsentanſ: vt illud quod plus dilecto placere decreuerit, semper in omni actu exerceat. Iam secum suo corpore in obsequio ipsius dilecti annihilans per radios immissos ab ipso, præcogitans quæ beneplacita sunt illi: & vt ipsa cum discretione inauertibiliter exequatur: & si non semper actu, hora tamen consueta faciat oratiõem, nisi aliqua de causa exteriori vel maiori obedietia præpeditus. Volũtas tamen in conspectu dilecti appareat non inanis: vt iã in omnibus non quęrat quæ sua sunt, sed quæ dei secũ dum Apostolum: vt iam in ipã regnet solus deus, cum iam seipsam vol ntas sacrificium medullatum obtulerit: qa iustum est vt in ipso à quo creata est, finaliter conquiescat, ipse solus in ipsa resideat, vt sub ipsius regno reseruetur intacta in ipo refrigerium suaue inueniat & dicat prę gaudio: Sub vmbra illius quẽ desideraui sedi, & subdit rationem: quia fructus eius dulcis gutturi meo. Tũc enim vere regnum aduenit, quãdo sub vmbra illius altissimus sedet: q est rex regum & dominus dominãtium, quem ipsa perfecte obtinet, quãdo (vt dictum est) voluntatem suã secundum quod humanę fragilitati competit, deo totaliter cõsecrauit: nulli creaturę penitus subiacendo. ¶Cum vere nõ diligat nisi quem diligit deus, & q velit deum ab omnibus venerari, petit spõsa, quæ per cœlum signatur vt dictum est, vt & id quod sentit aliis peccatoribus qui per terrã denotãtur, misericorditer innotescat, vt ipse qui solus est colendus & insatiabiliter adorandus, sic se benignum ipsorum reuelatione pectoribus exhibeat: vt scintillam veritatis & stillam roris ipsum vnice attingentis ipsorum mentibus impertiendo distribuat, vt omnis lingua exardescentis affectionis interior, qua solus spiritus creatus spiritum increatum alloquitur confiteatur experimentaliter cognoscendo vbi est ineffabile iudicium, quod domin⁹ noster Iesus Christus in gloria est dei patris diligẽtibus cũ & derelinquẽtibus

1. Cori. 10

Cant. 2.

Tertia petitio.

Philip. 2.

terrena

terrena gaudia: ad multo illis pciosiora munera multipliciter conferenda. Secunda ratio quare in gloria dei patris dicitur esse, vt per amoris desideria vere diligẽtem ipsum ad suę integritatis vnitatem misericorditer erigendo suæ solicitudini cõpatiens in sinu suo immobiliter collocet sicut domin⁹ dicit: In perpetua charitate dilexi te: ideo attraxi te miserans tui. FIAT VOLVNTAS TVA SICVT IN COELO. scilicet firmo, continue mobili, diuersis luminibus adornato, vt dictum est anagogice reducendo. ET IN TERRA. peccatoribus scilicet, qui non immerito terra proprie nuncupātur: qa longe à regione ignis sunt positi, per cuius cõsumptionem purgatiuam anima leuigatur: vt in terris existens cœlestes amãdo & desiderãdo obtineat mãsiões, qa vbi amat, ibi proprie inhabitat. Hoc eñ nomẽ terra non potest exponi anagogice per essentiã, sed tantũ per causam. Quia sicut amor est causa, vt mens omnia bona per amorem obtineat: sic absentia illius est causa omniũ defectuum pœnalis, culpabilis, id est, venialis & mortalis. Et hoc est quod dictũ est, quod peccator terra dicitur: qa à leuitate amoris igniti distantius elongatur: & in talibus quæ culpam dicunt de se vel defectum. Est ars alia exponendi anagogice: Vel qa proprietatem de se non habẽt, quæ sponsę tendentiam ad dilectum respiciat: qa hæc exponũtur p amoris absentiã, sicut alia creatura vel scriptura aliquã proprietatem habet in se inclusam: qua sponsa ad sponsum erigitur ad sensum anagogicum trãsferẽdo, vt sicut proprij amoris psentia sit causa omnis boni: sic eius absentia occasionaliter est psentia omnis mali: non q carẽtia sit aliquid in spiritu, sed qa per carentiam amoris, quia anima non habet retinaculum, iam vaga per demonia q̃si effrenata discurrit, & incurrit omnẽ miseriam: & nõ immerito, quia denigrata est sup carbones facies eius, & intantum viluit regio diademate priuata, scilicet deo omnipotenti amatore suo, vt omnes amici

Ieremi.31

spreue-

Threno.1 ſpreuerunt eam ſcilicet angeli, & facti ſunt ei inimici: quia iam non eſt ipſis mentibus cœleſtibus conformis affinitate amoris, ideo ipſi inimicari dicuntur, quã ſui ſubſidio, ſcilicet deo omnipotente, priuata regali ſignaculo elongatur. Non ergo immerito dicitur:
Iſaiæ.59. Anima caret omni bono, cum amore priuatur: quia
Iſaiæ.64 iniquitates ſuæ diuiſerunt inter ſe & deum ſuum, ſcili
1.Cor.2. cet illum quem nec ocul⁹ vidit, nec auris audiuit quæ apparauit deus his qui diligunt illum. Subtiliter ergo & diligenter iſta luculentius meditentur, quomodo ꝑ cauſam vel per eſſentiam, vel amorem ſalientẽ in vitam æternam, claritatis æternæ ampliorem radium & gaudium haurientem, quomodo etiam iſta q̃ nunc dicta ſunt maniſeſtiſſime comprobētur. PANEM

Quarta petitio. NOSTRVM QVOTIDIANVM DA NOBIS HODIE. Pro ſe ẽm & pro alijs per augmentum amoris ſurſum agi deſiderat, vt ſupra ſe eleuata fonti totius beatitudinis exiſtens propinquior, ſic in verbo refectibili ſatietur vere: & in ipſo immutabiliter confirmata, delectationem inferiorem miſerabilem tanquam ea indigens de cætero non mendicet. Scit enim, quod ſtatim ad creaturæ vel carnis conſolationem quærendo prolabitur, ſi non refectiõe ſupercœleſti, pane videlicet angelorum qui eſt amor, cuius hauſtu ſugit delitias in fonte beatitudinis æternę, continue aliquantulum ſatietur: ideo panem petit, augmentum ſcilicet amoris, quo ſolo infirma ſolidantur, & debilia fortificantur, famelica ſatiantur. Sed petit ipſum hodie, ſcilicet quotidianum præmittit ordinate procedens. Quotidianũ nominat⁹ quia nec per diem nec per horam nec per inſtãs poteſt mens vera vita viuere, niſi ſtilla roris viuificante continue perfundatur: quia ſicut anima eſt vita corporum ſic amor vita ſpirituũ, de qua & etiã de his pro quibus
Pſal.20 anima non ſufficit, paranymphi dilecto referẽdo gratias dicunt illi: Vitam petijt a te, & tribuiſti ei dominę q̃ non eſt ad tempus momẽtanea, vt eſt vita corporis,

ſcilicet

ſcæ in longitudinē dierum vſq; in ſeculum & in ſeculū ſeculi pmanebit; quia amor quo ſpōſa viuendo totaliter adamauit ſponſum, non deficiet in futuro: ſed tantum augmentabitur, vt compleatur ſermo propheticus quem ipſe altiſſimus edidit per os Iſaiæ: Dicit dominus, cuius ignis eſt in Sion, & caminus in Ieruſalem Vel aliter poteſt dici ſecundum quod de mente anagogica eſt præſens intentio, niſi em̄ ſemel in die pane ſenſibili corpus reficeretur animale, corporalis fortitudinis amitteret vigorē: Si c niſi mēs in motibus amoris vnitiui ſemel in die aſpirando ad oſculum ſe extēdat: niſi forte quando in agrum ad ſe exercēdam exiuerit, vel aliqua modeſta requie corporali, vel aliqua de cauſa ſpirituali: vix eſt quin in ſeipſa efficiatur tepida, & de perfectione ſuæ altitudinis quid non amittat Nec mirum, quia ſponſus præſtolatur ad oſtium dicēs Surge, propera amica mea, & veni. Si ergo in minima mora protelatiōne ſe abſentat, ipſe non immerito indignatur: & ab ipſa ſe ſubtrahit ad tempus ſæpius. Et licet ita intenſo habitu vt prius hunc diligat, tamē dicit: Quæſiui per noctes quem diligit anima mea: quæſiui, & non inueni. Hoc eſt proprie per noctes quærere, non per creaturas conſurgere: nec dilectum in eiſdem quærere, vt quidam dicere voluerunt, quod quærere p noctes, erat quærere per creaturas vel p veſtigia creaturarum: ſed hoc anagogico & vnitiuo motui nō conuenit, cum ſine omni ſpeculo affectus amore ſubleuāte, ipſi fonti bonitatis æternæ inhæreat. Sed tunc per noctem dicitur quærere, quando aliqua de cauſa mēs in ſuis ſurſum actionibus impeditur, vt in quē primo lucide & expedite & præclare ſine tenebra mouebatur quādoq; caliginoſam ſe ſentiat: vt etiam affectus à cogitatiōe phātaſtica in illo, in quem mouetur, vix valeat ſeparari: quod fit quandoq; propter ſuam negligētiam, vel aliis de cauſis, vt poſtea apparebit. Quæſiui ergo & non inueni, in tanta agilitate affectionum ardētium, vt ſolebā. Petit & hodie, hoc eſt in pſenti vita, ratione

Iſaiæ.31.

Cant.2.

Canti.3

ratione æternitatis quæ est simplex & vnica: quæ in amore viuentibus incipit in p̄senti, quia amor ille q̄ sponsus in vita ista diligitur, idem est numero cū illo quo in eternitate, beatificorum omnium vnietur. Et hoc est quod dicitur hodie, quod vnitatem & claritatē significat: & ideo p̄sentia vna dicitur, vt dictum est, ratione continuationis. Præsens dicitur, quia dū amori inhæret, verius & immediatius viuo pane reficitur, q̄ aliq̄d corpus alij corpori sensibili per aliquod glutinū vł vinculū materiale copulet. Et hoc est, q̄d ait diuin⁹ Apostol⁹ aspirātis animæ vnitiua suspiria collaudās: Qui adhæret deo, vnus spiritus est. Bene ergo debet p̄sentia non immerito appellari, vbi non tātum p̄sentialiter spōsa dilecti astat aspectibus: sed cū ipso vnū à diuino Apostolo hierarcha istius sapiētiæ nominatur Hodie etiā lucē importat, qa tunc sibi vere oritur sol iustitiæ, cuius radijs solaribus ad superiora instruitur eleuari, & idem in Cāticis aurora meretur appellari, vbi dicitur: Quæ est ista q̄ pgreditur q̄si aurora cōsurgens: tunc em̄ pane vitæ iam incipit refici, cū ad modū auroræ crescendo in amorem eleuādo virtute ipsius amoris in mōtibus egredientibus se sentit experimentaliter sursum agi. Quod experimentū, ne facultas errādi indoctis & pueris tribuatur, nihil aliud est nisi expeditio motuum & consurrectio ardentissima per eosdem: quod non minus a mente exercitata percipitur, quā oculus corporalis bouem sensibilem trāseuntem per semitam contempletur. Quod ad præsens supponitur, cum in sequentibus hoc argumentis irrefragabilibus comprobatur. Quia ergo iam sibi incipit æternitas & sponsi p̄sentia & lux etiam refulgere interi⁹ dicit de talibus magnus hierarcha Apostolus: Nostra conuersatio in cœlis est, quia est iam latio solis iustitię sup terram, id est, mentem amantē adhuc terrestri corpori sociatam, Per quod licet a sui tendentia multipliciter retardetur: tamen flante austro manuductiuæ diuinæ inspirationis per radios diuinitus immissos ad diuiniora

alias benefactori

1. Cor. 6.

Cant. 6

Phlip. 3

diuiniora suscipienda desuper aperitur, cum maxime a parte inferiori respectu mundanorum delectabilium obturatur. Et hęc superior portio q̄ deo vnitur, & pane etiã vitæ & amoris reficitur, licet a parte inferiori terrestris nõ cœlica, multas importunitates sentit sępissime vel inuita. Claudat ergo, q̄tumcũq; potest, ostium affectus, ne ad inferiora respiciat: sed ad diuinam sursum actionẽ fideliter ad hoc aspiret, vt sibi a dilecto dicatur iã cœnãte cũ ipsa: Hortus cõclusus es soror mea spõsa, hortus cõclusus, fons signatus. Qui hortus dicitur florẽs rosa odoris: q ideo cõclusus dicitur, vt nullus aduersarius vel ꝓpinquus pericula vi amoris obtineat, nisi ille, de q̄ dicitur: q solus ratiõe suæ floridę honestatis nihil aufert penitus, sed poti⁹ reficit de seipõ, iucũdẽ phibẽs testimoniũ dicẽs: Ego flos cãpi, & lilium cõualliũ, q nõ extra ipsam, sed potius interiorẽ inhabitationẽ appetit. Et ad hoc efficatius implendũ, mẽti paupculæ altissimus se inuitãs vt ipsam viuo pane reficiat, id ẽ, cõsolatiõe diuinæ iucũditatis, sic dicit: Aperi mihi soror mea, amica mea, colũba mea, qa caput meũ plenũ est rore: iã cõditionẽ ꝓuocatricẽ apponit, & multiplicẽ, ipsam multipliciter & dulciter ꝓuocãdo: vt ex parte dilecti plena designatio habeatur: ꝙ ꝑ ipsum nõ steterit quin mẽs ꝓfundis beneficijs donis & fulgorib⁹ plenarie repleatur. Caput plenũ rore nominat, qa sicut a capite descẽdit motus & sensus ad mẽbra inferiora, q̄ vitæ viuaciter attestãtur: sic ab ipso altissimo, q caput est toti⁹ ecclesiæ, vita amoris, & sensus lætitiæ vniuersis mẽtibus illabiẽ. ¶ ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, SICVT ET NOS DIMITTIMVS DEBITORIBVS. Vbi reqrit spõsa a tribus instãtius liberari. Primo, a malo culpæ venialis: qa mala mortalia elõgata sunt ab ipa, ꝓpter ipsius radicationẽ in deo ab ipsa diligente. Secũdo, a malo piculi q̄d est vtrũq; & culpę & pœnę respiciẽs. Tertio a malo pœnę, ꝑ q̄d cõtractũ in culpã frequẽter indicimur. Primo, a malo venialiũ q̄rit solicite liberari: q̄d nõ nisi ꝑ donũ amoris poterit ab ipõ totaliẽ obtineri.

Cantico. 4
Cant. 2
Cant. 5
Quinta petitio.

Quia enim mens luminis nihil habet, nisi inquãtum præparando se à suo sole spirituali ipsi præparatæ se inauertibiliter infundẽte irradiationem recipit. Quã do vero per irradiationem virium interiorum, vel in eptas delectationes sensuum, quęrit alibi requiem quã in fonte bonitatis æternæ vel beatitudinis, ab ipso ali quantulum obliquatur & obliquata dispergitur: nisi ab ipso lumine fonte claritatis illustretur. Anima eñ per venialia aliquãtulum obfuscatur. Similiter à suo desiderio, quærens alibi delectari, quasi ille sibi nõ sufficeret. qui sola visione pulchritudinis suæ & attractu dulcedinis reficit omnem mentẽ angelicam & humanam, non immerito à suo desiderio retardatur. Petit ergo ardentissime liberari; ne à suauibus desiderio, eloquiis sponsus ad sui subsidium vel subuentionem vocatus retrahatur. Et ideo sub persona ipsius gemẽtis, terrenas cogitationes extirpare radicitus nõ valẽtis, dicitur in libro Sapientiæ: Corpus quod corrumpitur aggrauat animã, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Cum enim multa de inferioribus cogitat, & voces creaturarum recipit efficien do interius, in tanto à supernis subuentionibus distantius elongatur: quia in quãtum mens plus circa diuersa cogitanda distrahitur, in tanto minus in fonte beatitudinis adiuuatur: & tũc corpus animã aggrauare dicitur, quia quodlibet horum ad sibi locum naturaliter competentem tendit. Ideo est ibi pugna continua & mentis aggrauatio, quia anima tendit ad deum, qui solus est sibi locus sufficiens: corpus vero ratione suæ ponderositatis, semper habet circa terrestria delectari. Vel aliter potest dici, ne propter suam obfuscationem & obliquationem à decorante lumine in tanti sponsi præsentia, quã intimis visceribus amplecti desiderat, indecens iudicetur ab ipso, cum minus speciosa sponsa ei⁹ appareat, qui in ipsa solum pulchritudinem interiorem ad sibi sponsam assumendam specialiter cõ templatur: quia tunc est acceptum eius eloquium, qñ

Sap. 9.

Mentis aggrauatio vnde

per mentis interiorem pulchritudinē supercœlesti pulchritudini conformat. De qua ipsam præcipue admonet in Canticis, dulciter alloquens hanc: Vox tua dulcis, & facies tua decora: quia tuus affectus non sapit nisi cœlestia: & facies tua non est in multitudine venialium vel carnalibus affectionibus deturpata: ideo tuum mihi suaue est colloquium, cum hoc clamo, te per pulsum affectionum alloquens: & facies decora, & ad dignitatem nuptiarum regalium præparata: quia nō est macula in te, quæ tamem nō nisi p perfectum amorem extinguitur. Quia consurgendo ad vniōem (quæ immediate per motum amoris acquiritur) mens prius obliquata rectificatur, vt per istam rectificationem & consurrectionem affectus, tanquam gutta aquæ cadēs in ignē sibi culpa venialis per sui concrescentiā (alias cognoscentiam) vel adunationem importunum nullo modo valeat ingerere nocumentū. Illa etiam debita cognominat: qb9 obligati propter illa, iusta ratiōe alicuius pœnæ debitores efficimur, cum mens in ipso qui est vera beatitudo minus dirigitur, cum ex deliberatione alibi quā in ipso requies appetitur, qui solus mentis humanæ desiderio est plenissimus & sufficiens consolator: ita vt ipsamet veritas de sua plenitudine protestetur ad suam sufficientiam alios prouocando dicens: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis: in superiorum affectionum laborioso exercitio sed tamen dulci, quia tam propter prolongatiōem incolatus miseriæ & dilationē gloriæ oneratos nos esse dicit: & corporeæ sarcinæ corpulenta substātia retardari: & ego reficiam vos non alius, qui sum sapientia æterna, oriens ex alto, qui diuinas consolationes vestra desideria quietantes non tātum in futuro, sed impatiar etiam in præsenti. Nam quia mitis sum & humilis corde, non prouocantibus meam affluentiā per continua desideria me inclino: non pauperes despiciens, quia humilis sum corde. Quia inquantum terrenis diuitijs mens fuerit pauperior, intātum ad regales

Cant. 2

Matth. 11.

Psal. 119

Psal. 18.

Lucæ. 1

Matth. 11

nuptias veluti conformior, supra humanæ naturæ limites mihi veniendi causa citius eleuabo: quod vos nõ per speculatiõem attendatis, sed videte per gustũ amoris (alias animi, alias interius) præeuntẽ, quia non videbitis, nisi sermonẽ prophetę impleueritis, sic dicẽtis:

Psal. 33 Gustate & videte quoniam suauis est dominus, qa tũc erit requies, & tunc proprie murmur aspirãtis animæ cessabit, cum creatorem solum seipsa maiorem in seipsa senserit quiescentem: & hoc est quod postea dicitur Et inuenietis requiem animabus vestris, & tunc amoris iugum erit leue & onus facile. Nam iugum amoris

Matth. 11 sua dignitate & iucunda alliciẽtia sic ligat interius voluntatem, vt nihil pene sentiat qui ceruicẽ suã supposuerit ad hoc iugum suauissimum sustinendum. Nam contra consuetudinem aliorum iugorum istud manifestissime in suis sustinentibus comprobatur. Nam aliud iugum trahentes sub ipso ceruices inclinãt inferius. Iugum autem istud, intãtum sustinentem eleuat, vt commorãtes in terra faciat in cœlestibus habitare: & supra nosmetipsos extendendo, spirituum cõciues faciat supernorum. Ideo vero leue dicitur, quia inferioribus mẽtem alleuiãs, & ipsam ad superiora supra seipsam statuendo est leuiãs. Suaue etiã dicitur, quia ipsum sustinens viuit vita ãgelorum non hominum. Quod modo impfectius, sed in sepatiõe corporis & animæ plenissime feliciter obtinebit. Vel ideo suaue dicitur, qa in tãta lætitia & iucũditate interioris animæ facit vitã istã amarã deducere quia sibi iã vita gloriæ incipit, vt iucunditas mentis pœnalitates corporis, ꝓpter sui supabundãtiã exuperet absorbendo. Leue etiam dicitur, ꝓpter interioris animæ pinguedinẽ, veluti auẽ pinguẽ & pinguedine repletã carbõibus in vtro appositã: vt frigoris egestas vel æstus vel calor importunus nõ sibi ingerãt aliquod nocumentũ, vt merito ꝑsentiat qđ sibi antea sponsus, ꝓmiserat dicens: Ego ꝓtector tuus sum, cum iugo meo suaui allieeris, & merces tua magna nimis, cũ me in gloria videbis, meipm

non aliud

non aliud, tunc tuæ militiæ stipendiũ recipies: sed nimis. qa tm̃ gaudiũ nũc tibi vsq; ad cõpletã cognitiõem subtraho. Sed cũ meũ iugũ sustines parũ in miseria, q̃lis ero in gloria misericorditer me tibi cõico. ¶ET NE NOS INDVCAS IN TENTATIONEM. Tunc mens in tẽtationẽ inducitur, qñ tãtis blãditijs vel sedutijs illaq̃ata inuoluitur vt iã in parte cõsentiat huic nephario operi, ad q̃d inclinari ã seductore ãstutissimo instãtius admonetur. Petit ergo spõsa non de dilecti cõtinua subuẽtiõe diffidens, sed carnis humanæ fragilitatẽ considerãs, vt ab isto periculo liberetur: quo tunc scit se firmiter liberari, qñ benignissimo ꝓtectori per radiãtissima amoris desideria p̃sentatur: & ideo obnixe semper intendit ꝑ affectiões sursum agi, vt illũ mereatur attingere & suis affectionis clamoribus ꝓuocare, de cuius misericordia cõfisa hostiũ cuneos tẽtatores fortissimos cõspuendo ob dilecti cõfidentiã vilipendit, q sibi iã dudum p Psalmistã ꝓmiserat. Quoniã in me sperauit, liberabo eũ: ꝓtegã eum qm̃ cognouit nomẽ meũ. Item alia est ratio, vcz propter importunas hostium insidias: qui intãtum scd̃m quod aduersarij permittuntur, concurrẽtes in spõsam insaniunt, inquãtum creatori immediate subiecta se ab ipsorum dominio distãtius elõgauit & quod fortiori tentatione non præualent, multiplici importunitate & frequentia tentationis multiplcis hãc furibundius persequũtur, sperãtes hoc ꝙ Iordãis adhuc influat in os eorum, & sternãt sibi aurum quasi lutum. Tunc enim Iordanis influit in os dæmonum, quãdo riuulo amoris ã fonte bonitatis vel beatitudinis ęternę exeũti, p quẽ vita descendit in spiritũ, interrupto veluti secretissimo aq̃ductu, p partes corporis riuuli mundanarũ cupiditatũ & vndæ præcipitãtes dignitatum terrestrium, suffocato balsamo affectuosi amoris (per quem in suis desiderijs loquitur) impetuosis fluctibus animam repleuerint. Et tũc aurũ q̃si lutũ sternitur, qñ amor suauissimus creatoris suo decore

Sexta petitio

Psal. 90

Iob. 40.

animam purificans, & dignitate præexcelsa insigniẽs, in amorem creaturæ faciem superiorem animæ sordidantem, lamentabiliter commutatur. Ideo liberari se postulat, ipsum desideriis prouocando: vt sibi ille iã nolit deficere, ob cuius amorem efficatius obtinendũ terrena gaudia & regnum diaboli cõculcauit. Et ideo sibi per prophetam desideranti dilectus repromisit, vt videlicet suam petitionem non solum exaudiens: sed in sua tentatione tanquam felix dux & comes sua iucunda præsentia ipsam totaliter liberabit, & pro victoria & fidelitate ipsius in pugnando, ipsam corona gloriæ præmiabit, sic dicens: Clamauit ad me, & ego exaudiam illum: cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Tertia ratio est propter quã petit à periculo liberari, quia mens vnita deo iam non quærit quæ sua sunt, felicem insequens magistrum, q facit solem suum oriri sup bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, id est, bonitatis suæ radios in bonis submittẽs: & deinde per ipsos ad seipsum attrahẽs Super malos etiam expectãs forinsecus sicut radius solaris ad fenestram clausam expectat: de natura bonitatis suæ nullatenus retrocedens, sed pulsans cõtinue, ne per defectum ipsius cõferentis vllus rationalis spiritus, Christianus, videlicet, infidelis aliquis, vel Iudæus diuini amoris inopiam patiatur. Qui ergo fideliter diligit, laboret attentius tam oratiõe interiori q̃ etiã spirituali quodam exercitio, cum viderit multiplicẽ, vel vt planius & verius proferam, infinitam stragem animarum: vt omnes ad vitam amoris vnitiui suscitẽtur, & excæcati oculis interioribus ad cognitionẽ perueniant diuinæ lucidissimę veritatis. Quia ergo mens vnita deo ratione amicitiæ à dilecto potest quã plurima beneficia peccatoribus impetrare, quod fideliũ ac veracium amicorum est, per omnia idem velle & idẽ nolle: & cum ad hoc dat operam solitam, potest multam orando & obsecrado dilectũ auferre prædã ab hostibus, & in hoc indignationem furibundã incurrere, & ideo

Psal. 90
Matth. 5

& ideo petit pro omnibus ab ipsorum laqueis liberari. Sed vltima ratio secundum quod magis conuenit praesenti tractatui, quia experimento praecognouit quã suaue sit dilectum tam benignum diligere, hoc morte amarius reputat, quia in modico tantillo consentiat, vt à tam felici cõsortio nec modo nec imperpetuum separetur: imo etiam intolerabile dedecus, vt mens q̃ sentit pie quae sit ista iucunditas, aurẽ inclinare ad inimicorum colloquia, mundana gaudia, vel terrenas diuitias, dignetur: tanquã si quid sit vere bonum non experimentaliter cognouisset, cum ipsa maxime feliciter edocta animas peccatrices iurgauerit, q̃a ab ista fontali bonitate miserabiliter recesserunt, sic dicens: Arguet te malitia, & auersio tua increpabit te, postea subdit rationem dicens: Scito & vide, quã durũ & asperum est reliquisse te dominum deum tuum, duplicem infelicitatẽ ipsam significãs incurrisse: q̃a per malitiã creaturae inferiori inuerecunde adhaesit, propter delectationem mundanam iusto dei iudicio non oblectationem, sed amaritudinem potius reportabit: vt in q̃bus satiari voluit, in ipsis delectationibus creaturarũ infinitis amaritudinibus repleatur: quia quanto delectatio mundana spiritus secreta ingreditur: tanto veneno pestifero lamentabiliter anima adimpleretẽ, nõ tantum malitia, qua spreto creatore creaturae adhaesit sua inferiori vilitate arguit: sed diuisio à fonte totius beatitudinis increpat. Quia sicut ipẽ est summũ bonum & solum, & ideo omnia dicuntur bona inquãtũ ipsum completius participant: quod si non participat, bonum non debet aliquid appellari, quod tamen impossibile est: & sic ipse fons iucunditatis & laetitiẽ riuulos suae beatitudinis mentibus impartitur, & secundũ recipientium praeparationem quibusdam minus, quibusdam magis misericorditer se infundit. Quando ergo anima diuiditẽ à fonte illo sine quo nihil est gaudiũ, nisi inquantum ab ipso inferius diriuatur, non est mirũ si anima diuisa ab ipso tristis efficiẽ: q̃a aq̃ductus

Isaiae. 2. Ibidem

amoris per quem iucunditatem tuam à creatore &ex
perimentaliter lætitiam obtinebat,intercisus rumpi
tur:&ideo continuo torpore cum mens intra seipam
se recolligit,increpatur:qa abscisa non sentit illum à
quo tota iucunditas emanat & descendit & inaudita
lętitia circundat:&singulare gaudium comitatur. A q̃
periculo per affectiones &dilecti desideria totaliter ex
peditur,&victoriosissima liberatur: qa propter illud
quod sentit,subiectas sibi delitias vilipendit:intãtum
de inimicis triumphans,vt quod sibi credũt inferre ad
ignominiam,ipsa exinde per virilem insurrectionem
&in ipso ampliorem dilecti gratiam,&vnionem stri-
ctiorem & coronã gloriæ cõsequatur. ¶ SED LI-
BERA NOS A MALO, Amen. Petit
hic liberari à multis ꝓnitatibus excitantibus ad pcc̃m
quia cum supra omnem æstimationem mens experi-
mentaliter edocta ad intimiorem vnitionem aspiret,
&ad dilectum suum sursum agi desideret: tamen quã-
doq; ratione corporis terrestris &carnis inimicantis
spiritus sursum actioni intẽtus à cœlis ad sensuum cõ-
cupiscibilia appetenda obliquatur:&quãdoq; nitens
supra se erigendo habitare per amorem in cœlo,quã-
doq; inuenit se ꝑ cogitationem in luto. Qui ergo hoc
execrabiliter detestatur, vt mens quæ est totius trini-
tatis sacrarium,libidinosas allocutiones recipiat,vel
ad aliud inuerecunde ex debilitatione se inclinet,pro
pter quod sponso cõtemptibilis habeatur: petit ab his
multiplici desiderio liberari,non propter pœnam vi-
tãdam,quę sibi debeatur: sed ne obfuscationem incur
rat,qua possit in aliquo à suo dilecto minus appretia
bilis iudicari. Vnde oportet,q̃d ad illum benignissimũ
patrem, per quem est in vita amoris generata,sic au-
rem affectus inclinet,&oculum intellectus aperiat in-
terius: vt tanto ardore dilectionis patri spirituali ad-
hæreat,&ad eius mansionem aspiret, vt ꝓ ipsius amo
re obliuiscatur patriam &parẽtes: vt sine contamina
tione vniuscuiusq; causati vel creati virgineo decore
adorna

Septima petitio

adornata, illi cœlesti sponso concupiscibilis habeatur cui etiam ille altissimus comunicare cupiēs, ipsam ad imaginē suam creauit ex nihilo, totius trinitatis imagine insignitam, ad sibi soli tam in via quā in patria igniti amoris obsequium impendendum. Audiant ergo iugiter per Dauid prophetam ipsius ammonitionē dulcissimam inuitantis: Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, &c. Et ita multiplicatis suspirijs per amoris efficatiam plenarie poterit obtinere, quia prima natiuitate quādo anima infunditur, has corruptiones à carne recipit: quibus sæpe ad inferiora prolabitur. Sic e conuerso secūda natiuitate q̄ perfecte in deo nascitur, perfecta existit ordine præpostero, caro aspergitur à mēte interiori pinguedine: vt per quā anima in prima natiuitate fuerat sauciata, in secūda eius peruncta effecta (alias affectu) amoris vnguenti odoriferi distillātis prius contraria ab ipsa recipiat sanitatem, vt mens ratione obedientiæ inferiorum virium iā parte reformata, & suo primordiali principio concordās regnet in carne, cœlitus obtenta victoria: sponso laudes debitas referendo decātet, ꝑ dulci beneficio exaudita scz immissione ignis in spiritu, & roris in carne pœnalitates ipsius fœtidas extinguentis, iā ipsum sponsum in affectu libertatis possidens, iā in luce ambulās, iam de somno carnis erectus, ipsius subsidio iā ad ipm consurgens, attentius vigilat dicēs: Deus deus meus, ad te de luce vigilo. Sitiuit in te anima mea, &c. Cum enī est à pœnalitatibus liberatus affectus, vt ipsis nō subiaceat, vigilare ad ianuā ipsius incipit ardentius affectionibus cōcupiscendo intentius: vt ab ipsa intentione iā caro silere incipiat & spiritui cōsentire: cui diebus omnib⁹ anima fuerat inimica. Sic ergo patet ꝑ simile datum in vno, q̄d mirabilis scientia abscōditur in scripturis, q̄ lata, q̄ ꝓfunda, q̄ saporosa, q̄ nobilis: q̄ docet spōsa se ab inferiorib⁹ sepāre, vt regalib⁹ nuptijs grata & accepta in posterū habeat. Nullus ergo ābigat, q̄n totus textus noui & veteris testamenti scd̄m viā de spōsi

psal. 44

Psal. 62

& sponsæ colloquijs,vel eorum alterationibus amore præuio,lumine cōcomitante valeat explicari. Nec solū scripturæ:sed etiā omnes creaturæ quęcunq; sint ab vltimo centro inferni proprijssime ad hoc idem in duci valeant, cum istam sapientiam secundum istas nobiliores ꝓprietates in se occultatā habeāt:quæ faciliter potest desuper radiante lumine denodari.

¶Quo pacto p viā illuminatiuā ascendat ad vnitiuā.

Illuminatiua via duplex ē,practica &theorica.Primo dicendū est de practica,qua mens actualiter cogitādo conscendit ad deū. Secundo dicetur de theorica,quomō omnis scriptura ad deum anagogice reducatur. Dicto vero quomō sensus anagogicus latitat in scriptura,dicēdum est quomodo per istam viam illuminatiua ascenditur ad vnitiuam:&iste decursus fundatur super hoc verbum Psalmi:In meditatione mea exardescet ignis,&c.Quia adhuc mens proficiēs est in disposita ad hoc,quod expedite feratur affectionibus anagogicis in directum. Oportet ergo,quod primum aliquantulum meditetur eo modo, quo dictum est,p cognitionem præuiam aliquantulum incipiat scintillādo affici in illum, in quem mens in tertio statu sine omni cogitatione concomitante vel præuia,quotiens cunq; vult,sine obstaculo sursum eleuatur.Ad quam expeditionem cum perfecte poterit attingere, omnis ab ipsa sapientia in sua consurrectione, cogitatio vel meditatio abscidetur: quia cogitatio ibi non est, nisi vt per ipsam affectio accendatur. Sic ergo vsualiter p meditationem prædictam proficiat:primo,vt pdictū est,proprietatem vocabuli ad sensum anagogicū trāsferat,postea illud ad amorem reducat,tertio quod in ipso deo afficiatur. Verbi gratiā :Pater,id est,tu es ille qui filios spirituales progeneras mediāte viuificatiuo amoris germine. Tunc ergo ero ve filius tuus, quādo te vero amore constringam.O quādo diligam te,quādo constringam te intimis meis visceribus. Similiter per hoc quod dicitur,noster,id est,tu es ille q latissime diffundis

Psal.18

diffundis bonitatem. Si ergo vere te amarem, tunc aliquid in me tuæ latissimæ diffusionis stillares. O quando te tam ardenter amabo, vt tua lata bonitas in me aliquantulum appareat. Similiter per hoc quod dicit in cœlis: & sic de aliis, omnia anagogice transferendo: & sic per meditationem præuiam per istas aspiratiões affectio amoris paulatim accenditur. Et sicut stuppa radio solari exposita primo exiccatur, & statim accenditur: sic per istas aspirationes dilectum prouocantes ad mentis eleuationem magis ac magis accẽditur, vsquequo ad vnitiuã eleuationem affectio sustollatur. Sic dicatur: Pater noster qui es in cœlis. Secundum ergo virtutem prædictam sic dicatur: Pater, id est, tu es ille qui filios spirituales generas, mediante viuificatiuo germine. Sequitur, q̃ es in cœlis. O anima mea miserabilis, quãdo instar cœli clara efficieris & nitida: & diuersarum virtutum syderibus adornata. Tunc eñ bone pater in me habitare dignanter & libenter te sentiam, quando te amore ardentissimo constringam, & per flammam amoris anima miserabilis plena fecib' expurgabitur: statim in me tunc certissime subintrabis, & mundum meæ conscientiæ hospitium inuenies Sanctificetur nomen tuum. O bone pater quãdo tua notitia sanctificabitur? id est, sine terra efficietur in nobis miseris: quod tunc erit, quando omni carnalitate depulsa, tu solus super omnia diligeris. O quando igitur te tenebo, non enim tunc terra in me locum habebit, quando tu dulcis pater per amorem & gratiam in me habitabis. Adueniat regnum tuum. Væ mihi peccatori, vult quãdoq; in me habitare & regnare inanis gloria, quandoq; gulositas, quãdoq; luxuria. Sed nolo regnare in me nisi te pater bone: tunc vere in me regnares, si vere ardenter te amarem: nam in solo amore ardentis animi veluti in ꝓprio hospitio requiescis. O quando igitur per glutiuum amoris ardentissimi te tenebo: vt in me regnare incipias, & solus ad regnandum in regno meo tenebroso aduenias. Fiat volũtas

tua ficut in cœlo & in terra. Tunc em volũtas primordialiter fiet in me, quãdo fcd̃m fragilitatem humanã ego mifer vermis terrenus tuæ voluntati omnino cõfentiã: ficut illi beati fpiritus, q te in cœlis facie ad faciẽ cõtemplãtur. Sed qs me dulciffime deus tibi faciet cõfentire, nifi fola amoris vehemẽtia, q̃ cõtrarias volũtates cõiungit, & hominẽ diligentẽ nouit in teipfo q diligeris cõformare, & miro mõ trãfformat à claritate in claritatẽ. Qñ igitur te, o bone dñe, ỽq ex toto corde diligã: & tibi glutino dilectionis vnitus tibi foli cõfentiã. Panẽ noftrũ quotidianũ da nobis hodie. O panis ãgelorum, quãdo tua refectiõe dulciffima reficiar? In hoc em angeli beati viuunt in patria, inquãtũ bone pater affectionibus flãmigeris te cõtingunt. O qñ panẽ amoris habebo, vt de eodẽ cibo in p̃fenti nutriar, q̃ angeli fancti in gloria fatiãtur, vt de micis comedã q̃ cadunt de menfa domini mei. O bone pater, hunc panẽ da nobis femp: qa inquietũ eft cor noftrũ, donec hoc cœlefti pane aliquãtulũ confortetur: q ideo quotidianus dicitur, qa inquãtũ plus comeditur, intãtũ defiderio q̃tidião reficit abundãtius. Et dimitte nobis debita noftra, ficut & nos dimittimus debitoribus noftris. O bone creditor, qñ debita peccatoꝝ meoꝝ quoq̃ mõ effe dimiffa cognofcã? Si em vere te diligerẽ, tunc q̃dã fapore intimo ea mihi dimiffa cognofcerẽ. Nam ficut peccatũ meũ me tibi reddidit inimicũ, à te me mifeꝝ feparãdo: fic amor me vniẽdo tibi, omnia dimitti cogeret: & te mihi quondã offenfum, placatũ efficeret & redderet gratiofum. O qñ igitur te amore contingã: vt omni peccato dimiffo, mihi placatũ notitia experimẽtali fentiã. Et ne nos inducas in tentationem. O bone pater hoc peto, non de tua bonitate diffidens tibi infeparabiliter colligari amoris glutino, fciens q̃d ex quo odor tuæ dilectiõis me mifeꝝ ad fe trahet, faciliter tãto ligamine ligatus fiue aftrictus omnia cõtraria vilipendã: & te folo inuento tibi infeparabiliter adhærebo. O qs iuuabit me, vt te folũ aftringã, q folus bonus

& dul

& dulcis hospes es animæ meæ, me modo turbidũ securum efficias. Sed libera nos à malo, Amen. A malo non tãtum pœnæ infernalis, sed & purgatorij. Non tamen pater hoc peto vt tormenta effugiam: sed ne dũ in purgatorio detineor, nimis protelctur desiderium meum faciem tuã plenam gratiarum videndi, in quã desiderãt angeli semper prospicere. Sed si ego te ardẽter diligerem, tunc amor reconciliãs pœnã infernalẽ pro offensa debitã absolueret. Si te amarem, sic flãma amoris peccatorum rubigines exureret: vt in vltimo mortis exitu affectiõibus flammigeris expurgatus ad te diu desideratum sine dilatione meus spiritus euolaret. Igitur o q̃do te hoc ardore diligã: q & pœnã excutiat, & à dilatione absoluat: quod ipse p̃stare digneris.

DE VIA VNITIVA

¶Prologus in viam vnitiuam.

Dicto de via illuminatiua, & quomõ actualiter per ipsam ad vnitiuam ascenditur: sequitur de via vnitiua. Et primo quæ quæ sit. Secundo de persuasionibus ad ipsam. Tertio de industrijs, quibus mens in ipsa firmissime solidatur: & hoc pertinet ad practicã & ad vsum. Quod etiã si aliquis simplex nesciat ordinare, saltem quoquo modo doleat. Secundo etiam si nesciat meditari in scripturis, vt dictũ est, saltem aspiret ad amorem, dicens semper in suis orationibus & petitionibus. O domine quãdo te dulcissimo amore constringam? Et sic quantumcunque simplex vel laicus poterit per dolorem de peccatis, veluti per osculum pedis: per recordationem beneficiorum, veluti per osculum manus, vsque ad osculum oris, quod est in desiderium amoris, attingere dicens: Osculetur me osculo oris sui. Et hæc iã p̃sumptuosa nõ iudicabit, si primo in osculo pedis & manus se exerceat, & postea in alio tẽpore ad osculum oris aspiret

Cant. 1.

¶Hæc autem.

¶Hæc aũt vnitiua via ſumitur in verbis ſub ſcriptis

VNDE SVMITVR VNITIVA

Prou.8. Eccle.24 Sapien.38

O Sapientia quæ ex ore altiſſimi prodiſti, attingens a fine vſq; ad finẽ fortiter, & diſponẽs omnia ſuauiter, veni ad docendum nos viam prudentiæ. Verba ſunt aſpirãtis eccleſiæ & deſiderantis edoceri ab ipſo, qui eſt fons totius beatitudinis & origo. Licet enim vba iſta proprie de ſapientia increata, quę eſt dei filius, poſſint intelligi: in cuius exitu æterno, ſummi patris effluentia bonitatis apparuit: tamen hic de iſta ſapiẽtia prout temporaliter mittitur, ſeipſam manifeſtãs, eſt præſens intẽtio: quæ deſcribitur à beato Dionyſio Areopagita doctore egregio in ſeptimo de diuinis nominibus, ſic dicente: Sapientia eſt digniſſima dei cognitio per ignorãtiam cognita, ſecundum vnionem quæ eſt ſupra mentem: quãdo mens ab omnibus aliis recedens poſtea ſeipſam dimittẽs vnita eſt ſuperſplendentibus radiis inſcrutabili & profundo ſapientiæ illuminata. Hæc eſt illa ſapientia Chriſtianorum & totius trinitatis incluſa, & deifica diffuſione diuinitus illapſa fidelibus: qua mentes amantium cœleſti rore perfuſæ non aliquod emolumentum temporale, non aliqua dona ſponſi, ſcilicet gratiam, virtutẽ vel gloriam: ſed ipſum qui eſt totius deiformis emanationis principium, ſcintillantibus affectionibus, inſatiabilibus deſideriis, vnitiuis aſpirationibus, ipſum ſolum tangere vel ſtringere non aliud affectantes, ipſi vniri deſiderant. Conſurrectio ergo per vnitiui amoris affectiões flammigeras ſupra omne officium intellectus in ſupremo affectiuæ apice conſtituta, ipſa eſt ſapiẽtia intẽta ad præſens: quæ idem eſt q̃d myſtica theologia, qua mens ignita linguis affectionum occultiſſime dilectũ alloquitur: quæ non alicuius mortalis induſtria reſeratur, ſed ſolũ diuina miſeratione ſeipſam menti manifeſte prodit: quæ in his verbis laudatur, ꝓut eſt æterna, inquãtum ratione ſuæ maieſtatis à fine vſq; ad finẽ attingit. Similiter ꝓut eſt tẽporalis, inq̃tũ

Diony.

Sapien.8

ſuauiter

suauiter cuncta disponit, scilicet rationales spiritus.

¶Quomodo ergo per hanc rationalis spiritus ab ipsa feliciter instructus, respectu omnium suauiter disponatur, diuino desuper irradiante lumine ostendemus, Primo respectu supercœlestium. Cum eñ in ipsa beatissima trinitate sit à patre filius egrediens, ab vtroque spiritussanctus, amor verus, procedens, cõnectẽs patrem & filium: sic à fonte bonitatis supernæ sapientia vnitiua procedens, menti adhuc vianti inferius illapsa vniendo ipsam connectit increato spiritui: vt sicut pater & filius licet sint distincti, tamen vnum dicuntur ratione amoris connectentis: sic per istam sapientiam qua sola mens supremo spiritui inhęret, tãta nobilitate, licet nihil sit perfrui promeretur, vt vnũ dicatur esse cum illo ab Apostolo sic dicente: Qui adhęret deo, vnus spiritus est. Hæc autem ordinatio non tantum apparet ratione ordinis personarum per vnitiui amoris sapientiam acquisita, sed ratione diuinorum actuum: quia cum isti duo actus sint coæterni & cõsubstantiales in ipso beatissimo deo, videlicet seipsum cognoscere, & seipsum diligere: in hoc quod mẽs in ipso ardet, & infallibili cognitione per ardorem cognoscit veluti in amoris inardescentis meridiãno calore recubans, & ardens in ipso: quasi indicibili ardore se diligit: & per hoc ipsum cognoscens intimius, non tãtum per creaturam sensibilem, ipsi prout possibile est, conformatur, & in ipsum amore deifico transformatur: Sic mẽs disposita, expressiua æternorum (alias diuinorum) actuum est imitatrix. Sed non tantum vt est ordo personarum, nec tantum actuum diuinorum æternitas: sed ipse deus beatissimus est totius creaturę tam mẽtis angelicæ q̃ humanæ, tam creaturæ sensibilis q̃ insensibilis fontale principium. Vnde & in hoc solum insinuatur excellentia creaturę quãdo in id principiũ à quo habuit originem primordialẽ, reuertitur. Quia rationalis spiritus ab ipso immediate conditore creatus, ipsi⁹ trinitatis insignit⁹ imagine, ãpliori dignitate

1.Cori.6

cæteras inferiores creaturas excellit, & tunc diuino iudicio perfectus & reformatus existit, quādo per amorem extensiuum cogentem limites trāscendere naturales, ipsi vnitur ex tacita amoris consurrectiōe, à quo primordialiter exiuit: vt iā circulus ætern⁹ in ipso apparere incipiat, ad illum à quo exiuit primordialiter reuertendo. Sed & ipse conditor æternus non tantum est totius creaturę principium & origo: sed & omnia suis rationibus æternis sic ordine inconcussibili regu-gulantur, vt omnia quæq; diuina regulante prouidentia finaliter in suis ordinibus conquiescant. Sic mens per intimas affectiōes consurgens quodam modo mirabili ipsam carnem irrorādo perfundit: saltem quo ad hoc, vt innata corruptio paulatim sic debilitetur, vt ipsa inquātum mens per ardētius exercitium ad superna extenditur, quoniā diuina miseratiōe hac victoria perfruitur: vt in inquātum per amorem integrum se subijcit proprio creatori, intātum caro spiritui subiecta naturali inditione ipsius iussioni obtemperet: diuinoq; iudicio consequatur, vt sicut mens est concors suo creatori per amorē ꝑfecta: sic sequatur corporis subiectio & mentis concordia: vt in ꝓprio corpore velut in regno ꝓsideat, & dicat cū Psalmista: Sitiuit in te anima mea, q̄ multipliciter tibi caro mea. Sed & ipse altissimus creator non tantum voluit creaturæ ꝓesse vt factor, vel dominari vt rector: sed etiam in fine tēporꝫ quasi à celsitudine maiestatis exiliens cum miseris peregrinari instituit: tādem in peregrinatiōis termino ad supernas mansiones conscendit: sed & ipsi sic existenti in carne, reuertenti in cœlum, mens per extaticum amorem disposita conformis efficitur, q̄ in sua primordiali creatiōe libera à suo creatore ꝓgreditur. Sed & corruptioni corporæ necessitatis cōiuncta, subiecta multiplici seruituti, mēdica efficitur: sed in posterum supercœlesti immissiōe, diuturniori aspirationū ardentium exercitio eleuata, iam quodāmodo arrā æternæ felicitatis pertingit: qa vbi amat, ibi inhabitat

Psal. 62
Matth. 18
Hebræ. 2

& in illo ad quē tendit desideriorum importuna tendentia, veluti in naturali termino conqescit. Et sic q in principio altissimus existens, scdo quo ad statū humanum mendicus, tertio glorificatus in cœlum ascendens, apparuit, ipsi per vnitiuam sapientiā conformatur: vt merito dicatur in Apocalypsi de veris amātib⁹, iā quodāmodo sibi reddita per purgamentū flammei amoris innocentia puerili: Hi sequuntur agnū, q̄cunq; ierit. Sed tamen nō tātum in respectu ipsius cōditoris per istā sapientiā mens viuens in amore modis p̄dictis disponitur: sed etiā in respectu iubilātium beatorū in gloria, quo ad hoc q̄ vna reqes æterna, q̄ est deus beatissimus, finis vnicus desideratissimus immediatus cōstituitur vtrisq;. Sed in hoc tamen est differētia, q̄ mēs glorificata iā in eo p̄ consistentiā p̄sentialiter conqescit: Hec insatiabilib⁹ desideriis, & veluti absens sursum trahi ineffabili ardore, vt tm̄ sibi intimius vniat̄ aspiret, & ista dicat: Trahe me post te, in odorē vnguētoꝝ tuoꝝ curremus. Illa v̄o dicat: Introduxit me rex in cellam vinariā: exultabimus & lætebimur in te. Item illa mens superna coniunctiōe cum spōso p̄fectissime iā obtenta felicitate indicibili delectatur. Mens vero ista cōiuncta hac sapientia, licet tendat superius: tamē q̄tum est de suis motibus anagogicis, in ip̄o actuali exercitio sine omni mulcebri vnctione vel delectatione cōsistit. Sed potius est ibi miro mō corporalis afflictio: sed de hoc solum lætitia, q̄ in ista actuali tendētia directe & sine aliqua obliquatione cōsurgit, veluti lapis ad centrum inferius, in ipsum beatissimū, q est suæ dignitati locus vnicus naturalis correspōdens. Vnde multi decipiuntur in hac p̄hia experti, existimantes in motibus anagogicis cœlesti dulcore mentem cōsurgētem multipliciter irrorari: cum ecōtrario mens laboriosissima sursum actione agatur, & ex extensione spiritus fit quædam corporis eneruatio & spiritualis sepa ratio, & membrornm etiā corporalium ex impetuositate motuum anagogicorum p̄tēsio, scdm illud Iob

Apoc.14

Cant.1.

Ibidem

Iob.7. Suspendium elegit anima mea, & mortem ossa mea. Vnde impetus anagogicos corpus sustinere nō posset sine magna afflictione, nisi gaudium spiritus de ipsius directa tendentia temperaret. Item mens beata continuo & indiuisibi exercitio in ipso summo bono, velut aeterno dulcore afficitur: Haec tantum modo interscalari & intenso in ipsum consurgit: cuius motus res ctissime est ad instar syderis scintillantis, q̄si si illi motus ex libera voluntate procederent, quia illi motus anagogici sunt subitanei: vt statim post consurrectionem mens intra seipsam inferius prolabatur. Iterum & iterum consurgit, & iterum intra seipsam recidit. Item mens glorificata in ipso, cuius pulchritudinem facie ad faciem contemplatur, ardentissima vnitiōe coniungitur: vt licet ibi sint simul cognitio & dilectio tamen cognitio naturaliter pręcedit dilectionem. Sed huic consurrectiōi actualiter intendens, prout est hic intentio, omnis rationis & intelligentiae in suis motibus radicitus rescindens officia. Nam intellectus ex cōmunicatione carnis corruptae phantasijs est admixtus, ideo debet in consurrectione amoris amoueri: sed in patria purgabitur, in qua carnis corruptio deponetur. Et ideo per solam affectus igniti consurrectiōem erigitur, quia affectiua intelligentiam incomparabiliter praeexcellit, vt iam cito ꝓbabitur. Et licet in his & multis alijs mens anagogice cōsurgens à mētibus glorificatis excedatur: tamē mediante ista sapientia, vtraque eadem vita supercoelesti viuificatur, & eodem pane desiderabili vtraq; reficitur. Sed & per istam eandē sapientiam ad conformitatem, prout possibile est spiritui viatori, mentibus angelicis ordinate disponitur quia ipse Angelus est substantia intellectualis ab omni corporali depressione penitus absoluta, gaudiorum lucis aeternę impermutabili claritatē absorptus. Sed cum diuina sapiētia dono gratuito suae irrefragabilis bonitatis menti viāti affectionū extensarum notitia experimentali seipsam praesentē denuntiat, oculos intelligentiae

Marginalia: alias si illę īmissiōes (beside "ti aeterno dulcore afficitur"); 1.Cor.13. 2.Cori.3 (beside "facie ad faciem contemplatur").

telligentiæ aperit ratione appropinquatiõis ad ipsam quia ipsa propriissime in se est lux & claritas: & exinde ex eo q̃d spiritus ipsi qui est superior, strictius per amoris contactum coniungitur, non immerito plus rescinditur carnalis affectio: & exinde in carne super carnem extensa magis ac magis absorbetur, & sic per desideria amoris vitam ducens angelicam, dicat cum Apostolo Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Inquantum ergo mens per pedes affectionum in ipso, qui est vera vita, aspirat ardentius quietari, intantum minus carnali affectioni coniungitur: cũ sentiat ea quæ sunt spiritus, & per consequens magis ac magis in deo absorbetur: & sic quodammodo per istam sapientiam licet misera quo ad tria prædicta, in magna tamen distantia vitam angelicam imitatur. Sed per istam eandem sapientiam rationalis spiritus ordinatissime infra seipsum disponitur, quia illud signum mendicatiõis humanæ infallibile comprobatur, quãdo in alia creatura extra seipsam egrediens, tendentiæ suæ & sui etiam appetitus requiem existimat reperire: quia cum mens humana cæteris visibilibus creaturis excellentior iudicetur, ipsam eminentius & plenius sapientia supercœlestis inhabitat, quia ipsa est imago, cætera vero vestigia. Tunc ergo cum thesaurum diuinæ sapientiæ ante a (alias anima) occultatum, reseratum diuina bonitate in seipsa perceperit: iam non egena alterius delectabilis mendicitate fulcitur, iam non à sua primordiali nobilitate degenerãs, infra seipsam inclusa, quadam iucunditate relicta ex intimiori vnitione cũ deo continua iucunditate lætatur, dicens cum diuino Iob nolens de cætero ab ipso separari: In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. Et non tantum disponit animã, inquãtum facit ipsam infra seipsam quiescere, alienam mendicitatem extirpans: sed etiam ratione pretiositatis sui ipsius existentis in mente: inq̃to enim nobilior seu sanius possessus habitus, intanto plus angelicus spiritus: quia si omnes thesauri, oẽ

Phlip. 1

Iob. 29.

pretiosum delectabile, quicquid oculus potest videre, ratio inuestigare, intellectus percipere: nihil ipsa mẽs ratione ipsius sapientiæ, qua sola deus in corde possidetur reputat: sed coram omni sapiente affirmat: tanquam lutum æstimabitur aurum in comparatiõe ei⁹. Quare? quia tãta est nobilitas in ipsa & dignitas & attrahentia, vt omnia quæ desiderãtur, huic non valeãt comparari. Nobilitas etiã ipsius non tantum apparet ratione sui existentis in spiritu, sed & ratione aliorum multorum gratuitorum, vel gratis datorum, vel acquisitorum: quæ magis inter cætera appetibilia iudicantur. Per ipsam em̃ certificatur fides, corroboratur spes, & charitas inflãmatur. Certificatur em̃ fides in hoc, q̃d mẽs sensibiliter se sentit trahi infallibili notitia in illum q est solus desiderij quietatiuus: & hoc scit ita vere vel verius, quã oculus materialis videat materiale obiectũ. Si ergo illum in quem tendit, istis consurrectionibus infallibiliter sic cognoscit: iam quodãmodo mens certificatur, quod ille est verus deus, verus dominus, quẽ fide colit. Vel etiam cum incipientes & proficientes ad istam sapientiã, habeãt per beneficia incarnationis & passionis pertingere, & per huius considerationem in ipsa diuinitate affectus magis ac magis inflãmetur: oportet q̃d mens cum iam est in ista sapiẽtia actualiter eleuata, recto ordine ad illud pertingat, & sic ex consequẽti connexionẽ diuinitatis & humanitatis cognoscat. Sed & cum mens per istã sapientiam de multis quę ad fidem pertinent, licet adhuc misera, certificetur ad plenum: sciat quælibet fidelis anima, q̃d ex quo mens ad istam sapientiam pertingit, si omnis mundi sapientes, omnes philosophi, protestarentur & confiterẽtur & dicerent: tua fides non est vera fides, quinimmo deciperis: ipse econtrario responderet: Vos omnes fallimini & ego solus verã fidem teneo: multo felicius q̃ per rationes & inuestigationes, p vnitionẽ amoris habẽs in corde infallibile firmamentũ: vt dicat cũ Apostolo: Scio cui credidi, & certus sum. Certificatur fides p hãc

sapien-

ſapientiã,ſed &corroboratur ſpes:quia cũ ſit ſpes cer-
ta expectatio futuræ beatitudinis,intm̃ per iſtã ſapiẽ-
tiã roboratur,vt iã q̃ſi de obtinenda futura gloria nõ
timeat. Quod ſic oſtẽdimus,ꝙ quãto domicelli alicui
principi diuturniori exercitio familiarius obſequun-
tur vt quẽ primo timebãt vt dñm,ex q̃dã familiarita-
te iã timor ad reuerentiã maieſtatis reſiliẽs,penitus e-
uaneſcit:vt de ipſius familiaritate &bonitate cõfiden
tes,nullaten⁹ ſe credãt ab ipſo ſepari poſſe:Iſto mõ ad
intellectũ anagogicũ referẽdo,mẽs prius trepida, tãtã
ꝑ affectiões &deſideria vnitiuã familiaritatẽ cõſeqtur
vt ipſius dilecti dono in ipſa q̃dã mera cõfidẽtia relin-
q̃tur,vt omnis timor pungitiuus,niſi ꝑ modũ cautelæ,
ab ipſa radicitus extirpet,vt dicat cũ Apoſt. Quis me separabit à charitate Chriſti? Tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an piculũ? an pſequutio? an gladius? Imo nec mors, nec vita,neq; angeli,neq; principatus,neq; ỽtutes,nec inſtãtia,nec futura neq; creatura aliq̃ poterit me ſeparare à charitate Chriſti,&c. Per

Rom.8

iſtã etiã ſapientiã inflãmatur charitas,integratur &ꝑficitur : q̃a cum ipſe deus beatiſſimus ſit ignis cõſumẽs in tm̃ à ſpiritu viatore omnimodã frigiditatẽ expellit

Deuter.4
Hebræ.12.

inquãtũ ꝑ amoris extẽſiones ipſi interius appropinq̃t:
q̃a cũ ſic per motus anagogicos ad ipſius intimiorẽ v-
nitionẽ aſpirat ſolis ſpiritualibus radijs exurẽtibus
ſe expõit,&veluti ſtuppa à ſolaribus radijs expoſitus
ab igne deſup immiſſo accẽditur. Vñ iſte ſol mẽtes di
cit exurere tripliciter,q̃a &ipſe ꝑ ſe augmẽtat ardorẽ
in ſpiritu:&mediãte ardore obſtacula reſecat,q̃ amo
rẽ impediũt, vt ardẽtius inflãmetur. Ipſe ſpiritualia bñ
ficia ſupaddit q̃bus ipſe amor in ipõ perficitur. Item
ipſe facit mentem exurere,ad hoc ꝙ ardentiſſime ipſe
deus vnice diligatur. Exurit etiã iſta ſapiẽtia mentẽ,vt
in oẽm proximũ ſicut in ſeipſum hoc amore ferueat,
vt iterũ ipſa inſatiabilib⁹ deſiderijs vſq; ad pleniſſimã
vnitionẽ aſpirare lãguida nõ deſiſtat. Nõ tm̃ ỽtutes ꝑ
iſtã ſapiẽtiã pfectũ obtinẽt pricipatũ:ſed &mẽs oĩ phiq̃

omni inuestigationi rationis, omni speculatiuæ theologicæ etiam inquisitioni præponitur. Naturalis ẽm philosophia ipsam causam omnium per hoc, quod apparet in sensibilibus creaturis, cognouit creatorem: affirmans infallibili argumento, quod tanta creaturarum bonitas, tam mirabilis ordo, tanta earundẽ immensitas, non nisi ab vno omnipotentissimo creatore prodijt in esse, secundum illud Apostoli: Inuisibilia dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas: & sic venit philosophus ad cognitionem. Sed cũ totus mundus nihil sit in comparatione spiritus rationalis secundum protestationẽ ipsius sapientiæ increatæ dicentis: Ludeus eram in orbe terrarum, & delitiæ meæ esse cum filijs hominum. Vnde totus mundus est sicut paruus ludus, in quo paululum apparet pulchritudo respectu mentis angelicæ vel humanæ. Vnde qa nihil de intimis mentis cõditionibus habuerunt, stricta & mendica est naturalis cognitio: & huic sapientiæ quantum distat ortus ab occidente, incomparabiliter substernitur. Iterum respectu considerationis metaphysicæ vel theologicæ, quæ ambæ sub ratione entis vel eius differentiarum vel practicarum intentionum, scilicet sub ratiõe vnius veri vel boni deum simplicissimum apprehendit. Mens autẽ per istam sapientiam sub nulla ratione prædicta, sine aliquo cogitatu concomitante vel præcedente motum amoris, habet apice ipsius affectiuæ ipsum qui est summum bonum apprehendere modo indicibili, ad quã apprehẽsiõem nec intellectus cõsurgit, nec intelligentia speculatur. Quomodo autem hoc fit, & quomodo intellectus possit diuidi ab affectu, in theorica huius practicæ ostenditur: & de his quæ ad hoc pertinent, super illud mystic æ theologiæ: Consurge ignote, videndum est, quomo respectu inferiorum mens suauiter dispõatur. Respectu enim corporis subiecti dictum est superius, quãdo summæ sapientiæ regenti mundũ mens ꝑ istã sapiẽtiã confor

Rom. 1

Prou. 8

conformatur. Sed tamen addendum vlterius, quod sicut sessor in equo virtute freni iumentũ sibi subiectũ vertit ad libitum, scz ad dexteram vel ad sinistram: sic cũ mens per istam sapientiam erecta non curuata existat in corpore, virtute ipsius amoris veluti in quodã freno spirituali sensuum exteriorum reprimit inordinationes: vt ad nutum & ad imperium ipsius ad q̃m tendit, prout potest melius, omne regimẽ tam in viribus quã in sensibus æqualiter reguleẽ: & faciet in suo subiecto tabernaculum secundum exemplar quod sibi in monte monstratum est, secundum quod diuino Mosi (vt habetur in Exodo) sub typo diuina sapiẽtia imperauit. Sed & per istam sapientiam mens respectu omnium mundanorum disponitur, quibus per ipam verissime dominatur: quod sic apparet. Si eñ aliquis princeps terrenus vniuerso orbi præesset, & haberet tot delitias, diuitias & honores, quod omnes mortales habuerunt ab initio mundi, & in his oblectari disponeret: iam ipsis subijceretur, dum ab eis quietẽ vel aliquam beatitudinem vel perfectionem, quã non habet de se, obtinere appeteret. Qui ergo in his oblectatur ipsis vere subijcitur. Solus ergo ille est dominus, q sic omnia inferiora vilipendit, vt nihil terrenum per amorem quietum contingat: quia tunc in vilipensionem omnia sub suis pedibus conculcantur. In hoc ergo regno dominatur anima, cum alibi non quærens requiem supernis desiderijs se extendit, dicens cũ Apostolo: Omnia reputaui vt stercora, vt Christum lucrifacerẽ. Idcirco Petrus & Paulus gloriosi principes terræ vocantur. Sub typo etiam dictum est filijs Israel ab ipsa veritate inconfusibiliter promittẽte sic: Omnis terra quam calcauerit pes vester, vestra erit. Si ergo qui vilipendit, conculcat omnia, multo verius quã mundi principes dominatur. Sed & per hanc sapientiam respectu inimicorum suauiter disponitur, cum ratione irreptionis ipsorum, tum ratione fortitudinis. Sagaci enim versutia instantius inimici peruigilant,

Exodi.25. Hebræ.8.

Philip.3. Psal.44.4. Deut.11. Iosu.1

quõ deo mentem vnitã a suo dilecto valeãt separare: sed per istã sapientiã liberãtur, qa haustu amoris fonti luminis appropinquat, & ex ipsa appropinquatione diuinis radijs necessario illustratur: quibus etiã versutissimas tentationes & palliatas & sub specie bonitatis prætentas cito & sagaciter deprehẽdit: tunc hostis sagacitas confutatur, qa scdm quod in prouerbijs dicitur: Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum: qui per affectiõum desideria volãt sicut nubes, & quasi columbæ ad fenestras suas, sicut legitur in Isaia: Disponitur etiam respectu fortitudinis ipsius, quia tanta vehementia ipsi inhæret quem diligit, quem veraciter cõgnoscit: vt potius millesies se permitteret iugulari, q̃ semel ex deliberatione dilecti offensam incurreret: & ad istã fortitudinem indicibiliter obtinendam habet ĩsta duo coadiutoria, vt veluti de propria familia ipsius dilecti creatoris dirigẽte dextera protegatur, scdm illud sapientiæ: Iustorum animę in manu dei sunt, & illud ã parte sui, quia si etiam fortissimis tentatiõibus ab inimicis ꝓpelleretur intensius, veluti puer cõfugit ad matrem tam cito, & cõsurgit cum ab alieno timet lædi: Sic mens in fortissimis tentationibus ad subsidium illius quem diligit, ad ipsum aspirãs, intentius recurrit: & iste modus vincendi dæmones inter alios est ꝑclarus. Per istam sapientiam temporãtiæ virtus ducitur ad perfectum. Ex hoc enim est intemporãtia humana, quod homo in gula vl' luxuria, vel alijs carnis illecebris omissa vera delectatione, quæ est ex coniunctiõe dei & animæ, miserabiliter delectatur. Cum igitur multo maior sit illa delectatio q̃ est in deo, q̃ quæ est in carne, sicut deus melior est q̃ vlla creatura in q̃ carnales homines delectãtur: inquãtũ de vera illã delectatione mens sensibiliter experitur, intm̃ vehemẽtius carnalem delectationẽ respuit, & illũ inueniẽs in lectulo amoris q est ꝟa iucundias, sic dicit: Mihi autẽ adhærere deo bonũ est. Igitur hac habita ab ipsa, cætera alia de facili vilipendit. Per mysticã etiã sapiẽtiã iustitia

Prou. 1
Isaix. 60.
Sapien. 3
Delectatio de deo maior est quacunq; carnali.
Psal. 82

stitia perfecta acquiritur, qa vera iustitia hæc est: reddere deo q̃d suum est, & sibi q̃d suum est, & ,pximo qđ suum est. Primo em̃ per sapientiã vnitiuã reddit deo, q̃ suum est. Nam p quemlibet motũ cõsurrectionis aĩa cõstituitur ante deũ. Per affectionẽ etiã amoris anima quærit q̃ dei sunt, nõ q̃ sua: nã aliter nõ est ỽa dilectio nisi plus dilectũ q̃ seip̃m ipse amãs diligat. Ipse amor etiã ipsam qescere nõ pmittit, nisi in eo quem diligit. Quia sicut pondus lapidis nõ permittit ipsum qescere donec ad terrã locum suum naturalẽ pueniat: sic nec amor spiritualis permittit in alio, q̃ in solo deo quiescere: q est omnium spirituum (vltra quem nihil desiderãt) terminus naturalis: Non tm̃ redditur deo q̃d suũ est per sapientiã vnitiuã, sed & animæ q̃d suum est redditur, in eo quod p gratiã pficitur in seipsa, quia scđm Philosophũ: Anima pficitur virtutibus & scientijs. Igitur tunc est ibi summa animæ diligentis pfectio, qñ ille q est fons totius sapientiæ, & omnis sapiẽtia siue scientia creata tã in superioribus q̃ in inferiorib⁹ ab ip̃o emanauit, spiritualiter p seip̃m mẽtẽ inhabitare dignatur. Vnde ỽius q̃ aliquis in loco materiali sedeat, habitat deus in ipsa aĩa q̃ diligit ip̃m: & hoc spirituali habitatione, vt dictum est: quia ip̃e charitas est, & qui est in charitate (q̃ est ỽus amor) in deo manet, & deus in eo vt in Canoni. Iohã. legitur: Per hãc etiã redditur ,pximo quod suum est, in eodem amore quo diligitur pater & filius. Ex hoc em̃ quod anima suum creatorem diligit, omnem etiã rationalem creaturã diligit: q̃ ipsius patris æterni est imagine insignita. Ex eo em̃ quod pater diligitur, venit feruẽs (alias fruens) animarũ dilectio, ex eo multiplicãtur orationes p animabus, de perditis liberandis. Ille idem amor gemitus multiplicat, vt animæ ad proprium creatorem reuertantur, vt scilicet mortuæ per peccatum, per vitam gratiæ diuinæ suscitentur. Sicut Ieremias clamat dicens: Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontem lachrymarũ: & plorabo sup interfectos populi mei die ac nocte

Iob. 4.

tſimis ſeparatos ſuſcites nos ad tui deſiderium & cognitionem: & remota omni mentis diſtractione, conuertas nos ad aggregantis patris vnitatem, quibus in horea (alias quæ in horrea) claritatis æternæ diſperſiões congregas Iſraelis Amen. ¶Sequitur ergo primo, quæ ſit iſta ſapientia. Secundo de ſuaſionibus ad illã. Tertio de induſtriis, per quas mens in ipſa firmiſſime ſolidetur: & pertinẽt ad practicam, id eſt, vſum. Quod etiã ſi anima ſimplex fuerit ita quod neſciat ordinare, ſaltem q̃quo mõ doleat. Secundo etiã ſi neſciat meditari in ſcriptura, vt dictũ eſt, ſaltẽ aſpiret ad amorem, dicens ſemper in omnibus orationibus ſuis & petitionibus: O domine, quãdo te ſtrictiſſimo amore cõſtringam? & ſic quantumcunq; ſimplex vel laicus, poterit per dolorem de peccatis veluti per oſculum pedis, p recordationem beneficiorum veluti per oſculum manus, vſq; ad oſculum oris, quod eſt in deſideriis amoris aſcendere dicens: Oſculetur me oſculo oris ſui: & hic iam præſumptuoſa nõ iudicabitur, ſi primo in oſculo pedis & manus ſe exerceat: & poſtea in alia hora ad oſculum oris aſpiret. Cant. 1.

¶Quomodo deo vniri debeat ſpiritus in ſuo ſummo apice conſtitutus.

ACcedite ad eum & illuminamini & facies veſtræ non confundẽtur. Cum deus beatiſſimus lucem habitet inacceſſibilem, ſecũdum quod ait diuinus Apoſtolus: cum omnis rationalis creatura diſtet ab ipſo gradibus infinitis: ad hoc quod lucis æternæ ſuperpulchris claritatibus illuſtretur, neceſſe eſt, animã quaſi ã ſe egredi, & gratuito beneficio creatoris ſuperius eleuari, vt ſit aliq̃ approximatio, & aliq̃ aſſimilatiua cõformitas inter creaturam recipientem & ipſum benigniſſimum influentem. Ideo dicit diuinus propheta: Accedite ad eum, & illuminamini, &c. vt illud præcedat: & immediate illuminatio conſeq̃tur. Ibi ergo tangit complete iſtius libri materiam, in quo curſu extraneo quaſi contra omnes diuinos & Pſal. 33 Pſal. 33

theologicos tractatores non p speculum creaturę, vel ingenij inuestigationē vel intellectus exercitio docet ad cognitionem immediatā creatoris attingere: sed p amoris vnitiui aspiratiōes flāmigeras: qbus nō tm̄ qa deus est, sed etiā qd sit deus beatissimus ipse principiū totius beatitudinis, infallibiliter adhuc degētes in miseria pgustamus. Quoniā tm̄ excedit cognitionem rationis vel intelligētię, vt dicetur postea, in q̄tum sol cunctis alijs planetis pulchrior, & stella matutina cæteris stellis fulgentibus fulgētior vniuersis: q̄ reuelātur abscondita, q̄ reserātur occulta, q̄ non humanis & terrenis facit amātem intendere: sed potius supra se ipm eleuatū immediate diuinis & cœlestibus insistere disciplinis. Quia ergo amor ęstuās ad vnionem dilecti aspirat ardentius, sursum trahit spiritum: vt fonti veri luminis appropinquet, q solus facit accedere ad illum, q est oriens ex alto, hos qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, illuminans: vt per ipsum motiua & cognitiua completissime suas perfectiones obtineāt, vt mens ardore amoris & decore luminis à suo dilecto misericorditer decoretur: qm̄ non solum per amorem vnitiuū gloria æternę beatitudinis in recessu spiritus à corpore possidetur, nec solum vitā cœlestem ducere cōtingit in terris non humanā, suis sursum extensiōis actionibus (alias extensis actionibus) mentē interiora solicitāt (alias mentē interiorē solicitat) sed insup in anima incompabiliter p amoris vnitiui desideria pfectio amplioris cognitionis relinquitur, q̄ studendo, vel audiendo, vel p orationis exercitia cōquiratur. In hoc ergo p̄senti ope, q̄d à me ad declarādam beati Dionysij mysticā theologicā cōscribitur, est p̄sens intentio ostēdere theoricā ibi esse inclusam, quō anima creatori suo inhæreat: & ipsi efficaciter veluti dilecta dilectissimo radicaliter vniatur. Vbi ṽba paucissima, sed infinita sententia, sicut manifestissime in sequētibus apparebit. Quia in vnitiua sapiētia non ab eo q̄d extra in scripto redigitur, sed ab eo q̄d intus pcipitur, mētis

extensa

extensa vnitio ad suũ dilectissimũ cupiẽtis attingere, ipsius dono gratuito recipit incrementũ. Stilus aũt huius libri & istius opis simpliciter & pure anagogicus est nisi ꝙ quãdoꝗ parũ inferi⁹ad aliq̃ descẽdit ad sensum anagogicũ manifestius explicãdũ, vt solũ pure amantes, hãc supremã vnitiuã sapientiã in seipsis pcipiãt, & à mũdi sapiẽtibus vel mũdana amãtibus neq; q̃ ad intellectũ, neq; q̃ ad affectũ, vllatenus capiatur. Finis aũt est attẽdere, quõ anima ad sponsi vnionẽ totis visceribus debeat aspirare, vt arrã gloriæ & diadema nuptiarum regaliũ valeat pcipere in præsenti: q̃d omnis rationalis spiritus tanquã suã beatitudinem debet appetere, propter quinq; rationes, quæ ante principale vidẽdum ad auidius recipiendum q̃ in sequentibus dicẽtur prolixius pmittũtur. Prima ergo ratio sumitur respectu rationabiliũ creaturarũ & mundanorũ actuũ Tres aliæ respectu pfectionis ipsarũ personarũ, quæ p vnionem amoris in præsenti feliciter obtinetur. Vltima ratione continuationis profectus & augmenti: q̃ mens seipsa fortior efficitur semp, & p amore dilecti ad maiora semp seipsam extendere cupiens: donec in recessu ipsius à corpore sibi sol iustitiæ ipm visuræ facie ad faciem sicut est, oriatur. In prima eñ insipiẽtia omnium mortalium & maxime religiosorũ ostẽditur Sicut enim qdã sanctus dicit: Vniuscuiusq; artis industrius appetitor cunctos labores & pericula atq; dispẽdia æquanimiter libenterq; sustentat, & hoc in agricolis, in negociatoribus & in militibus exemplo sensibili comprobatur. Nam & agricola nunc torridos solis radios, nunc pruinas & glacies nõ declinãs, terram infatigabiliter scindit, & indomitas agri glebas frequẽti subigit vomere: vt eam cunctis sentibus expurgatam, vniuersisque germinibus absolutam, in modum solubilis arenæ exercendo comminuat, hunc solum finem intendens scilicet præceptionem copiosarum frugum, exuberantium segetum : non alias adeptarum se esse confidens, quo vel ipse possit vitam

securius

etiam videmus, quod hi qui militiæ mundialis ambitione libidinosa inflammantur, dum prospiciunt honoris ac potentiæ finem, peregrinationū exercitia vel pericula non sentiunt, nec præsentibus ærumnis bellisq; franguntur, dum propositum sibi dignitatis finē cupiunt obtinere. Si ergo in tot miseriis inuoluuntur vt ad modicum temporis laudibus hominum, vento inanis gloriæ eleuentur, hoc sufficiens præmium reputantes pro omnibus perpessis multipliciter tam in spiritu quā in corpore fatigationibus: quid dignū possit agere mens ratiōalis creaturarum nobilissima, respectu tamen sui creatoris mendica, vt ad illa tanta dignitatis pręmia perueniret, vt illi à quo creata de nihilo primordialem originem habuit, in amoris vnitiui desideriis vniretur: & tanto honore in conspectu creatoris digna valeat iudicari, vt minus ꝙ musca, minus quā nihil principis vitæ sponsa, regis angelorum dilecta, propriissime valeat apellari, & ad tātum honorem ab altissimo creatore minima prouocetur sic dicente in Canticis: Aperi mihi soror mea amica mea columba mea immaculata mea. ¶ Dicto, quomodo per actus mundanorum & secularium mens ad tanta dilecti gaudia prouocatur, dicendum est, quomō per creaturas rationales & irratiōales ad quiescendum in suo creatore multipliciter excitatur. Primo, in sensibilibus. Secūdo in vegetabilibus. Tertio in animatis rationātibus & irrationantibus. Videmus quia ad istud edulium, quod aliqua experimentali notitia animal brutū gustiui delectabile existimat, currendo cum impetu sine discretione accelerat. Cum ergo ratione prædicta mens habeat vnum solum delectabile obiectum, in ꝙ vera requies & omnis sacietas pariter combinantur, diuino iudicio misera iudicatur, vt tāto delectabili sibi præsentialiter & immutabiliter existenti misera defraudetur: cum bruta ad suum delectabile cum tanta festinatione accelerant sensibiliter obtinendū, & ista non vult faciem suam erigere ad illam verā sapientiā

Cant. 5

vnitiuā

Sap.7.

vnitiuam, de qua ab increata sapientia in libro sapientiæ dicitur: Omnia mihi bona euenerunt pariter cum illa. Dicit enim omnia, vt nihil in mente ipsius præsentia remaneat incōpletum. Bona non bonum dicit, vt multiplicationem in mente diligentis diuinorum beneficiorum insinuet: venerunt, per hoc non à se significans, sed ab illo obtinere, scilicet ex influentia dilecti ipsius misericorditer influentis. Pariter, cum in seipsa anima nihil boni habuerit: & si quid fuerit, multiplici amaritudine replebatur. Cum illa, vt non solum possessione ipsius vnitiuæ sapientiæ mens interius impinguetur, & medullarum ipsius multiplicatis fructibus irroretur, sed & multa dilecti xenia, scilicet splendores & distillationes multiplices, præsentiam vnitiuæ sapientiæ comitentur: vt tam per ipsam quā cum ipsa mens experimenta gloriæ obtineat in præsenti. Miserabilis ergo debet anima reputari, si istud quod videmus in sensibilibus nos rationales non facimus: & respectu momentanei delectabilis pigritantes, circa inferiora lamentabiliter occupati, contra etiam cordis humani generositatem impudenter & miserabiliter dormitem. Hoc etiam apparet in vegetabilibus, vt in arboribus: quę vt stabiles sint, & in concussione ventorum immobiliter maneant, in terra radices immittūt profundius, ab humore ipsius terræ in qua figuntur recipientes fortificabile nutrimentum: vt etiam ramos superius emittētes propter immissionem firmissimam sine sui confractione in suo loco firmissime perseuerent: Sic mens per amorem vnitiuum supra se erecta, per penetratiuas affectionum radices in eo, cui per amorem vnitur, radicata infigitur: in qua infixione vnionis, stillæ roris æterni exhausti per amorem, maxime ratione redundantiæ ipsius fontis omnium delitiarum & plenitudinis, per importunitatem vnitiui amoris quasi quibusdam radicibus ad stipitem affectus descendunt inferius: mentem ipsarum sic fortificantes in ipso, vt inauertibiliter ad sponsum sine obliqui-

obliquitate profecta continuo ascendat: vt etiam cor roboratiõe motuum amoris (qui hic radices proprie nominantur) rami cęterarum potentiarum omnium profundentur: & inde sic fortificetur mens ipsa, vt nõ iam ad modum arundinis spiritualium vẽtorum turbine quatiatur. Et sicut humor arbores facit virescere florere, & fructificare: vt nihil horum sine ꝟtute ipsius humoris arbor materialis obtineret penitus: Sic & humor amoris facit florere altioribus ad magis placẽdũ dilecto cõceptiõibus ꝗ plurimis, & fructũ opis sine exinanitiõe ꝓferre: folia ꝟboꝝ nõ de ariditate mũdanoꝝ, nisi ea vilipẽdẽdo, sed de his ꝗ placẽt illi quẽ diligit facit amor viriditate ꝑpetua apparere: vt illius ꝓmissionis ꝟitatẽ experimentali notitia in se ipsis ꝑcipiãt, quã iamdudum degens in terris, & cum miseris habitãs, dilectus promiserat dicens: Mensuram bonã & cõfertam & coagitatam & supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Hæc enim promittit deus altissimus animę aspirãti: quæ ad instar insensibilium materialiũ arborum, per amoris motus ignitos in ipso infigitur vt quod videt in creatura quã expertem & insusceptibilem delectationis & iucunditatis cognoscit: hoc ipsa misera appetat, cui tot delectabilia præmia à collatore ómnium promittuntur. Et quæ sint ista, in sententia prædicta insinuatur. Mensuram dicit, quia cuilibet se ad suam infixionem solicite disponenti datur amor, id est, perfecti amoris vnitio, quæ mensura proprie dicitur. Nam ipsa sola ꝗtitas animæ mensuratur, vt desideratã perfectiorẽ vnionẽ citius & efficatius appꝛehendat, ardentius quoq; amore desideret: & sc͂dm suorum desideriorum mensurã apportãdo secum xenia ipse altissimus pauperculæ suæ se infundit: quæ vere bona affectum mentis erigendo deo æter no diligentem viuens: non bono per participationem, sed summo bono ampliore bonitate mentem sibi vnitam deificans: vt eo solo bona dicatur & melior, omnis

Lucæ. 6

excitetur. Sicut enī omnia corporalia locis sibi competentibus conseruātur: sic spiritualia scz mentes angelicæ & humanæ locum habent proprium, non ad instar corporalium dimensionum, sed suæ contendētiæ & ne redigantur in nihilum, ipsa sua dextera continētem. Sicut ergo corpus ratione suæ ponderositatis statim ad locum naturalē, vt in ipō quiescat, naturaliter deportatur: sic mens donec perfecte constringat illum q sua dignitate non potest nō appeti, per pondus amoris vsq; ad ipsius vnionem superius collata sine quiete vaga, sine refectione famelica mendicabit: quantumcunq; extraneis delitiis vel honoribus occupetur, tamen nullatenus satiatur, nisi illum cuius est imitatrix imago, ipsum per contactum amoris quē vnicum naturaliter appetit, fuerit assecuta: & nisi in signo iugis lętitiæ in ipsa se præsentem annunciet, mentis importuna tendentia non quiescit. Et hoc in Iohānis Euange. insinuatum habemus à diuino Petro præ cæteris amāte ardentius sic dicente: Viderat enim vbiq; inopiam, in ipso solo cui loquebatur præsentialiter perfectam quietem inueniens, dicit: Domine ad quem ibimus: ṽba vitæ æternæ habes. Dominum vocat, quia ipsum colit omni postposita creatura: potest enim appellare dominum, cum amor nō deriuetur ad aliud: sed conuertatur ad ipsum, à quo tanquam à fonte primordialiter emanauit, & sic dicit: Ad quem ibimus? Quare vero non esset recedendum ab eo, in persona amātium subdit efficacissimam rationem: Verba vitæ æternæ habes. Non verba oris exterius, sed mentis interius tuas distillationes multiplicas immittendo, quibus multo efficacius, quā per argumēta, vel creaturas, vel quęcunq; alia ṽba vitæ æternæ incognita gaudia tuis amatoribus manifestas, vt ipsa sentientes secūdum diuinum Apostolum, cætera omnia vt stercora reputēt, vt te lucrifaciant. Quarto respectu rationalium, cum naturaliter anima secundum suas potentias obiectis competentibus perfici desiderans, scz ad arduū verū

Iohan.6.

Philip.3.

&delectabile aspiret, se extendēdo superius: vt illi ineffabili vniatur, qui est summa maiestas, incommuta bilis veritas, indeficiens bonitas. De istis leuiter pertransco, qa de his inferius oportet determinare ꝑlixius: tamē ad præsens sic veram arduitatem increatam esse anima non reputet in eis, in quibus quātumcunq; aliis præexcellens arctioribus honoribus eleuetur, ipsam necesse est tam mentis quam corporis, vt sensibiliter comprobamus, mendicitati & subiectioni multiplici subiacere. Sed tunc solum mens in obtentu veræ arduitatis congaudet, quādo per intimā amoris vnionem tanta libertate perfruitur, quæ nō potest cognosci nisi ab illis qui ipsam experimentali notitia præsentiunt: vt diabolum non timeat, mortalem hominem nullatenus pertimescat: vt tumultus pœnæ æternæ nō sentiat, vt susceptionem mortis amplectendo gaudeat vt quia immediate per veram vnitiōem creatori proprio se subiecit, in omnibus liberam promissionem ipsius consequatur, dicentis: Si filius dei vos liberauit, vere liberi eritis. Tunc enim vere filius dei liberat, qui dexteram amoris ipsam extendendo porrigit, vt ipsi inhæreat, omni creatura supposita, nihil sub deo pœnale amanti in vnitiuis desideriis dominetur. Et hæc est ratio, quia in loco tuto per infixiōem amoris se firmiter collocauit. Nihil aliud timet extrinsecum, nec etiam ipsum in quo habitat, cum amor familiaris minas illius quem diligit, facit obliuisci. Vnde dicit ipsa veritas in Iohāne: Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis, in mundo autem pressuram habebitis. Tunc enim quando dominus menti loquitur, & seipsum per spiritalium influitionum colloquiorum præsentem denunciat, statim pax sequitur: quia spiritus est omni virtute radicitus liberatus, qui etiam altissimus mundanis pressuram habendam promittit: quia dignum est vt qui venerandissimę maiestati seipsum per veræ amorē non subiiciat, ab omni creatura misera cōculceť, vt omnis creatura suū vindicet creatorē illū

Iohan. 8.

Iohan. 16.

affictione

iectione multiplici conculcando, qui nolens ei per amorem subijci, dominum proprium derelinquens, adhærens vilitatibus alijs, quasi ille non esset verus deus, vilipendit. Vnde quanto inhæret per ardentiorem amorem intimius deo, intanto efficatius ab omni subiectione libera in regno proprio felicius iucundatur.

¶ Dicto, quod ibi est verus honor in amoris vniõe repositus, in quo est totius subiectionis priuatio, dicẽdũ, quomodo ratio in ipso inuenit veritatem. Sed qa p̃sentis speculationis est, ꝙ vera illuminatio ex amore relinquitur: ideo dicendum est, quõ voluntas in ipo & non in alio perfectissime satietur, cum ad ipsius pertigerit in p̃senti existens viatrix beatissimã vnionẽ: tñ sicut diffusius dicetur postea, cum mẽs in seipsa ignobiliori non quiescat, sibi cõsolatio vel delectatio terrena non sufficit: licet in ipsis quãdoꝗ contra sua naturalia lamentabiliter occupetur. Et hoc, qa omne delectabile si verum est, qetat desiderium siue tendentiã appetẽtis: sed omne terrenum quãtumcunꝗ suauius æstimari valeat, appetitũ relinqt famelicũ, nisi forsan ad horã totaliter famelicũ (alias inquietũ) vt apparet sensibiliter in omnibus: ergo in mũdanis oblectatiõibus nunq̃ appetitus tendentia conquiescit. Quidnam ergo mens p̃dicta faciet? Vnũ sibi solũ restat, vt ad ipsius p̃sentialem vnionẽ acceleret, quẽ solũ seipsa meliorẽ inuenit: q solus habet thesauꝝ iucũditatis in seipso abscõditum, quem cum quis per experimentalem notitiã inuenit, vadit & vendit omnia p̃ gaudio, & emit agrum illum. Ager enim dicitur amoris planicies vnitiui, in q̃ mens currit per ignita desideria pedibus affectionum fulcita. In quo thesaurus absconditus inuenitur, quãdo per amoris exercitia ille q est vera iucũditas, per spiritualem lętitiam vel xenium aliquod speciale præsens esse sensibiliter cõprobatur. Pro cuius amore adepto, mens hilariter cætera oĩa vilipẽdit, cum qs vel q̃lis sit ille quẽ diligit in affectu pceperit, cũ se supra se ad ipm directe extẽdit, dilecti dextera subleuat

Matth. 13.

 vtea

Psal. 83 vt ea quæ prius audierat, verius quã illa quę sensit
ter conspicit, manifestius comprobentur, non immeri
to propter hoc dicit sermo Dauidicus: Melior est dies
vna in atrijs tuis super milia. Quia dum per atria pla
niciei amoris mens aspirãdo percurrit celeriter, plus
sentit in vna die de mẽtali lætitia, quã in milibus die
rum valeat in vanarum rerum ineptis oblectatiõibus
experiri: & diem in atrijs nominat, quia mẽs dum nõ
per istã planiciẽ currit, sciat se multiplici abtenebrã
te caligine obfuscari. ¶Sequitur de obiecto ratiõali,

De obiecto rationali.

quod etiam veritas dicitur. Ista enim veritas rationa
li spiritui respondens, non in veritate creata conspici
tur: quia omnis veritas ã falsitate, ã deceptione, ab o
pinione est penitus elongata: & non ibi de veritate in
creata sit mentio: sed de creata hic loquitur, quia pro
pter hoc quod veritas ignoratur, ideo accõmodatur
falsitas, ideo sequitur deceptio, ideo multiplicatur opi
nio: & hoc est quia veritas occulta non potest cognos
ci, nisi in lumine desuper radiante, scz quo abscondi
ta diuina intelligimus, tanquam mediante lumine: si
cut materiali lumine dirigente visualem radium ad
obiectum, sensu exteriori corporali a sensibilia inde
ceptibiliter capiuntur. Si ergo lumen diuinum defici
at, iam creata veritas in mendacium conuertetur, nõ
propter defectum ipsius: sed propter vel remanentem
ipsius cæcutientis mentis obfuscationem, vel in se per
cipere intelligibilis veritatis radiũ non valentis. Cum
ergo secundum quod sensibiliter videmus, quasi om
nis veritas sit, maxime de diuinis (nisi illa quibus per
fidem acquiescimus) in dubitationem vel opinionem
conuersa, iam non pure per humanam doctrinam ve
ritatem rationalis apprehendit. Vt ergo inueniat ve
ritatem, ad amoris vnionem properet: & verius quã
corpus per materiale vinculum, vel artificiale glutinũ
vel incrustatum labore operationis industrij corpori
1. Timo. 6 alij coniungatur, mẽs per amoris osculum vnitur illi
qui (secũdum diuinum Apostolum) lucem habitat in
accessibilẽ

accessibilem: & tunc sibi dilectum suum filiali timore timenti, pariter & amanti promissio diuini prophetę Malachiæ consequetur, dicentis: Vobis timentibus deum orietur sol iustitiæ: tunc diuinam misericordiam supradictam misericorditer cõsequetur: Accedite ad eum & illuminamini. Cuius reddit in septimo diuinorum nominum Dionysius rationẽ (quia quando mẽs circa illa quæ sunt creatæ veritatis addiscenda immergit affectum, finaliter non vnitur illi vt suo splendore multiplici decoretur, qui facit solem suum oriri super bonos & malos) sic dicens: Quãdo mens ab omnibus aliis recedẽs, seipsam postea dimittens, vnita est superſplendẽtibus radiis profunda & imperscrutabili sapientia illuminata. Primo dicit vnita, quã inscrutabili sapientia illuminata: vt omni menti insinuet, quod non nisi mediante vnione amoris, mẽtem summo & inaccessibili caligantis, veritas quo ad profunda & inscrutabilia penitus cognoscatur. ❡Sequitur nunc de vltimo, scz de profectu mentis diligentis, pro amore dilecti ad maiora se extendere diligentis vel cupientis. Non enim sicut humani philosophi, qui illa q̃ capere poterant intellectu, fastu superbo inflati, attribuere contẽpserunt illi fontali principio, à quo in mẽtibus omnium rationabilium spirituũ omnis veritatis radius emanauit: sed econtrario inquantum sensibilibus mens maiori desiderio inardescit: quia verã sapiẽtiam mens edocta, scit se per sui merita quæ ipsa possidet, nullatenus posse obtinere, in gratiarum laudibus collatori se diffundit, vt in quãtum ab ipso ampliora recipit, in tanto se humiliorem in suis oculis reputãdo se abiiciat: vt non furti diuino iudicio arguatur, vt ea in quibus nihil habet, sibi tribuendo pr pri animi elatione inanescat. Ista igitur sunt duo brachia quibus mediantibus mentis sursum actio affectuum multiplicium recipit incrementum: quia ab vna parte seipsam disponendo præparat, ab alia parte diuinã influentiam ꝑuocando, ipsius dono gratuito ꝑuenire

Malac. 4
Psal. 33
Diony.
Matthę. 5.
Lucæ. 6
De ꝑfectu mẽtis deũ diligentis

ad maiora &copiosiora prēmia ꝓmeretur. In hoc em̄ quod ipsa quæ habet non sibi attribuit, sed omnia re- digit ad laudem omniū largitoris, concauitatem in se exarat contra seipsam verius propugnando: qua plu- uia diuinarum gratiaꝝ exuberās, montes &colles trā- siliens, locis se humilioribus infundit: vt quāto maio- ris humilitatis fuerit cōcauitas, intāto amplioris gra- tiæ susceptibilis habeatur. Et hoc, quia omnis creatu- ra inquātum suum recognoscit principium, seipsam annihilans: vt quę de nihilo creata est, intanto plus re- cognoscat magnificētiā creatoris, cum ipsi soli esse & omne bonū attribuat, iā non immerito dicitur; Deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiā. Aliud est brachium etiā à parte dextræ, quo iuuantur mētis de- sideria, vt ardētius solito mēs in ipsius exercitijs exer- ceatur: qa dum per amoris vnionē anima sentit quæ dei sunt, prorumpit in laudem ipsius multimodā: quę laus super omnia, exceptis amoris exercitijs, ad confe- rendū collaudāti maiora prouocat largientē. Vnde in persona taliter collaudātiū dicit b. Iohānes in Apoca. Benedictio &claritas &sapientia &gratiaꝝ actio, ho- nor, &virtus, &fortitudo deo nostro, in secula seculo- ꝝ. Vnde frequens beneficioꝝ recogitatio est quasi quę- dam tuba intonās in auribus dilecti, vt sibi ampliora condonētur. Ista enim beneficiorum diuinorum fre- quens meditatio stimulat spiritum, vt se totaliter dif- fundat in arctioribus obsequijs affluentissimi creato- ris. Vnde Dauid in ꝑsona talium dicit: In meditatiōe mea exardescet ignis. Quia dum diuina beneficia me- ditando recogitat, intm̄ ad amplectendū maiora pro amore conferentis animus inardescit.

Iohan. 4
1. Petri. 4
Apoc. 7
Psal. 38

¶Octo industriæ, quibus anima ad acquirendā cō- seruandamq; vnitiuam sapiētiam sagaciter edocetur.

Dicto de his ꝓpterq̄ vnitiua debet ab omi ratio- nali spiritu cōcupisci, &per cōsequēs illa in qui- bus ipsa sapiētia determinata diffusius cōtinet ꝓsentis intētiōis est vt ingram᷒, quō vnitiua &mystica

sapientia

sapiētia valeat obtineri, tria principaliter in hoc ope ostendentes. Primo de ipsa sapiētia in generali, scdm ꝙ alternatim duplex intellectus in scripturis theorice describitur. Scdo de mystica theologia, ꝗtū ad sui ꝑpa rationē, id est, de remouēdis obstaculis, vt prius inuia insequenti planissima habeatur. Tertio de vnitiua sa piētia in seipsa cōsiderata. ❡Dicto, ꝙ rationalis spūs nisi summo bōno inhæreat, nō potest in alio aliq̄ qeta ri, dicēdū est de industrijs ꝑ q̄s amor ardētius incitať & iuuatur vnitiuū desideriū ad hoc, ꝙ dilectus ipm eri gēdo, oculo respiciat pietatis: & hoc per hoc q̄d dicitur post: Inspectrix diuinæ sapiētiæ. Ad q̄d notādū cū bo na assuefactio sit hominis ardui possessi initiale prin cipiū, tria ibi de necessitate concurrūt ad hoc ꝙ ꝑfecte respiciatur diuinitus: & vnitionē desideratissimā cōse q̄tur: q̄ꝝ vnū est in mēte interius, scdm à corpore, ter tiū à loco, q̄rtū à tēpore. Primo eīn sicut videmus, qñ sol fulget in ꝟtute sua in meridie, reuerberanť oculi à solaribus radijs, & etiā obfuscātur: necesse est ad hoc ꝙ fontē solis directe aspiciat, vti q̄dā ordine. Primo vicz claꝝ aliquid respicere, vel etiā ipsum solē in ortu cō surgentis auroræ. Deinde ipsum circa horā tertiā, po stea per assuefactionē ipsum poterit in meridie vide re: Sic mēs postq̄ iam omnia terrena dimisit, postq̄ eti am à gaudijs mūdanis se penitus sequestrauit: tamen est inuoluta multiplici obtenebrante caligine: quę ad huc non permittit ferri expeditis motibus in obiectū. Sibi ergo necessaria est industria, qa nemo repente fit summus: vt siue habeat deuotionē siue nō, siue sentiat se calidū siue frigidū tñ (postea ꝓlixus diceť) pulset ad ostiū diuinę bonitatis affluētissimā misericordiā obse crādo, vt illū dilectū per amorē ꝯstuātē sentiat, q ipm creauit ad suā imaginē, sibi soli amoris obseqa impē dēda. Nō ergo à suo ꝓposito ꝓprio desistat, sed tm̄ pul set scdm suę ꝓuitatis modulū, donec ꝑ qetē amoris vo cē dilecti suauius audiat cōsolantē: Ecce ego ipse sum. Et hoc est q̄d dicit b. Dionysius in diuinis nominibus.

Octo industriæ. qbus vnitiua sapiētia possit obtineri.

Prima industria.

Bernard?

Iohan. 3.

Secunda industria

¶Secunda industria est, vt cum in principio multũ elongatum ab ardore vnitiui amoris se sentiat ꝑ quẽ debet dilecto coniugi, quia hoc est supra mortalis hominis facultatẽ, ꝙd misera & distãs conditio tãti amoris vnionem appetat: necesse est vt illos qui in epithalamio cum ipso lætãtur in gloria se totis viribus & visceribus adorãdo incliner: vt per ipsorum supplicationem qui non iam ipsum amant solum, sed ardent totaliter in ipso, scintillam ardoris existẽs in miseria recipere mereatur, non ardorem ipsorum desiderãs: sed de micis quæ cadunt de mẽsa domini sui, ad instar catuli desideret satiari, secundum Psalmistæ consilium dicentis: Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxiliũ mihi. Et in Iob suadetur: Ad aliquem sanctorum conuertere: Quia licet (tanquam regales consortes) omnes mẽtes angelicę & sancti excellentiores, sint attentione præcipua exorandæ, tamen vnum specialẽ habeat cui præcipuum impendat obsequium: vt cum semper non possit ad diuina intendere, ille suos defectus impleat, qui in cœlesti gloria ipsius semper astat aspectibus, qu i videt eum reuelata facie, quem ipse laudat incessanti iubilo, huius per suffragia amorem consequi desiderans, qui quantum est de se, vix est dignus ad plantam pedis sui dilecti osculum eleuare. Sed qa ibi dictum est, quod mentes angelicæ & sancti beati in gloria pręcipue sunt deprecandi, cum illa felix ciuitas ex hominibus constet & angelis, ipsos angelos reuereri non negligat: sed vocem audiat Raphaelis loquẽtis pro Tobia adhuc caliganti & dicentis: Ego obtuli orationem tuam domino, hoc sibi dicens in persona animæ ascendere cupiẽtis. Hi sunt enim expeditissimi paranymphi, qui mentium pias affectiones dilecto offerunt, vt suis miserationibus de sua naturali bonitate impermutabiliter inclusis defectum supplere debean Hi sunt qui nobis tot insignia impendunt obsequia, ꝙ nostræ beatissimæ redemptionis in incarnatione verbi mediatores pacifici extiterũt, ꝗ nobis pacẽ de cœlo

Sancti inuocãdi

Psal. 120

Iob. 5.

2. Cori. 3

Tobi. 12

reddidã

reddita n nunciauerunt, creatoris & creaturæ iam pace reformata, per vitæ principem dominum nostrum Iesum Christum, ipsum pro nobis collaudando, gratias agẽdo solẽniter, beata gaudia humano generi reddendo siue nunciãdo, iucundi nuncij affuerũt. Suum angelum à diuina bonitate, à sua primordiali origine ad sui custodiam deputatum quisq; reuereatur depcãdo attentius: vt ipse pauper attingere valeat pamorem illum, in cuius amplexib9 ipse absorptus luce inaccessibili felici beatitudine iucundatur, vt audire valeat istud quod Danieli in persona animę diligentis dicitur ab eodem: Quia vir desideriorum es tu. Quid enim poterimus illi beatissimo conductori & consolatori nostro respondere, qui tam dulciter admonet, vt creatori suo perfecte etiã anima inhæreat: si in charitate debilis, si abscisa per peccatum est ab ipso, quod ad fontem vitæ mortua iam anima reuertatur: q mẽtem perfectam tot splendoribus, ea quæ ipse percipit ipsi obijciens, multis modis irradiat, suis excitationibus accẽdit, suo cõsortio magna lętitia reficit: & maxime cum secũdum suam paruitatem mens facta est cõformior, cum idem sapere desiderat, in quo ille totaliter absorbetur. Tunc enim facilis est transitus, vt mẽs ea quæ sibi angelus obijcit recipiat, quãdo non tãtum in natura, sed etiam in gratia est proportionabilis cõuenientia, quando est eiusdem amoris affinitas, licet vnus minus alio radicetur. Et sicut est impossibile arenã maris & stellas cœli ab homine numerari: sic sunt ipsius circa nos beneficia infinita. Ipse enim est orantibus assistens, euntibus concomitas, dormientes protegens & defendens. ¶ Tertia industria est in mõ quo ad corpus, quantum ad orantes in vnitiuis desiderijs existendi. Et cum modum multiplicem orandi nobis expressum in sacra pagina videamus, primus in Mose qui erectus in corpore manus extentas ad cœlum erigebat. Secundus Salomonis, qui flexis genibus faciem suam versam ad terram, manus ad cœlum erigebat.

Danie.9.

Tertia industria.

Exodi.17.

2.Para.6

Tertius est in nouo testamēto in beata Magdalena, q̄ ꝓstrata ad terrā in facie beatos pedes benigni redēptoris lachrymis rigauit. Quartus in sedēdo, quē habemꝰ ab ipsa quoq; Maria Magdalena, dum sedebat ad pedes domini, in silentio plus orās interius in desiderio cordis, quā labijs oris exterius. Quintus est a domino Iesu Christo, q patrem, vt ab eo calix passionis (si possibile esset) transiret, orauit. Sextus in cruce, qñ manibus extentis erectus corpore patri spiritū cōmendauit. Septimus ab Apostolis processit dñ Iesum ad patrē ascēdentē desiderio reuertendi ad ipsos in corpore erectu facie ꝟsa ad cœlū orabāt interius. Cū ergo scd̄m diuersas actiões diuersus modus reperiat orātibꝰ opportunꝰ, tñ in ista spēcialiter nēcesse est, ꝙ corpus totaliter sit erectū, & facies ꝟsa ad cœlū superius: qa scd̄m dispositionē actionis spiritui respondentē formatur. Vnde si mens qñ se extendit in ardore motuū vnionē dilecti desiderans, faciē versus terrā inclinaret, impediretur actualis tendentia, vel in parte maxima cassaretur: cū ip̄m desiderando appetat, q est supra ip̄m ineffabiliter collocatus, scd̄m beatū Dionysiū sibi in Mystica Theologia desiderata gaudia promittendo dicētē: Sursum ageris ad illum, q est supra omnē substantiā & cognitionem. Vnde vel corpore totaliter erectus stando, vel genibus flexis, necesse est mētem ꝑ motus anagogicos consurgere ratiōe cōuenientiæ, sicut dictum est. Scd̄m etiam quod videmus in illis, q de aliqua materia cogitāt sublimius & subtilius se profundādo: vel etiam in his q loquuntur de arduis, necessaria est corporis dispositio: vt semper actioni interiori respōdeat: vt sempꝫ se interioribus q̄d est exterius cōfiguret: tamē in meditādo vel flendo ꝓ peccatis potest ibi esse alia dispositio corporalis, vt ad similitudinem publicāi terram respiciat inferius, q suum benignū redemptorem contra se ad iracundiā prouocauit. Et similiter scd̄m alia spiritualia exercitia meditando vel cogitando, potest esse dispō alia & alia. Talis etiam in anagogica actione necessa-

Marginal notes: Lucę.7. Lucę.10. Iohan.11. Matth.26. Lucę.23. Actu.1.4 Diony. Lucæ.18

necessaria est dispositio, q̃ dicta est superius: quia cum ardendo afficitur vnionẽ desiderãs, loquitur ad eũ sic attente, & veluti si eũ videret facie ad faciẽ. Cum ergo licet sit vbiq;, tñ vt est in cœlo, dirigat amãtis eloquiũ. Cumq; ergo loquitur ad eum quẽ in cœlis adorat, superius est necesse faciem conuertere, cum ibi eum desiderando prouocet in ipsum totaliter transformari.

¶Dicto de industria, q̃ est in dispositiõe corporis, ad hoc vt citius respiciatur ab illo cui solum placere concupiscit, dicendum est de quarta industria quæ est ratiõe temporis. Sicut em̃ videmus in necessitudine corporis, q̃d esca sibi competens semel vel bis in die tempore suo proponatur: sic anima quæ in amore viuere desiderat, hora debita & tempore debito vel congruo lumbos suos accingendo se præparet, & tempus orationi constituat: vt mens pane viuo in tali amore refecta quotidiano conuiuio nõ priuetur, cum multo nobilius, multo suauius ab amante istud inueniatur conuiuium, quàm in pastu corporis carnis refectio sentiatur. Non enim dignum est, vt domina melliflui amoris prandij languescat inedia, & garrulæ famulæ debita hora & tẽpore opportuno carnale desideriũ impleatur, & quod talis sit temporis opportunitas, manifestum est. Quia sicut ex frequenti bene agere relinquitur habitus in anima, sic cum mens elegerit tempus orationi maxime de nocte specialiter deputatum, secundum illud Dauidicum: Et nox illuminatio mea in delitijs meis, quædam affabilis complacentia in mente remanet: vt semper suum exercitium illa hora impleat, in qua se ad deum dirigere consueuit: & si etiam quandoq; distat, vt non in hora assueta propter aliquod aliud impedimentum mens se in oratione non extendat, à seipsa arguitur: & non modicum quãdoq; affligitur, si pro causa minus honesta remaneat, q̃a iã hora pertrãsijt, in q̃ mens dilecto adhærere consueuerat, sibi firmã amoris refectionẽ ministrãti, & spiritualis lętitię odorifera pocula ꝓpinanti.

Quarta industria

Psal. 138

Si autem

Si autem de hora competenti sit quæstio, quã mens diuinis laudibus se extendat, audi dominum p prophetam loquentem: In die mandauit dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius. Quod maxime dicitur, quia tunc minus videtur ab hominibus, & tunc quasi omnia silent tumultuantia. Ideo maxime, quia dormit populus Christianus, cuius ratione charitatis causam debet assumere, non tantum affinium, sed omniũ filiorum baptismatis: vt ipse tũc vigilet suis visscerosis orationibus protegendo, vt leo circuiens quærens quem deuoret, in ipsis non prævaleat, quos pater omnium viuentium imagini filij sui cõformauit: tũc enim in amplexum domini sui inardescit consurgere stet puigil custos qui de nocte, pro quibus dominus suus seipsum patri immolauit hostiam viuentem.

Psal. 41 · *1. Petri. 5* · *Gen. 1* · *Rom. 12*

Quinta industria

¶Quinta industria est ratione loci. Cum enim antiquus hostis & seductor per pium laboris initium & per alios effectus videat, quod mens a suo dominio totaliter volens recedere, aspirãs ad regnum multo nobilius, sub alis dilecti desiderans protegi, ad eius dominium se transfert: eius felicitati inuidẽs, tentãdo circuit, vt quem sub specie apertæ malitiæ non potest decipere, sub specie boni suspirantem ad alia miserabiliter decipiat, sic ei obijciens: Veritas in Euangelio suos discipulos ammonet: Luceant opera vestra bona coram hominibus, vt glorificẽt patrem vestrum qui in cœlis est: tu ergo debes in loco publico & aperto orationi insistere: vt alij simpliciores per tuum exemplũ manuductiue superius attrahantur iustitia & sanctitate: nõ solum tuum profectum desideres, sed per te multitudo non modica ad consimile tibi spirituale exercitium multo plus exẽplo vitæ q̃ doctrinę verbo eminẽtius prouocentur. Ideo locus occultus regratur, vt ex illo per quod consequi debet vnitiui amoris gloriam, per omissionem circumstantiæ non incidat in ruinã non tãtum propriam sententiam, sed creatoris sui audiat in Euãgelio fideliter edocentẽ: Cum oraueris in [illegible] tra in

Matth. 5. · *Matth. 6.*

re in cubiculum tuum: & clauso ostio ora patrem tu= um qui est in coelis. Quia licet per modicum temporis ab hoste maligno orans in publico pacifice relinqua= tur, vt ipsius prædicta ammonitio in corde orantis ra dicetur amabilius: tamen postea timeat ne orationem suam ponat in ore hominum, & tanquam meliorem se alijs reputans vel sanctum preiudicans, sic interius inanescat, vt sibi dicatur à domino: Tu vero odisti dis ciplinam meam, Euangelij consilium non tenendo: & proiecisti sermones meos retrorsum, scz multiplici um consolatiõum attente orantium, quibus solis de= us in mente tanquam ipsis loquẽs se præsentem annũ= ciat: vt vnde consurgendo superius collatori respon= dere debuerat, p gratiarũ actiões multimodas pro be= neficio nõ suis meritis sed gratis exhibito, retrorsum proijciat se ad fauorem humanum in laude hominũ prosternendo. Et licet hæc indigentia (alias diligẽtia) ppter instantias & multimoda pericula attẽte ab om= nibus obseruari debeat: tamen nouus amans de no= stro consurgere cupiens cum magna cautela custodiat cum adhuc habeat arundineum amorem: quia multo plus siue maius periculum immineret ei quã illi, qui in duello spirituali diutius se exercens tanquam cly= peo amoris iam protectus, iam apertis oculis cognos= cens machinationes hostiles, veluti expertus miles de inimico persecutore nouit sagacius triumphare: quia tunc securius potest se alijs ostendere, qui põdere amo ris cor suum interius in domino protectore benigno non sine multis laboribus collocauit. ¶ Dicto de quinta industria; qua diuinam anima inspectionem occasionabiliter promeretur, dicendum est de alia q̃ est ex multiplicatiõe spiritualium ferculorum. Quia secundum quod videmus in materiali refectione ani= malium corporum, si aliquid cæteris magis delectabi le ad vescendum continue proponatur, cum ex eius= dẽ cõtinua & diuturniori replicatione gust⁹ sensibilis fatiget, nouorũ aliorũ refectionẽ appetẽs (licet primũ suauius

Psalm. 40.

Sexta in= dustria.

suauius quãtum in se est ab omnibus iudicetur) & qñ plus recentium epularũ superuenerit copiosior multitudo, satiabilius q̃ in vno reficitur, & plus interius ingeruntur: Sic mens si horã q̃ sibi ad diuina colloquia dedicauit, totaliter in extensiuis motibus aspirans ad spõsi vnionẽ expenderet, ꝓpter corporis fatigationẽ non sustineret spiritus: cũ sicut dictũ est, ex amoris importuna tendentia nõ modica afflictio maxime capiti & pectori, in quibus amplius spũs radicatur, & ꝑ consequẽs mẽbris aliis corporis ingeratur. Ideo epulas recẽtes sibi multiplicet, & maxime circa tria. Vnum pcipuum & pclarũ, & duo alia adiacẽtia comitẽtur. Principale sit deuotissima oratio & castissima affectio, q̃ sponso ꝓpter seipm vniri desiderat. Sed ad hoc pricipiũ maxime incipiẽtibus fit cogitatio de passione dominica necessaria, quõ ꝓ pctis nostris radicitus extirpandis rex

Philip. 2. gloriæ seipm obtulit intm ꝓ nobis deo patri obediẽs, vt morte crudelissima dãnaretur: ita vt a planta pedis

Isaiæ. 1. vsq; ad vticẽ nõ fuerit in eo sanitas, & nõ esset pars q̃ nõ sanguine sacratissimo respersa vniuersis aspiciẽtibus appareret. Vnde cogitatio de hũnitate ẽ ad ingrediendũ ad diuinitatẽ amoris interius latitantẽ ianua

Iohan. 19. Et in signũ istius latus suũ sacratissimũ ferro lãceę aperiri voluit, vt nõ nisi ꝑ plagas illius mẽs in diuinitatis intimis radicet: qa scdm q̃ dicet alibi, cogitatio de passiõe dñi & refectio in eadẽ dignitati nõ sufficit animæ: sed solũ ille q carnis velamine seipm ab hũanis aspe-

1. Petri. 4 ctibus abscõdebat. Ideo diuinus Petrus Apost. ammonet oẽm aĩm supra se cõsurgere aspirãtẽ: Christo, inquit, semel in carne passo, & vos eadẽ cogitatiõe armamini: qa multũ diuinitati beatissimæ appropinquat, q hũanitati ipsi vnitæ ꝑ cõpassionẽ imitatricẽ passiõis ꝑ tractãdo tã ꝑtiosa vulnera interius cõformatur. Qđ tũc sine aliq retinaculo cogitationũ de carnis passiõe poterit dimittere, qa iã finẽ in parte assecutus solũ in ipo intimius desiderat radicari, ꝓ cuius obtẽtu de plagis ostiariis cogitabat. Istud ẽ exercitiũ pricipiũ spẽale.

¶De septi-

¶De septima subsequẽte industria, scz q̃ nõ modicũ diuinã misericordiã siue respectionẽ misericorditer ꝓuocabit, hoc est aliorũ pctõrũ expositorum hostibus, in pctis obdormitorũ & cæcatorum, in fecibus, in delitijs mortuis mortuorũq; cõpassio. In hoc em̃ apparet filialis & amorosa dilectio. qñ illis cõpatiendo q ad patris sui imaginẽ creati sunt: vt illũ imitãtes in vita, regnẽt sancti in gloria: videat sic miserabiliter alios laceratos, & alios sic excæcatos recognoscat, vt vix vnicus maxime de adultis inter centũ inueniri valeat, q illũ videre in gloria mereatur, in quẽ desiderãt angeli ꝓspicere: cũ illud decretũ obstupescendũ Christus ediderit: Qui mihi ministrat me sequatur. Quia cuicunq; viuens homo sedulũ famulatũ pstiterit, siue altissimo in bonis operib⁹, siue diabolo in pctis, iusto dei iuditio post recessum animę à corpore illius gloriosis vł miserabilibus agminibus cõiungetur, cuius cõplebat dũ viueret voluntatẽ. Si ergo materiali gladio videã aliquẽ corporaliter iugulari vel pforari, vel cuiusquã potẽtioris pedibus suffocari, naturali affectu miseriæ ipius cõpatior: quõ ergo mẽs se dicat patrẽ habere ratiõali ũ spirituũ, cũ tot filios sua insignitos imagine videat crudelissimorũ hostiũ pedibus suffocari, & illuc eos introducere, vbi oẽs guttæ aquarũ & folia arborũ citius certo numero redderẽt, q̃ desisterẽt lamẽtabiliter clamare illa ỽba q̃ dñs p Iob ỽũ diuinũ pdixerat: Pereat dies in q̃ natus sum: & nox in q̃ dictũ est, cõceptus ẽ homo: & post immediate: Cur acceptus genib⁹, cur lactatus vberibus, cur egressus de vtero non statim perij? Rationẽ huius rei duplicẽ reddit sibi diuinus ꝓpheta Isaias: Prima erit ex miserabili cruciatu, in q corpus & anima q̃ diu deus erit in gloria insimul punientur quia pariter deliquerunt, vnde dicit: Vermis eorũ non morietur, & ignis eorum non extinguetur: quia vermis est remorsus cõscientiæ q pœnã doloris sensibilẽ ỽ pœnã damni incurrere meruit inæternũ, dolens de ꝑpetratis in seculo quæ iã non ꝑsunt, sed singulariter dolorem

Septima industria

1. Petri. 1

Iohan. 12

Iob. 3.

Isaiæ. 66.

Sapien.5 dolorem incutiunt, secundum quod de talibus liber Sapientiæ cõtestatur: Quid nobis profuit superbia? Sed & pœnam damni comminatur altissimus per Isaiam prophetam dicens: Tollatur impius ne videat gloriam dei. Et bene ipsum vocat impium, quia solus amor mentem in propria pietate facit vitam deducere, qua verus cultus creatori proprie exhibetur. Digno ergo dei iudicio à beatissima fruitione illius separando tollitur, q dum vixit in corpore non sic se præparãdo disposuit, vt bonitati increati amoris vinculo iungeretur. Tunc enim vere tollitur, quando morando moriens in tenebris, à felici visione diuinæ pulchritudinis peccatis suis exigẽtibus separatur. Et hoc est q̃d seqtur, ne videat gloriã dei. Qui vita brutali vixit in terris, nõ esset iustum iuditium quod vita angelica in cognitione veritatis æternæ, & amore beatitudinis increatæ in quibus consistit gloria, in cœlis iubilans perfruatur. Quomodo ergo iam hilaris apparebit, q tot filios benignissimi patris sui videt in tam inæstimaris doloribus cruciari? Ideo dicebat diuinus Apostolus, solicitus non pro vna tantum sed pro omni congregatione fidelium: Quis enim infirmatur, & ego nõ infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Quia membrum viuum & efficax & vnitum Christo capiti non videtur, qui dolores commembrorum suorum & eorundem vulnera insanabilia non persentit.

2.Cori.11

Hac ergo diuina industria homo non modicum cœlestem ad se inclinat clementiam, vt sapientia oriens ex alto inferius perfundatur: qui ad hoc totis visceribus tam obsecrationibus ac pijs affectionibus compassionis liniris, q̃ verbis ignitis in prædicatione ad populũ atq; adeo in omnibus laborat attẽtius, vt diuina maiestas immissione sapientiæ & doctrinæ vel fidei sic misericorditer inclinetur, vt omnis creatura pro q̃ princeps gloriæ in terris dignatus est apparere, quæcunq; sit ab oriente in occidentem, ab aquilone in septẽtrionem, Christianus, Iudæus vel gentilis, sic ad veram cognitio-

Lucæ.1

Baruch.3

cognitionem veritatis pertingat, vt illius felici cõsortio non priuetur, qui non pro vno tãtum, sed pro omnibus seipsum in ara crucis impreciabile precium cõdonauit, & illius beata visione non careat, ad quã solum contemplandũ & amandum creata est: vt & mẽs patrem benignum dominum Iesum Christum sectari desiderans, supportet pijs orationibus, attentis & accensis peccata omnium viuẽtium: vt illi conformetur, qui ouem perditã in ouile claritatis æternæ portans in proprijs humeris patri suo restaurauit. Non enim diuinus propheta Ieremias fuit tanquam membrum mortuum, sed viuum & efficax: qui videns populum suum à rege nequissimo tã attrociter suffocari, dicebat: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum: & plorabo super interfectos populi mei die ac nocte? Nabuchodonosor enim diabolum, Babylon confusionem tartareã, Ieremias animam deo vnitam proprijssime signat. Sicut enim Moses qui solus vir fuit, licet esset mitis in gente sua, & cęteris mansuetior appareret: manus suas leuãs ad cœlum, orationis ignitæ clypeo & hastæ amoris fortitudinis extenta vsq; ad cœlum deum exercituum attingẽte promeruit vt virtute ipsius Israel populus Amalech superaret. Sic etiam eiusdem virtute amoris quo deo erat vnitus eundem populum sic protexit, vt dominus ei diceret: Dimitte me, vt populum istum deleam, quia sic dominum affectuosæ orationis vinculo ligauerat, ne populo Israeli pœna condigna criminibus inferretur. Si enim duo principis alicuius negotiatores famulantes existerent, & alter illorum semper circa commodum proprium negotiaretur attentius, alter vero vtilitatem totius familiæ domini sui se effundẽs solicite procuraret: citius à domini sui largitate potiora beneficia acciperet, quàm ille qui de singulari profectu pijs circa afflictos carẽs visceribus seruili fidelitate lucra spiritualia procurauit. Ista duo tanquam duo concomitantia iucunda mentis desiderantis

1 Petr.4.

Lucæ.15

Iere.9

Nume.12

Exod.17.

Ibidem

Exod.32

rantis tendentiam adiuuant, vt à suo desiderio & tendentiæ termino non fraudetur. Primum ergo & præcipuum præcedit, vt dictum est, scilicet affici circa passiõem & plagas redemptoris, per quæ ad perfectam inhærentiam subintramus, cum sæpe iam cessat maxie in quibusdam, quando mens ipsa in diuinitate fine impediente obstaculo via iam aperta per exarationem superiorum ardẽtium potest dilecto solito perfectius adhærere. Sed ista quæ est de compassione proximi respectus diuini prouocatrix compassio nunquã cessat, imo mens quanto ardentius afficitur, tanto ipm orat attentius: vt ipse miserorum visceribus vulneratis salubrem misericordiæ & pietatis adhibeat medicinam vt in consumata iustitia existẽs dicat cum beato Iob: Semper creuit mecũ miseratio, & ab vtero egressa est mecum. Tunc enim semper crescit miseratio, quando mens non ꝓpriis affectionibus spirituali iucunditati attendit continue, sed infelicium miseriæ condescendit. Tunc ab vtero secum egreditur ab illo instanti, scilicet quando ab emanatione fœcũditatis diuinæ vitalem amorem mens recipit, quo primitus natus diuĩo conspectui & virtutibus angelicis apparuit, ad ipso ꝑ vitam consimilem transformatus. ¶ Octaua industria esse in sapiẽtia anagogica dinoscit ab ipsius amatoribus totis visceribus amplectenda: quia si omne cõfusum & inordinatum eo ipso corruptibile & instabile iudicatur, similiter econuerso, omne ordinatum stabile & suæ ordinationis decentia iudicabitur stabiliũ. Idcirco discipulis veritatis est cum diuturniori exercitio sagaciter laborandum, vt suas orationes vel psalmos, vel hymnos vel quodcunq; aliud dixerint, vt stabiliant in se numerum dicendorum. Item quid primo, quid secundo, quid tertio (nisi fraterna charitate vel necessitate aliqua vel obediẽtia maiorum aliquantulum retardẽtur) semper id & eo modo quo decreuerint, studeant adimplere: quia ex isto felici exercitio relinquitur quædam habilitatio in mente, de

Iob. 31.

Octaua industria

quo

quo sæpe animus non modicum cõtristatur, si aliqua negligentia vel inertia consuetum exercitium derelinquatur: imo q̃d in pricipio ipsius exercitij spiritualis laboriosum videbatur spiritui, postmodum quasi ysum in consuetudinem suo decore alliciat, vt iam frigiditas versa in calorem, tarditas in velocitatem, maxime quia amore vnitiuo trahitur, experimento infallibili comprobetur. Vnde in Canticis petit sponsa trahi dicens: Trahe me post te, & statim subditur: In odorem curremus vnguentorum tuorum. Quia ex quo amor attractiuus & sursum actiuus in supremum affectus ipsam inflammando immititur, ipsam spõsam in sui dilecti sinum desiderãtissimum collocãdo: iam mira agilitate currere incipit, vt quotienscunq; voluerit, vnitiui amoris desiderio veluti quodam ardore sibi sparso diuinitus in ipsum ardentissime se extendat.

Cant. 1

¶De scientia vnitiua anagogica & occulta.

Dicto de persuasionibus & industrijs, quibus mens super intellectum ad percipiendam sapientiam vnitiuam attingit, subditur ipsa sapientia à deo immediate edocta, à magistro hierarcha Paulo apostolo tradita, à DIONYSIO areopagita stilo anagogico & occulto conscripta, ipsam ad Timotheum veritatis discipulum destinante, & sic dicente: Tu autem Timothee amice circa mysticas visiones forti contritione sensus derelinque, & intellectuales operationes, & omnia sensibilia & intelligibilia, & omnia existentia & non existentia: & sicut est possibile ignote cõsurge ad eius vnionem, qui est super omnem substantiam & cognitionem: etenim excessu tuiipsius ab omni irretibili & absoluto munde ad supersubstantialem diuinarum tenebrarum radium sursum ageris, Videas autem vt nullus

indoctorum ista audiat,&c. In hoc Pauli apostoli [illegible]
mini & discipuli sapientia suprema includitur & culs
men totius perfectionis,vt possibile est in via,& tota
profunditas librorum Dionysij areopagitæ, quo per
fecte cognito, quicquid est super intellectum in libris
Dionysij leuius omni æstimatione efficitur. Vnde ista
consurrectio quæ per ignorātiam dicitur, nihil aliud
est nisi immediate moueri per ardorē amoris sine om
ni creaturæ speculo absq; præuia cogitatiōe: sine eti
am motu intelligentiæ concomitante,vt solus affect⁹
tangat,& in ipso actuali exercitio nihil cognoscat spe
culatiua cognitio:& iste est oculus quo spōsus in cans
ticis à sponsa dicitur vulnerari. Quod & vnum esse pa
Cant. 1 hibetur ipsius testimonio dicentis: Vulnerasti cor me
um soror mea sponsa in vno oculorum tuorum. Vns
de cum sit triplex cognitio. Vna videlicet quæ per spes
culum creaturarum sensibilium respicit,quę docetur
à Richardo de S.Victore in arca mystica: vbi p 42.con
sideratiōes olim in populo Israelitico ab Aegypto ad
terram promissionis veniente expressissimę figuratas
docet peruenire:& per sex gradus ascenderē ad omni
um creatorem. Alia est quę intelligentiæ exercitio per
immissionem spiritualium radiorum docet primam
causam per effectum cognoscere, & in oē exemplatū
per considerationem exemplaris ad veritatem immu
tabilem peruenire, de qua doctor egregius Augu. in li
bro de magisterio & vera religione intelligenti facit nō
modicam mentionem. Alia est istis multo excellenti
or per amorem ardentissimum vnitiuum, quæ actuas
liter sine omni medio aīm disponēte ardentissimę fa
cit in dilectum immediate suis extensionibus actiuis
sursum consurgere: quæ mystica theologia tradita i[illegible]
apice affectiuæ consurgit: quæ consurrectio ignora[illegible]
vel per ignorantiam dicitur, vt remoto omnis imagi
nationis, rationis, intellectus vel intelligentiæ exerci
tio per vnitionem ardentissimi amoris id sentiat in
p̄senti, quod intelligentia capere non sufficit: imo q̄d
potius

potius est omnis speculatiua cogniti o totaliter igno-
rat: quod in quanto Seraphim nobiliores sunt Cheru
bim, inquantum amor verus omni habitu ab origine
primordiali indito vel gratis dato vel gratum facien-
te perfectior, inquantum potentia motiua potētia co
gnitiua excellentior: intantum cognitio per amorem
vnitiuum, quantum ad diuinorum secretissima pene
tranda, omni cognitiua apprehēsione præclarior est.
Vnde & hæc à beato Dion. incomparabiliter omnes
alias excedens diffinitur sic: Sapientia est dei diuinissi
ma cognitio per ignorantiam cognita: & nō tantum
præclarior, imo etiam est vniuersalior & vtilior aliis
scientiis cognitionibus & apprehensionibus: quæ nō
tantum affectum supra se erigit, & amore extatico p-
fecte vnit sponso altissimo creaturam, sed insuper in-
tantum eleuat intellectū, vt multo plus omni pruden
tia & cognitione diuinis fulgoribus illustretur, quàm
aliquo ingenii exercitio valeat obtineri. Vnde de ista
dicit beatus Dion. in 8 de diuinis nominibus. Hāc igi
tur irrationabilem & amentem & stultam sapientiā
excedentem laudantes dicimus, quod est omnis men
tis & rationis & omnis sapientiæ & prudentiæ causa.
Ab ipsa est omne consilium, ab ipsa etiam est omis co
gnitio & prudentia, & in ipsa sunt omnes thesauri sa-
pientiæ & scientiæ absconditi. Vbi per sapiētiam & co
gnitionem completa vtriusque potentiæ perfectio de-
notatur. Ipsam enim vocat irrationabilem, quia nec
ipsam ratio apprehendit, nec ratione inuestigādo vti
tur. Amentem etiam vocat. i. sine mente vel sine intel-
lectu, quia nec ipsa ī suo exercitio vtitur intellectu, qa
vsque ad tam summam cognitionem ipse intellectus p-
uenire nō sufficit. Stultā etiā vocat qa sine vsu oīmodę
intelligentiæ in affectu ista sapientia consurgit, q̄ nul
la intelligentia penitus apprehendit. In vbis em̄ ppo-
sitis à Dio. pfecte traditur hæc sapīa. Subdit em̄ primo
qd sit amouēdū, scđo quō cōsurgendū. Et cū in ista cō-
surrectione aīa sit in statu duplici. s. vt pficiens, & vt p-
 fecta:

fecta: primo subditur quid remouēdum in primo statu, ibi: Sensus derelinque. Secundo consurrectio, quādo dicitur: consurge ignote, vsq; ibi: etenim excessus tui ipsius, &c. Mysticas enim visiones appellat ipse Dionysius in tota philosophia sua quae transcendit omes mentis considerationes, quādo intellectiua cognoscit ex ipso affectu praecedente nec econtrario. Et ista est verissima & certissima cognitio ab omi errore & opinione & fantastica deceptione penitus elongata. Vnde & haec quae dicta sunt & quae dicentur, siue in theorica siue in practica huius sapientiae, quae affectiuae directionem respiciunt, sine dubitatione & opiniōe coram totius mundi philosophis & doctoribus irrefragabiliter affirmantur: & ideo cognitio mystica vocat .i. occulta: tum quia pauci ad ipsam recipiendam se disponunt, tum quia occulte cōsistit in corde, vt nec stylo nec verbo ad plenum valeat erudiri & enodari. In ista mystica cognitione vbi affectus dominatur, iubetur & sensus & intellectus radicitus derelinqui. Primo a parte ipsarum virium apprehēdentiū, vbi dicit: Sensus & intellectuales operationes. Secundo a parte ipsorum obiectorum, scilicet sensibilium & intelligibiliū cum dicit: Sēsibilia & intelligibilia. Sed ne absurdum illud videatur sensus debere derelinqui, subditur ratio: quia ista sapientia non est sicut alia scientia, quae est ex praeexistenti sensibilium cognitione: sed est potius desuper secundum regulam beati Iacobi apostoli dicentis, a quo haec sapientia vocatur ome bonum: Omne datum optimum, & omne donum perfectū de sursum est. Si omne donum, multo fortius haec sapientia quae est optima portio Mariae, q amore dilecti igne succensa ardebat desiderio. Quia ergo haec apphensio est desuper & non subtus, iubetur sensus exterior extirpari: quod non tm de sensuum exterioꝝ officio intelligendum est, sed etiam de sensibus interioribus: qa nec sub ratione dulcis vel odorabilis siue olfactibilis quod idem est, vel pulchri vl' melodiesi vel suauis ipse

Iaco. 1

Lucae. 1

deus

de',s beatissimus apprehenditur: cum hæc omnia apprehensione ratiõis p̄uia dirigantur, & hæc vnitiua apprehensio fit supra mentem & rationem sicut dictũ est. Oportet ergo speculatiuũ discipulum hanc alibi haurire sapientiam, q̄ in eis quæ apprehensiones speculatiuæ cognitionis respiciunt. Et in hoc appparet huius sapientiæ mira & appretiãda nobilitas & eiusdem diuinitas, & quare diuinissima in diffinitione Dionysij appellatur: in hoc quod anima quasi seipam expoliat necesse est & amorem diuinitus collatum affectum velut pedissequum insectari, & per istam diuiam sursum actionem intellectum habituali cognitiõe relicta cũ contactu amoris diuinissima informari. Non tantum de simplici apprehensione ipsorum sensuum intelligẽdum est, sed etiam de delectatiõe eorundẽ, prout motiuam respiciunt. Quia hoc est ipsius sapiẽtiæ q̄si summe p̄paratiuum, q̄ a sensibus exteriorib[9] inordinata delectatio in creatura, put poterit meli[9] efficaciter rescindatur, nisi (alias vt) quoquõ de[9] finis mediatus vel immediatus, vel finis vltimus requiratur: quia quanto plus in ipsis immergitur, tanto debilius ad diuĩa cõsurget, vt dicat cum Psal. Rennuit consolari aĩa mea. Psalm: 76 A q̄ etiam redditur huius rẽnuitionis delectationum ratio ab eo sic dicente: Mẽor fui dei & delectatus sum & exercitatus sum, & defecit spiritus meus: supple dũ se exercet mens motibus anagogicis ad diuina, & directa tendẽtia suiipsius ad deum delectatur, deficit spiritus ab his delectationibus q̄ sibi a sensibus corporis exterius instigatione diabolica offeruntur. Quod etiã de delectatione sensuum interiorum dicendum est, qa nec ab ipo vero diligente debẽt diligi dulcedo vel suauitas concupisci: qa ipse solus appetitur: nisi quando q̄ hac de causa ipsam dulcedinem vel suauitatem appetat, vt ad intimiorem ipsius vnionem efficacius affectus & importunius ĩardescat. Vnde tota ista sapiã est in ardenti desiderio collocata, vbi oẽ ens vel vis & officiũ intellectualis virtutis extirpari & derelinq̄ p̄cipit.

Nam quãdoq; vis intellectualis multa de diuinis participat, maxime quãdo theoriis diuinioribus illustratur. Sed quia alia vis est in mente multo ista eminentior, cuius motibus mens ignita erigitur ad sapientiam profundiorem, tum ratiõe superioris apicis ipsius affectiuę, tum ratione ardoris ipsam superius erigentis qui super omnes habitus gratuitos & infusos ratione suæ importunæ extensionis & dignitatis in rationali spiritu obtinet principatum. Vnde egregius commentator Vercellẽsis super Mysticam Theologiam sic dicit: In hoc libro & alium & incomparabiliter profundiorem modum cognoscendi deum tradidit superintellectualem & supersubstantialem: quem ideo gentilis philosophia non apprehendit, quia non q̃siuit nec esse putauit, nec vim secundum quam diffunditur in anima deprehendit. Putauit enim summã vim cognitiuam inesse intellectui, cum sit alia quæ nõ minus excedit intellectum q̃ intellectus rationẽ, vel ratio imaginaticẽm, scilicet principalis affectio: & ipsa est scintilla synteresis, q̃ sola ẽ vnibilis spiritui sancto. Et hac de causa cum incomparabiliter totius intellectus suspendat officium mentis suprema affectio' ab ea seclu di præcipitur. Non tantum operationes, prout exeunt à vi sensitiua vel intellectiua, eliminari iubentur: sed etiam obiecta ipsarum omnia sensibilia & intelligibilia primo quæ sensu exteriori percipiũtur. Cum vero rationalis creatura constet ex duplici natura, corporali scilicet & spirituali, vtraq; habet sibi obiectum rñdens, cum scd̃m cuiuslibet capacitatem pcipiatur ęterna veritas: quõ sensibiles hoĩes sunt, q nõ nisi sensibilia cognouerũt, veluti sunt hñtes intellectũ obtusum, & affectũ recuruũ, ideo nec bonitatẽ nec veritatẽ diuinã in se percipiũt. Sed & tñ ne sint oĩno expertes cognitionis diuinę, posuit altissimus sensibiles creaturas, vt scd̃m apost. inuisibilia dei, p ea q̃ facta sunt intellecta conspicerẽtur: vt scd̃m Dauidicũ sermonem aliqs excusationem non habeat vt se abscondat à calore eius:

Roman. 1
Psalm. 18

cum

eum egressus bonitatis eius à summo vsq; ad summũ in omnibus creaturis resplendeat: sed à filijs voluit in creata sapientia ista sensibilia amoueri, vt multo felicius multoq; verius in thalamo affectus secretiori interius in lectulo amoris collocatum sentiant, quem Iudaei & caeci philosophi p creaturas discurrendo mẽdicant. Vnde ab ipsa veritate verus orans in spiritu ingredi intra cubiculum, vbi inueniat thesaurum occultum, praecipitur: non tantummodo sensibilem prout sensui exteriori respondet, sed etiam prout est obiectũ sensuum interiorum: nec sub ratione apprehensiua ipsi⁹ beatissimi dei, prout est dilectus, pulcherrimus & suauis, per mentis desideria anagogica appetatur: nec ipsa anima quae velut filia habet soli desiderio conditoris inhaerere, refectionem suam veluti mercennaria impudenter inquirat: nisi ratione superius dicta, scilicet vt in ipsum aliq̃ dulcedinis vel suauitatis nutrimẽto allecta insatiabilius & immẽsius inardescat. Intelligibilia ẽm generaliter euellere admonetur, q̃a scdm q̃d alibi dicitur: cum oẽs homines naturaliter scire desiderant, in nulla tamẽ scientiae notitia vel cognitione rationalis spiritus tendentia conquiescit, nisi primae veritatis iucunda cognitione laetetur, q̃ solam inuenit nobilitati humanae intelligentiae respondentem. Si ergo sciat omnem naturam elementorum, cõplexiões corporum, virtutem astrorum, cum omnia ista viliora sint, rationalis spiritus penitus non quiescit, sed potius sic labitur vel etiam luxuriatur cum idolo creaturę seipsa infirmioris, nisi redigat ad finem vltimum, vt tantum inuoluatur (Cum etiam tantae sit nobilitatis spiritus, vt species angelicas etiam fastidiat) penitus querulus & errabũdus, nisi quoquo modo ad cognitiõem illius à quo exijt originaliter, & victor & triumphans virtualiter reuertatur. Quod si etiam omnia creata vellet scire reducendo ad finem debitum, vt per illa creator cognosceretur ab ipso: tamen respectu istius sapientiae totum oportet relinquere,

Aristote.

 quia mẽs

quia mens immediate ipsum per ineffabilē cognitionem relictam ex amoris vnitione cognoscit. Et de ista cognitione in mystica theoria scdm tertiā translationem sic dicitur: Per vnitionem dilectionis, quæ est effectiua verę cognitiōis, vnitur deo intellectualiter ignota cognitione, multo meliori q̃ sit aliqua intellectualis cognitio, &c. Non tm̄ intelligibilia, in quo vbo respectu exercitij istius oīs finalis cōplacentia cognitiōis de omni creatura tam inferiori q̃ superiori relinq persuadetur: & etiā existentia & nō existentia, p quæ duo omnis modus speculatiuus apphēdēdi diuinā naturā excluditur. Existentia hic dicuntur illę ratiōes æternę in mente diuina, quibus aliquid extractū in creatura inferius correspōdet. Quia ordinatissimus pcedendi modus in humanis ad diuina certitudinaliter reperitur, qn̄ mens supra se puecta mouetur immediate in deum, veluti in terminū sine etiam cōmixiōe alicuius creaturæ superioris vel inferioris. Quia igitur cōsiderādo rationes æternas mens inq̄tum ab ipsis egrediētem creaturā considerat, intm̄ à parte altera infra seipsam finitur, vt non totaliter supra seipsam integraliter erigatur. Quia ergo sapientia vnitiua oēm cōtemplationem vel considerationem in suis motibus creaturæ relinquit, ad suum vnicum intelligibilē supra seipsam aspirās: idcirco respectu ipsius existentiū licet nobilis contemplatio dimitti p̄cipitur, cum sit ibi aliqua incuruatio & perceptio naturalis, & ideo mens p istam relatiuam contemplationē nō relinquit omnimodā humanā apprehensionē, vt omnino veluti p aliā mēs supra naturales limites collocetur. Sed & nō existētia iubētur amoueri respectu ascensionis isuus sapientiæ. Non existētia vero hic appellātur, scdm q̃ nihil exēplatū in creatura reperitur, vt oīs cōsideratio de trinitate & ordine psonaꝝ: qa istud nunq̃ in creaturis apparet exemplatū, ꝙ aliquis generet aliquē q sit idē q̄d ipse, q̄ ꝑquilibet sit vere existens substātia; neq; ꝙ amor cōnectens

nectens aliquos fit æqualis, & existens substantia cum ipsis amātibus. Ista ergo cōtēplatio inter speculatiuas contēplatiōes excellentissima relinq iubetur, non qa bona nō sit & nobilis: sed qa superior apphensio est in mente humana, per q̄ solā excellētissime supmus spiritus attingitur, q̄ sola optima portio Mariæ dicitur, alia vero p Rachel signatur, contēplatio vo sensibilis in creaturis p Liam. Et hæc est ratio, qa intim mens diuinitus ad supcœlestia & eminentius attingit, in q̄tum magis appropinquat eisdē, vel in ipm deum intimius trāsformatur. Quod qa nulla est contēplatio speculatiua, q̄ habet vtutē trāsformandi: sed solus amor extēsiuus deificans, ideo ille solus diuina apphendit: ad cuius pedē nulla contēplatio cognitiua, sed potius quasi de lō ge, pspiciens aliqtenus se extēdit. Ideo scdo de diuinis nominibus sic dicitur: Oportet aūt videre mētē nostrā habere vtutē ad intelligendū, per q̄ inuisibilia respicit: vnitionē aūt excedentē mētis naturam, per q̄ coniungitur ad ea q̄ sunt supra ipsam. Scdm hanc igit diuina oportet intelligere, nō scdm nos, sed totos nos ipsos extra totos nosipsos statutos & totos deificatos, &c. Quod qa ita derelinquere est difficile, ideo contritione & forti conatu mentis ista resecari iubentur.

Lucæ 10.
Gene. 29.
Dionys. cap. 7. de diuinis nominibus

¶ Dicto de his q̄ oportet derelinq necessario, subditur de ipsa consurrectiōe vnitiua. Vbi primo notatur conditio cōsurgentis, qñ per ignorantiā dicitur: & ipa cōsurrectio extensiua, vbi dicitur: Cōsurge. Et illud qd ipsa cōsurrectio solū & pcipue attendit, cū dicitur: Ad eius vnitionem, q est, &c. Sed cū omnis apprehēsio iā dicta sit extra mysticam consurrectionem, cum in illa oportet esse ignorātiā: ideo totaliter oculū intellectus rescindere oportet, q in ipsa cōsurrectiōe semp vult illud apphendere: ad q̄d tēdit affectio. Vñ maxima aduersario in ista cōsurrectiōe est vehemēs inhærētia intellectus cū affectu, q̄ tñ rescindere necesse est p magnū exercitiū: cuius causæ dictæ sunt supius, qa vł fantastice, vel circūscriptibiliter, vel mō limitato apprehēdit.

Et quomodo hoc possit fieri, dicitur in mystica theologia super illud: Consurge ignote, quia ibi eleuatio & vehementia tendentiæ affectus intellectum post se relinquit. Pura ergo affectiua consurrectio nunquam est, nisi totaliter intellectiuæ oculus rescindat. Et hoc est quod in ipso mysticæ theologiæ principio dicitur: Omnino autem ignorata vocatione omnis cognitionis & melius vnitur, ex eo quod nihil cognoscit super mentem eleuata cognitio. Vnde hæc est necessaria cōditio ad istam eleuatissimam apprehensionem, quod in ipsa eleuatione vacet omnis cognitio speculatiua: quia ipsa est ignota intellectui, & ipsum relinqui necesse est, si ad cognitionem super mentem desiderat puenire. Et quãtum in ipsa consurrectione intellectus se commiscet affectui, tantum est hic de impuritate: & inquãtum plus ipsius (intellectus) oculus totaliter excęcatur, non nisi per magnum exercitium & laborem: intantum oculus affectiuus, in suis extensionibus liberius & incomparabiliter eminentius eleuatur. Et qualicunq; exemplo materiali istud potest videri in aspiratione & respiratiōe anhelitus, quia sicut ex interioribus sine omni deliberatione procedit ista emissio; sic sine deliberatione affectus ignitus qui est super omnē intellectum, tendit ad illum cui soli perfectius vniri desiderat: & habet suam actionem ab omni inelligentia totaliter separatam, tãta latitudine à parte superiori & promptitudine coadiutus, vt mira velocitate motuū citius etiam q̄ cogitari valeat, recte ad instar aspirãtis & respirãtis cōsurgat. Cuius, vt supra dictū est, velocitate motuum ardore extensiuo & importunissimo eorundem, sicut mendicans nullius valoris repudiatur & rescinditur: licet importune se misceat omnis speculatiuæ cognitionis exercitium: quod quia non potest dici, nec verbotenus sufficienter explicari, secundum istud mysticæ theologiæ Dionysij tertio: Nunc autem ab inferioribus ad supremum ascendens secundū mēsuram ascensiōis contrahitur, & post oēm ascēsionem totus

totus sine voce erit, & totus vnietur ineffabiliter. &c. Quia doctrinam huius præclaræ sapientiæ sibi soli increata sapientia reseruare voluit, vt sciat omnis mortalis creatura, quod est doctor in cœlo q solus sapiētiam veram suis scholaribus per cœlestes immissiões & suæ claritatis radios manifestat: secūda ratio est, vt omnes mundi sapientes confutet, cum simplex vetula vel rusticus pascualis ad istius sapientiæ consurrectionem perfecte possit attingere: dum tamen modo prædicto se præparet, quod nulla philosophica sciētia vel mortalis industria apprehēdit. Tertia etiam ratio in libro sapientiæ redditur, quia omnium superborum & sublimium colla propria virtute calcauit: quia quātumcūq; p̄clarus, quantūcunq; clericus omnibus aliis gloriosior existat, fimbrias huius sapientiæ non attingit quæ super mentem eleuata cognoscitur, nisi p viā puerilem scilicet purgatiuam, supposito quod mortaliter peccauerit, ad vnitiuam se præparet: dolens & gemens quod collatorem totius sapientię ad indignationem contra se peccatis anteterioribus prouocauit. Colla ergo superborum & sublimium vsq; ad humilitatē puerorum incipientium necesse est incuruari. Vnde est ibi illud propheticum impletum, in quo sapientia sapientium reprobatur, & sola purgatiuæ inferioritatis humilitas ab ipso supremo exigitur, q deponit potentes de sede & exaltat humiles. ¶Subditur etiam respectu cuius fit illa cōsurrectio, cum dicitur: Consurge ignote, scz ad vnitiōem illius altissimi qui est super mentem & cognitionem. Et hæc causa partim supra dicta est, qa nec ibi gratia nec gloria nec dimissio pœnæ vel aliquid aliud requiritur istis desideriis sursum actiuę consurrectionis: sed ipse solus, cui soli propter se in conculcatione vehementium desideriorum mens vniri aspirat: qui sub ista apprehensione obtentus prout ab affectu tendentiæ percipitur, supra oēm mentem humanam & cognitionem attingitur: vt nō solum esse ipsum absolute respiciatur, sed & modus appre-

Eccle.24

Isaiæ.29.

Lucæ.1.

apphendēdi ipm: qa vt dictū est, qñ affectus tāgitur supra mētē ducitur & rationē. Vnde tota ista sapiētia in hoc solo perficitur, vt ipsa affectiua in suo supremo apice cōstituta, per abscisionē totius intellectualis operationis nihil aliud q̃ soli deo vniri desiderat. Et qa hoc est difficile, subditur propter hoc: Et sicut est possibile vsq̧ q̄ possit cum psalm. dicere: Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis. Quia cum p̄dicta impedimenta mediāte diuino auxilio, scz omnia sensibilia & intelligibilia & maxime immixtio intellectiuæ, q̄ semper vult apprehendere illum in quē tendit affectus, perfecte sicut extensionis vnitiuæ vincula dirumpuntur: tunc libera ipsa affectiua veluti quædā auicula solis pennis affectionum ardentium prouecta, tanta libertate perfruitur, vt quotiescunq̧ vult, moueatur ardentissime in deum. Sic etiam, vt orans affectionum desiderio in mentis affectu, quantū possibile est in via, sic attente exoret, ac si ipsum videret facie ad faciem. Quandoq̧ etiam sic supra seipsam mēs erigitur motu & consurrectiōe, vt quasi totaliter extra corpus videatur. Et ideo dicit, sicut possibile est. Quia nulla mens nisi immissione diuina hoc p̄cipit, secundū illud in primo de diuinis nominibus: Nam supersubstātialem scientiam ignotę supersubstātialitatis, quæ est supra rationem & intellectum & substātiā ipsam, ipsi tribuere conuenit, tm̄ ad superius respicientes: quātum theoricorum eloquiorum radius se immittit ad splendores superiores, &c. q̄d idem est, q̄d ista scientia q̄ est per ignorātiā, vt dictū est, solius dei doctrina p̄cipitur Et in quātum plus affectus de theoricis eloquijs scz diuinis influitionibus, quibus mens cū dilecto garrula iucundatur, recipit: intm̄ ipse deus solus in mente intimius se immittit: v̄t ipse q̄ est vera sapientia, per diuiniores radios p̄clarius cognoscatur. Postea subditur: Etenim excessus tui ipsius, qa non tm̄ creaturā sapientia vnitiua funditus eradicari perurget: sed ipsum specialiter intellectū mortificat, & soli diuinæ influentiæ se sub-

Psal. 138

se submittit. Et de isto excessu Aposto. dicit ad Corin. Siue mente excedimus deo, &c. Et per istū continuatū excessum igne amoris anima efficatiorem consequēs separationem & purgatiōem, per suas extensiones flā meas & consumentes rubigines efficatius promeretur, q̄ primo cum p istam incipit cōsurgere. Quia sicut duplex est purgatio, scz p aquā & ignem in corporalibus sic etiam in spiritualibus, qa via prima purgatiua per dolores & frequentes attritiones purgat & per lachrymas: sed multo efficatius illa quæ est per consurrectionē ardoris. Vnde per istum excessum ardoris iam leuis ab omni irretentibili scz mundano delectabili absolutus, & ab omni aliena affectione mundus, ad diuinæ incomprehensibilitatis claritatem, iam penitus ablatis abstaculis & absolutus spiritus à vinculis agillime sursum agitur. Vnde iste est ordo consurgendi. Primo oportet, quod & considerationem & amorem sensibilium derelinquat, & contemplationem omnium intelligibilium: & purus consurgat affectus sine admixtione intellectus in illum, quem in sua tendentia cognoscit solum quietatiuum desiderij, vt ipsi intimius vniatur. Et per istam diuturnorum motuum anagogicorum consurrectionem magis ac magis affectus extenditur, & quasi quibusdam flammeis scintillis mens purgatur efficatius: & ab amore carnalium alibi requiem inueniens sine carnis murmuratione necessario sequestratur multo plus quàm antea. Et exinde affectus puris motibus fit agilior, vt quotienscunq; vult sine meditatione intellectus præuij ardentissime moueatur. Vnde primo dicit: Cōsurge ignote: & post hoc dicit, sursum ageris: quasi diceret, q̄d in principio exercitij consurrectionū anagogicarū affectus apex cū difficultate consurgit: sed per amorem excessiuum ipsius supra se & p efficatiorem purgatiōem quasi sine difficultate ad libitum consurgit, & motuum agilitate mirabiliter leuigatur: vt licet in ipso motu anagogico natura

2. Cori. 5

alias irraxibili

natura & amor pariter concurrant, tamen efficatius iam remotis impedimentis,&exinde maiori immissio ne desuper aduemente multo plus ardor amoris quã vigor affectus naturalis facilitatem & agilitatem motuum incomparabiliter operetur. Et hoc est quod dicebatur: Cuncta auferens,&c. Vbi duo maxime quę oportet derelinqui tanguntur, scz omne irretentibile (vel irretibile)&omẽ absolutũ, quorũ primũ respicit affectũ, qa in quocũq; afficit creato, illi necessitate cõiũgit,& p consequẽs irretitur,& tunc minus agilis ad cõsurrectionem diuinorũ efficitur. Sed non tãtum irretibile, sed omẽ absolutũ. Absolutũ eñ dcitur omẽ qd sua forma ppria cognoscitur habẽs esse distinctũ, cuius oẽm speculationẽ vel cõtemplationẽ amoueri necesse est: quia sicut omne irretibile immundum reddit affectũ dum in creatura seipa viliori delectatur affectus: ita p secundum immundus efficitur intellectus, id est, tenebrosus, quia dum tantum humana scientia speculatiua repletur in comparatione illius sapientiæ quæ est per supersplendẽtes diuinos radios, quasi quadam obtenebrante caligine obfuscatur. Sed & istud verbum vltimum non tantum de agiliori consurrectione est, sed & de cognitione suprema ipsius intelligẽtiæ. Quia secundum sapientiam beati Dionysij, illa sola vera est cognitio de diuinis, quæ experimẽtali notitia sursum actiuæ consurrectionis relinquitur. Vnde diuina miseratione secundum quod competit consurgenti hoc accidit: vt quando mens per multorum temporũ curricula aspirauit, vt suum dilectum intimius coniũcta ardentiori vinculo amoris constringeret: ad modicũ temporis prout capax est (prout fit in raptu) visio beata conceditur, maxime cum ab irretibili & absoluto fit munda: & erigitur tunc ad diuinarum tenebrarum radium scz lumen diuinæ incomprehensibilitatis, quę ibi vocatur tenebra secũdum quod in epistola dicitur ad Timotheũ, sic: Diuina caligo lumen est inaccessibile, in qua habitare deus dicitur, & inuisibilis quidem

1. Timo. 6

existens

existens propter excedentem claritatem,&c. Vnde sapientia ista est immediate ante cognitionẽ,&sic diuti⁹ aspirāti à dilecto dicitur:Amice ascende superius. Vñ primo dicitur:Cõsurge,&ibi sursum ageris,qa in consurrectione vnitiuæ sapieutiæ natura operatur &gratia.In ista aũt sũpma eleuatione intelligẽtiæ,sola gratia eleuãs immediatissime operatur,q̃tũ ad ipsam eleuationẽ raptus:ꝑut mens in corpore sic erigitur,vt à sensibus corporis sequestretur,cũ in ista vltima intelligentiæ eleuatione tã intellectiua q̃ affectiua potissime officiũ cõsumatum,nõ p modũ patiẽdi sed agẽdi actuũ suoꝝ obtineãt.Postea dicitur:Vide aũt ne qs indoctoꝝ ista audiat.Et hoc quidẽ ammonet in fine primi de diuinis nominibus sic scribens,ad Timotheũ loquens de cognitiõe p amorẽ preuiũ dicẽs:Apponam⁹ in sctis sctã scdm diuinã traditionẽ collocãtes,&ipa ab indoctoꝝ visibus &derisionibus auferẽtes magis illos ipos si taliter sunt tales quidã homines ab impugnatione dei in hoc liberãtes,&c.Hoc idẽ sepissime ammonet in aliĳs libris suis. Et hæc est ratio q̃ ipse assignat statim postea,quia putãt ea q̃ scdm ipos est cognitiõe cognoscere eum qponit tenebras latibulũ suũ:qa nõ possunt deũ apprehendere nisi sub ratiõe boni vel veri vel dulcis,&sic de aliĳs.Et ista sapientia anagogica est quædã theorica p se distincta & diuersa ab omni speculatiua sapientia,q̃ oẽm rationis apprehensionẽ transcendit. Et quia multi sapientes &doctores hoc videre nõ præua'ent,hanc summã sapientiã irrident:&in hoc p consequens deũ altissimũ collatorẽ huius sapiẽtiæ impugnãt.Ideo cum b.Dionysio,imo magis cũ domino Iesu Christo,rogo illũ qcunq; hoc scriptũ inspexerit,ne indoctis huius mũdi doctoribus philosophis carnalẽ vitã ducentib⁹ vllatenus manifestet, nisi hac via puerili velint incipere scz purgatiua via:&citius q̃ aliqs esset non tm̃ in aliqua liberaliũ artiũ,sed in arte mœchanica industri⁹ operator,in seipsis sola diuina immissione gradatim ascendẽtes,oĩa q̃ dicta sunt multo meli⁹

Psal.17

n & multo

&multo iucundius expimētali notitia veracissima ap probabunt, Sed hoc scribere volui ad hoc, ꝙ minus experti in ista sapientia corroborato itinere semitas dirigant, scientes ꝙ citissime inuenitur. Quod si in principio purgatiōis vel extaticę consurrectiōis difficultas mirabilis sentiat: tñ in paucis vexati, citissime in multis bene disponentur: ita vt expimento videat̄ omne q̄d oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs ascendit: hoc etiā in præsenti videre possint q per dilectionem huius supremæ sapientiæ ipsi inhærebunt, vt iam mēs dicat: Teneo eum nec dimittam. Sed licet ab indoctis quasi stulta hæc sapientia videatur, subditur theorica, vbi ꝑ rationes & argumēta ꝓceditur: vt quō mens consurgere valeat, quomodo remouendo obstacula, qua vnitione media, & multa alia quę ad hoc pertinent, ad confutationē humanæ philosophiæ: Sed & ne ascensus tantæ sapientiæ videatur irratiōabilis, argumentis tam naturalibus q̄ theologicis q̄ etiam anagogicis sumptis à rationibus æternis euidētius disputat. Et ideo sapiētia Diony. difficillima videtur, quia modus procedendi supra oēm rationem existit: & sola sancti spiritus influitione percipitur: maxime de diuinis nominibus & mysticæ theologiæ, ꝓcessus: scdm q̄d dicitur in principio de diuinis nominibus, vbi dicitur ꝙ non asseueratur hęc doctrina in persuasibilibus humanæ sapientiæ ꝟbis, sed in demōstratiōe à spiritu sctō motæ ꝟtutis in supremo apice: scdm q̄ ineffabilibus & ignotis ineffabiliter & ignote coniūgit, &c. Qñ ergo spūs sanctus mouet apicē affectiuæ scdm psalm. Tange montes & fumigabunt: tunc tota ꝓfunditas sapientię Dionysij q̄ intellectū excedit, supra oēm disciplinæ alterius leuitatē, certissima & leuissima cōprobat. Et ideo amantissima, qa sine omni dubitatione & opinione procedit: & ideo qa oportet primo cognoscere practicā q̄ theoricā, vt illa leuissime cognoscat, id eo theorica opatiuā cōsequit. Pax ergo oībus amatoribus ꝟę sapiētię, & diuinę bonitatis influētia cōcedat, Amē

Sap. 3.
Isaiæ. 46.
Cant. 1
1 Cori. 2
Psal. 143.

¶ Quęstio

¶Quæstio: Vtrum anima secundum suum affectũ possit aspirando, vel desiderando moueri in deum, sine aliqua cogitatiõe intellectus p̃uia vel cõcomitãte.

AD manifestationẽ illorum occultorum & mysticorum quæ dicta sunt, super veritate quæritur difficilis quæstio, in qua cuilibet intelligenti veritas huius sapientiæ manifestius illucescit. Et quæritur, vtrum anima secundum suum affectum possit aspirando vel desiderando moueri in deum sine aliqua cogitatione intellectus præuia vel concomitante: Videtur, quod semper sit necessarium præcogitare antequam per extensionem amoris, affectus moueatur in deum. Primo autoritatibus sic, quia dicitur in psalmisto: In meditatione mea exardescet ignis: ergo oportet quod primo mens præmeditetur cogitando, antequam in ipsum dilectum igne amoris consurgendo, per affectionem affectus interius inardescat. Item Augustinus: Inuisa possumus diligere, incognita autem nequaquam: ergo primo oportet ratiocinando vel intellectualiter cogitando cognoscere, antequam affectu amoris aliquid diligatur. Cogitatio ergo affectionem amoris necessario præcedit. Hoc idem probatur ratiõibus, & primo ratiõe sumpta in diuinis sic: Anima in deum quem diligit per amoris desiderium actualiter se extendẽs vocatur deifica vel deificata in septimo de diuinis nominibus. Nam secũdum quod potentiale (alias possibile) est creaturæ, per extensionem amoris trinitati super excellentissimæ conformatur. Sed in trinitate ita est, quod secundum ordinem nature, primo est pater qui est summa potentia secundo filius, qui est patris notitia vel summa sapientia, tertio est spiritussanctus qui est verus amor: ergo sic erit in anima, quæ per extensionem amoris secundum modum suæ paruitatis, vt possibile est, trinitatem beatissimam nititur imitari: quod primo ibi erit, de ipso ad quem tendit aliqua cogitando vel intelligendo notitia, antequam amoris

Arguit in ptem negatiuam

Psal 38

Augusti.

Dionysi.

desiderio in ip̃m possit aspirãdo cõsurgere:ergo cogi tãdo cognoscere semp p̃cedit affectionẽ amoris: Item scd̃m ꝙ dicit b. Diony. Ecclesia militãs imitatur scd̃m ꝙ possibile est, ecclesiã triũphãtẽ: ergo aĩa fidelis volẽs p amorẽ cõsurgere gradatim scd̃m ꝙ est in ordinibus angeloꝝ cõsurgit, & maxime mentes amantiũ vltime Hierarchiȩ cõpantur in quã sunt tres ordines, scz Throni, Cherubim & Seraphim. Igitur necessariũ est in aĩa cõsurgere actualiter volente, ꝙ tres p̃prietates vel officia istoꝝ triũ ordinũ imitetur. Primo ꝙ sit thronus. i. ꝙ cætera scz mũdanos honores, carnales affectiones, terrenas delitias, vt solus deus iã sede p̃parata in ipsa resideat, penitus derelinquat. Scd̃o ꝙ sit Cherubim q intelligitur plenitudo sciẽtiæ, & hoc fit mediãte lumine diuinitus immisso, q̃ mediãte mens supra intellectualiter cogitãdo scd̃m humanã intelligentiã diuina cognoscit & cœlestia apprehendit. Postea oportet, ꝙ sit Seraphim q est ordo supremus. i ꝙ in illũ q̃m iã mens cherubica cognouit, postea affectus ip̃m solũ desiderãdo non aliud p affectiões flãmigeras inardescat, & tũc est Seraphim, q interp̃taẽ ardens. Cum eñ Cherubim cui appropriatur cogitãtis cognitio, ordinate p̃cedit Seraphim q interp̃taẽ ardor amoris: Igitur sic erit in anima q̃ hoc triplex officiũ angelicũ nititur imitari, ꝙ p cogitationẽ cognoscere, p̃cedit p amorẽ actualiẽ ardere: vt sine cogitatione p̃uia nullatenus consurgat amoris affectio: Item aĩa per amorẽ consurgẽs nititur illis beatis mentibus sanctoꝝ, qui contẽplãtur deum facie ad faciẽ, conformari. Sed illic primo est videre q̃ amore inhærere, qa nisi illã indicibilẽ plenitudinẽ intelligendo cognosceret, nullatenus ipsi ignitis affectionibus in quaꝝ delectatiõe beatitudo completur, inauertibiliter adhæreret. Ideo nisi nobis prius esset cogitatio seu cognitio q̃ amoris affectio, iã nõ conformaremur mẽtibus sanctoꝝ in gloria: q sic vidẽt diuinã pulchritudinẽ, vt in ipsa p amorẽ supra oẽm intelligẽtiã interiꝰ affectiõibus delectẽtur. In his intelligere

præcedit

præcedit amare. Item scdm q anima in suis potentijs ordinat: sic eodẽ mõ naturaliter ordinate mouetur. Sed ego video q à sua primordiali creatione aĩa tres habet potentias naturaliter disti ctas, scz memoriã, intelligentiã, & voluntatẽ. Memoria nihil aliud in nobis est q̃ intẽtio diuinæ similitudinis. Intelligentia est in nobis illud mediãte q̃ naturaliter, non inuestigãdo nec ratiocinãdo q̃libet aĩa suũ creatorem cognoscit. Voluntas est illa potẽtia per q̃ aĩa suum creatorẽ diligit: & in ipm naturaliter tendit. Et ex isto vltimo est ratio, quare affectus humanus non potest satiari ad plenũ terrenis, diuitijs, delitijs, & honoribus: cũ in solum deum tendat, vt in ipso finaliter cõquiescat. Cum igit potẽtia intelligẽtię, in q̃ ẽ cogitatio vł cognitio, p̃cedit potẽtiã voluntatis naturaliter, in q̃ est ardor vel amoris affectio: igitur motus intelligentiæ q est cogitare, p̃cedet motũ volũtatis q est amare. Nullus ergo intellectus sine cogitatiõe p̃uia poterit ad amoris affectus consurgere, q̃tumcũq; ignitis affectionibus diuinitus eleuetur. Item hoc idẽ videtur in apprehensiua & in motiua sensibili. Nam primo necessariũ est vt illud ad q̃d imaginarie diligendũ moueor antea sensibiliter p̃cognoscã: ante igitur oportet me apprehẽdere oculo exteriori vel alio sensu aliqd delectabile q̃ in ipso delectet, vt istud habendũ desiderẽ. Igitur sic erit in cognitiua & motiua ratione superiorum, q deũ siue aliquid aliud delectabile anterius cogitẽ, q̃ ad ipsum possim interius affectiõibus aspirare, vel in ipso aliquatenus delectari: ergo p̃cogitare p̃cedit semp amore cõsurgere. Itẽ scdm q dicit b. Diony. in principio Mysticæ Theologiæ, in consurrectiõe amoris oportet oẽm intellectũ derelinquere, & cogitationẽ de creaturis sensibilibus: & etiã tã de deo q̃ de angelis. Sed istud ponere videtur stultissimũ. Quid eñ faciet animus, si non possit cogitare de deo vel trinitate vel angelis: Videtur eñ tũc esse in nube vel quasi in mari, cũ semp coginitio intellect⁹ ipm amorẽ dirigat. Aliter eñ sapiẽtia mystica

Dionysi⁹ .i. mysticæ theolog.

non videt sapientia, sed abusio vel stultitia. Item omne istud quod apprehenditur, apprehendit sub aliqua intentione entis scz, aut vt vnū, aut verū, aut vt bonū: ergo deus quoque modo cōprehendatur, apprehendetur sub ratione entis, vt summa vnitas, aut vt summa veritas, aut etiā vt est summa bonitas. Cum igitur nullo istorum modorū possit apprehendi, nisi p cogitationē (nam si apprehēdero vt vnū, oportebit me cogitare de vnitate: si vt verū, de veritate: si vt bonū, de bonitate) igitur cū amoris apphensio apphēdat deū in quantum est bonū, oportet necessario quod ibi sit cogitatio prævia de ipsa bonitate, quæ in ipsam actualiter p amoris affectionē moueri: ergo, &c. ¶ Contra. Videtur, quod sine cogitatiōe prævia vel cōcomitāte affectus p amorē dispositus libere moueat in deum. Et primo autoritate magni hierarchæ Dionysij in principio Mysticæ Theologiæ dicētis ad Timothe. sic: Tu aute amice Timothee circa mysticas visiones forti contritione sensus derelinque, & intellectuales operationes, & omnia sensibilia & intelligibilia, & omnia existentia & non existentia: & sicut possibile est, ignote consurge ad eius vnitionem, qui est super omnem substantiam & cognitiōem, &c. Cum igitur secundum hoc in consurrectione amoris mystica oportet derelinquere omnem intellectualem operationem, vel cognitionem, & solum secundū vnitionē amoris affectuosi cōsurgere, quæ est super oēm intellectum & cognitionem: igitur sine cogitatione prævia vere amās amoris affectiōe consurgit. In tertia trāslatione Dionysij dicitur: In mystica theologia per vnitionem dilectionis quæ est affectiua veræ cognitionis, vnitur deo intellectualiter ignota cognitione multo nobiliori quā sit cogitatio intellectualis: & in eo quod cogitationē intellectualē derelinquit, super intellectum & mentē deum cognoscit, &c. Cum igitur (vt ibidē dicitur) deus non possit cognosci p intellectualē cogitationē, cognoscitur verissime p tactū amoris. Igitur vt plane ibidē dicit, necesse ē oēm intellectū derelinqre,

Arguit in oppositū

&solum

& solum p amoris affectũ in deum consurgere. Item dicitur in septimo de diuinis nominibus, oportet aũt videre mẽtem nostrã habere ỽtutem ad intelligendũ per q̃ intelligibilia inspicit: vnitionẽ aũt excedentẽ naturã mentis, per q̃ coniũgitur ad ea q̃ sunt supra ipsam scd̃m hãc igitur diuina oportet intelligere non scd̃m nos, sed totos nosipsos extra totos nosipsos statutos & totos deificatos, &c. Igitur licet in humanis primo oportet intelligere q̃ affici, in ỽa tñ & experimẽtali cognitione diuinoꝝ oportet primũ sentire per amorẽ, q̃ ipm deum q sentitur intelligẽdo cogitare. Ergo oportet consurgere p amorẽ, vt ex isto statu cognitionis in ipsa mente vera cognitio relinquat. Nam illud scz de diuinis q̃d experimẽtaliter sentit affectus, ỽe etiam intelligit intellect⁹. Itẽ in eodẽ dicit cap. de mystica sapiẽtia sic: Hanc igit irrationabilẽ stultã & amentẽ sapiẽtiam excedent laudãtes, dicimus ꝙ est omnis mentis & rationalis, & omnis sapiẽtiæ & prudentiæ causa: & in ipa est oĩe cõsiliũ, & ab ipa est oĩs cognitio & prudẽtia & in ipa sunt oẽs thesauri sapiẽtiæ & sciẽ abscõditi, &c. Cum igitur ipsam irrationabilẽ vocet: non ergo p rationũ inuestigationẽ ꝓcedit. Et cum ipsam stultã appellat, non ꝓcedit sicut alia scholastica sciẽtia. Nam ordinate ꝓcedẽdo primo cognoscimus oẽ istud q̃d diligimus Si ergo mystica theologia primo p rationes cogitando vel meditando (sicut videmus in aliis) procederet, non stulta à B. Dionysio vocaretur: nec amẽs, id ẽ, sine mente. Nam sine omni mẽtali cogitatiõe vel meditatiõe affectus amoris accẽdit. Igitur ex affectu amoris relinquitur in mẽte cognitio, non ecõuerso &c. Itẽ psalm. Gustate & videte qm̃ suauis est dñs. Cum igitur gustare affectũ respiciat amoris, videre aũt intellectus cogitationẽ vel meditationẽ: ergo primo oportet motu amoris consurgere, q̃ ocultissimũ deũ intellectualiter cogitãdo cognoscere. Nã hæc est regula generalis in mystica theologia, ꝙ primo oportet habere practicam quàm theoricam, id est, vsum exercitij in corde

Diony.

Colo.

Psal. 33

ꝙ ipsius rei vł eoꝝ ꝙ dicūtur habere notitiā. Itē illud idem apparet authoritate cōmētatoris Vercelēsis sup mysticā theologiā dicētis sic: Istud sapiētiæ negotium sensus, imaginatiōis, ratiōis, intellectus tam practici ꝙ theorici, vsus & officia suspendit: & excludit oēm intellectū & omne intelligibile, & ens & vnū trāscendit, speculū & ænigma, & ipsi diuino spiritui apicem affectiōis principalis diuina dignatiōe vnit, &c. Igitur nō requiritur in mystica affectiōe aliqua cogitatio vł cognitio intellectus. Itē hoc idē ꝓbatur ꝑ ratiōnē in diuinis sumptā. Quia mēs ratiōe ꝑficiť scđm ꝙ gradatim ascēdēdo ordinate ad diuina cōsurgit. Sed ego video ꝙ in ipa diuinitate sunt tres ꝑsonæ, scz pater & filius & spūs sctūs. Pater est summa potentia, filius est summa sapiētia, & spūs sanctus amor cōnectēs. Sed spūs sanctus q est ꝟus amor scđm naturā & etiā scđm nostrā intelligētiā, nō scđm tempus, est vltima persona in diuinis. Nam primo est intelligere patrem generantē, scđo filiū genitū, tertio spm̄ sanctum ꝓcedentē ab vtroq;. Vltimus ergo & nobis ꝓpinquior est spiritus sctūs. Cum ergo gradatim aīa ascendēdo ordinate ꝑficiat, oportet ꝙ habeat primo amorē, q appropriať spirituisctō, qa spūs sctūs nobis est affinior: anteꝙ habeat intelligētiā cogitando, vel etiā sapiētiā ꝙ appropriatur filio: amoris igitur affectio ꝑcedit cognoscere, & nō ecōuerso. Itē aīa scđm ꝙ à deo fonte totius beatitudinis recipit influentiā, ad instar ecclesiæ triumphātis ꝑficitur. Sed constat scđm Dionysiū, ꝙ ordo Seraphim q interꝑtatur ardens, primo vberius & ꝑfectius recipit influentiā à deo ꝙ ordo Cherubim, q interpretatur plenitudo sciētiæ: ergo affectus per ardorē amoris q respōdet Seraphim, primo & principaliter afficitur & mouetur in deum, ꝙ intellectus illud quod affectus desiderat cogitādo intelligat, quod intelligere respondet Cherubim: ergo primo affectus mouetur in deum sine cogitatiōe præuia intellectus, sed potius ipm̄ sequiť. Itē spūs ratiōalis recipit à deo influētiā primo & pricipaliter in ꝙtū ipi ē affinior,

sed affe-

sed affectus maxime per amorem dispositus est supremus in rationali spiritu: & per consequens spiritui increato propinquior, ergo tangitur apex affectus a deo per immissionem igniti amoris in spiritu tanquā deo propinquior antequam habeat ipsum apprehēdere intellectus, qui est potentia multo plus affectu a creatore supremo distantior. Igitur semper primo mouetur affectus in deum quā intellectus cogitando intelligat. Item cum deus quasi gradibus infinitis distet a qualibet creatura: ad hoc quod ipse in hac miseria aliquatenus cognoscatur, oportet animam sic appropinquare eidem, vt quoquomodo attīgatur ab ipsa. Cum ergo solus amor faciat animam appropinquare ad deum per sui extensionem, inq̄tum igiť mens amat attē tius, intantum fonti luminis appropinquat: & per cō sequens inquātum propinquior est fonti luminis per amorem, intantum plus intellectus illumiatur ab eo per cognitionem. Primo igitur in diuinis est ardendo amare, quam intelligendo cognoscere. ¶ Solutio. Dicendum secundum beatum Dion. in principio Mysticæ Theologię: Sapientia ista dicitur solum christianorum, & fidei cognitionem supponit & charitatis fundamentum. Vnde nullus mortalis in quantūcunq; sit philosophus vel sciens, hanc sapientiam quæ est in supremo affectu, mentis humanæ facultatem transcendens, nec potuit nec poterit apprehendere rationum inuestigatione vel intelligentiæ exercitio: sed solis filijs a solo patre æterno consolationē expectantibus paterno etiam affectu misericorditer reseratur. Et iō mystica .i. clausa vel occulta dicitur, quia a paucis cognita. Vnde notandum, quod duplex est modus apprehendendi secundum duplicem naturalem potentiam pertingendi ad deum. Nam quælibet anima habet potentiam intelligendi, & hæc est potētia intellectus: & potentiā amandi, quæ affectus dicitur: quibus deū apprehendit, q est summa veritas & summa bonitas. Vnde intellectu apprehendimus veritatem, affectu attingimus

Soluūtur arg[illegible]

 gimus

gimus bonitatem. Secundum hæc duo est duplex via excellentiæ. Vna quæ dicitur contemplatio, & hęc figuratur per Rachelem, quæ dicitur venusta aspectu: qñ mens .s. lumine desuper infuso, diuinitus habet meditando vel cogitando solum cœlestia contẽplari. Alia est in affectu, & hæc dicitur ardor amoris: quando .s. igne spiritussancti desuper misso, anima flammigeris affectionibus ad solum deum aspirans, ipsum solũ desiderat: vt sibi per strictiorem amorem intimius vniatur: & hæc dicitur optima pars Mariæ, quę ardebat desiderio, vt dicitur in Iohanne. Vnde sicut nouum testamentum præstantius est veteri: sic via amoris siue perfectionis quæ est in ardore amoris, quæ est designata per Mariam, est nobilior omni meditatione & contẽplatione intellectuali quæ designatur per Raphaelem. Sed notandum ad hoc quod veritas efficacius videat, quod duplex est comtemplatio in intellectu: similiter & ardor amoris dupliciter acquiritur in affectu. Quædam enim est meditatio vel contemplatio ab inferioribus ad superiora, quædam vero econtrario descendens a supioribus ad inferiora. De prima determinat Richardus de sancto Victore in Arca mystica, ostendens per quadraginta duas meditationes, vel considerationes in creaturis, quomodo mens lumine intelligentiæ decorata, ad cognitionem summi creatoris debet attingere: vt sicut Israeliticus populus peruenit ab ægypto per quadraginta duas mãsiones ad terram pmissionis: sic anima fidelis per illas quadraginta duas cõsiderationes in sex gradibus ordinatas, vsq; ad cognitionem summæ veritatis attingit, omni rationali spiritui optatam. Alia vero contemplatio est econuerso procedens. Nam mens lumine desuper immisso, secũdũ regulas veritatis & rões æternas (q̃s scdm illũinationes diuinas in seipsa pcipit meditãdo) de inferioribus creaturis iudicat, & scdm ꝙ ãpliori lũine aïa desuper irradiãdo infundit, sic in tãto infallibilius scdm illas cãs & rõnes (q̃ sunt idẽ q̃d de⁹, a q̃ oïs creatura exẽplata

Gene. 29

Lucæ. 10

Num. 33

plata

iata & ideata primordialiter exiuit) veritatem in creaturis & in omnibus effectibus multo melius q̃ ratiocinando animus perscrutatur. Non tamen intelligendum est, quin ista contemplatio in affectiõe terminetur, aliter nulla esset. De istis vero nihil ad præsens. Multo enim excellẽtior & multo amabilior, & ad obtinẽdum facilior est ardor amoris. Sed ad istum ardorem amoris est duplex modus attingendi. Vnus scholasticus & cõmunis, alius mysticus & secretus. Primus est per modum inquisitionis & eleuatiõis, & incipitur ab inferioribus vsq; ad summum per exercitium diuturnius ascendendo, verbi gratia: Modus deum amãdi per meditationem præuiam iste est. Primo fidelis discipulus sensu exteriori siue oculo conspicit creaturas exteriores: deinde etiam aliquantulum ascendendo, quod iam percepit oculo exteriori, in imaginatione repositum conseruat: deinde magis eleuando, ratiocinãdo, & conferendo, vna causa creatrix omniũ necessario inuenitur. Et sic peruenerunt philosophi ad cognitionem dei. Nam ipsi videntes tantam creaturarum magnitudinem, tam decoram ordinationem, tantam vtilitatem earundem, per hæc ipsi & quilibet alij vnum creatorem potentissimum, sapientissimum optimum infallibiliter cognouerunt: & hoc per potẽtiam animæ superiorem sensu exteriori, & imaginatione quæ ratio nuncupatur. Deinde ex ista cõsideratiõe creaturarum quidam habitus per prædicta in intellectu relinquitur, vbi primordiale fundamentum creaturarum relinquitur & esse: non tantum per conspectionem creaturarum, sed per irradiationem & illuminationem immissam quodammodo mens à deo ad contemplanda diuina præclarius eleuatur: & hæc potentia vocatur intellectiua siue intellectus, qui solũ in meditatione pura consistit. Vltimo omnis meditatio vel contemplatio in affectione vel vnitione desiderabili terminatur. Vnde meditatiõ vel contẽplatio sine affectiõe amoris subseq̃nte, parũ pdest aut nihil.

Vnde

gimus bonitatem. Secundum hæc duo est duplex via excellentiæ. Vna quæ dicitur contemplatio, & hęc figuratur per Rachelem, quæ dicitur venusta aspectu: qñ mens. s. lumine desuper infuso, diuinitus habet meditando vel cogitando solum cœlestia cōtēplari. Alia est in affectu, & hæc dicitur ardor amoris: quando. s. igne spiritussancti desuper misso, anima flammigeris affectionibus ad solum deum aspirans, ipsum solū desiderat: vt sibi per strictiorem amorem intimius vniatur: & hæc dicitur optima pars Mariæ, quę ardebat desiderio, vt dicitur in Iohanne. Vnde sicut nouum testamentum præstantius est veteri: sic via amoris siue pfectionis quæ est in ardore amoris, quæ est designata per Mariam, est nobilior omni meditatione & contēplatione intellectuali quæ designatur per Raphaelem. Sed notandum ad hoc quod veritas efficacius videat, quod duplex est comtemplatio in intellectu: similiter & ardor amoris dupliciter acquiritur in affectu. Quædam enim est meditatio vel contemplatio ab inferioribus ad superiora, quædam vero econtrario descendens a supioribus ad inferiora. De prima determinat Richardus de sancto Victore in Arca mystica, oñdens per quadraginta duas meditationes, vel considerationes in creaturis, quomodo mens lumine intelligentiæ decorata, ad cognitionem summi creatoris debet attingere: vt sicut Israeliticus populus peruenit ab ægypto per quadraginta duas māsiones ad terram ꝑmissionis: sic anima fidelis per illas quadraginta duas cōsiderationes in sex gradibus ordinatas, vsq; ad cognitionem summæ veritatis attingit, omni rationali spiritui optatam. Alia vero contemplatio est econuerso procedens. Nam mens lumine desuper immisso, secū dū regulas veritatis & rōes æternas (q̄s scdm illūinationes diuinas in seipsa pcipit meditādo) de inferioribus creaturis iudicat, & scdm ꝙ āpliori lūine aīa desup irradiādo infundit, sic in tāto infallibilius scdm illas cās & rōnes (q̄ sunt idē q̄d de⁹, à q̄ oīs creatura exē

Gene. 29

Lucæ. 10

Num. 33

plata

lata & ideata primordialiter exiuit) veritatem in creaturis & in omnibus effectibus multo melius q̃ ratiocinando animus perscrutatur Non tamen intelligendum est, quin ista contemplatio in affectiõe terminetur, aliter nulla esset. De istis vero nihil ad præsens Multo enim excellẽtior & multo amabilior, & ad obtinẽdum facilior est ardor amoris. Sed ad istum ardorem amoris est duplex modus attingendi. Vnus scholasticus & cõmunis, alius mysticus & secretus. Primus est per modum inquisitionis & eleuatiõis, & incipitur ab inferioribus vsq; ad summum per exercitium diuturnius ascendendo, verbi gratia: Modus deum amãdi per meditationem præuiam iste est. Primo fidelis discipulus sensu exteriori siue oculo conspicit creaturas exteriores: deinde etiam aliquantulum ascendendo, quod iam percepit oculo exteriori, in imaginatione repositum conseruat: deinde magis eleuando, ratiocinãdo, & conferendo, vna causa creatrix omniũ necessario inuenitur. Et sic peruenerunt philosophi ad cognitionem dei. Nam ipsi videntes tantam creaturarum magnitudinem, tam decoram ordinationem, tantam vtilitatem earundem, per hæc ipsi & quilibet alij vnum creatorem potentissimum, sapientissimum optimum infallibiliter cognouerunt: & hoc per potẽtiam animæ superiorem sensu exteriori, & imaginatione quæ ratio nuncupatur. Deinde ex ista cõsideratiõe creaturarum quidam habitus per prædicta in intellectu relinquitur, vbi primordiale fundamentum creaturarum relinquitur & esse: non tantum per conspectionem creaturarum, sed per irradiationem & illuminationem immissam quodammodo mens à deo ad contemplanda diuina præclarius eleuatur: & hæc potentia vocatur intellectiua siue intellectus, qui solũ in meditatione pura consistit. Vltimo omnis meditatio vel contemplatio in affectione vel vnitione desiderabili terminatur. Vnde meditatiõ vel contẽplatio sine affectiõe amoris subseq̃nte, pa℞ ꝓdest aut nihil.

Vnde

Vnde dicit Augustinus: Quod non licet semper volitādo cogitare sed amādo inhærere: vt cognitio vel meditatio præcedat affectionem amoris. ¶ Secundo etiā anima fidelis sine omnibus alijs creaturis per solā cognitionem immissam a deo in ipso afficitur. Alius aūt modus consurgendi in deum est multò his omnibus nobilior prædictis, & ad habendum facilior. Et hæc ē sapientia vnitiua, quæ est in amoris desiderio per affectiones flammigeras etiam superius aspirādo, q̄ diffinitur a beato Dion. in 7. de diuinis nominibus sic. Sapientia est diuinissima dei cognitio, quæ est per ignorantiam cognita secundum vnitionem super mētem quando mens ab omnibus alijs recedēs, postea etiam seipsam dimittens, vnita est super splēdentibus radijs inscrutabili & profundæ sapientiæ illuminata. Vnde in hac sapientia secundum quod dicitur in primo Mysticæ Theologiæ sic: Sensus & sensibilia derelinque, intelligibilia & non intelligibilia, &c. Vnde ista sapiētia sine omni inuestigatione vel meditatione p̄uia amantis affectum sursum trahit. Vnde non ibi oportet cogitare, nec de creaturis, nec de angelis, nec de deo, nec de trinitate: quia hæc sapiētia non per meditationem p̄uiam, sed per affectus desiderium habet aspirando cōsurgere. Sed notandum, quod ista sapiētia alio modo intelligitur in proficientibus, aliter in perfectis. Proficientes enim necesse habent se purgare per viam quæ dicta est, videlicet per humilitatem & contritiōem & illuminationem per modum orationis, & postea aliquantulum cogitando ipsi deo desuper inflāmanti occurrere, non tamen meditando de deo vel angelis, vt dictum est: sed consurgendo secūdum illam viam quæ immediate sequitur viam purgatiuam, in expositiōe minori de pater noster, quæ est oratio in spiritu & veritate. Sed postquam affectus se exercendo diuturnius vel cogitando secundum quod ibi docetur diligētius se erexerit: tunc dimittitur omnis cogitatio vel meditatio, & solum per amoris desiderium, quotiescunque

vult,

vult, vel de die vel de nocte, intus vel extra ad vnitionem ipsius dilecti solum aspirans, animus consurgentis se erigit: & ibi amoris affectio praecedit cogitationẽ. Nam illud quod sentit affectus, vere intelligit intellectus. Et sicut dictũ est de cõtẽplatione, q̃d duplex est, vna quae ascendit, alia quae descendit: sic est etiã in affectione amoris. Nam secũdum viam scholasticam quae dicta est, ascenditur ab inferioribus creaturis vsq; ad affectũ amoris. In sapia aũt mystica contrariũ est. Nã iste verus amor, qui est spiritus sanctus tertia persona in diuinis, & vltima respectu ordinis personarum, nobis est propinquior & prima in consurrectione affectiua in deũ. Vnde & ipse spiritus sanctus per ignẽ amoris tangit & inflammat supremum affectiuae apicem: & indicibiliter sine omni cogitatione vel rationis discretione ad se trahit. Vnde sicut lapis suo pondere trahitur & fertur naturaliter ad suum centrum inferius sic apex affectus suo pondere & directione immediate & sine aliqua obliquatione absq; omni praeuia vel cõcomitante cogitatione sursum fertur in deum. Vnde illa potentia quae est affectus & supremũ in spiritu hominis, spiritui sancto immediate amoris vinculo est vnibilis. Et haec potentia vt est supremum in spũ, quasi ab omnibus ignorat, nisi ab illis in qbus ab igne spũs sancti, immediate apex affectus tangitur & mouetur. Vnde Dion. hanc virtutẽ vocat immediate motam a spiritu sancto, & secundum istam procedit tota ista mystica theologia, & dicit sic: Est & nunc a nobis lex praedefinita veritatem de deo docens nos asseuerare non in persuasibilibus hũanae sapientię verbis: sed in demonstratione a spiritu mota theoricarum virtutum, secundum quam ineffabiliter & ignitae ineffabiliter & ignotae coniungimur secundum meliorem nostrae intellectualis virtutis & operationis vniõem, &c. Vnde secundum istam virtutem motam a spiritu sancto immediate est multo maior de deo cognitio, quã per omnem intellectum vel rationem inuestigando.

Colo. 2

Vnde

Vnde primum tangitur supremus apex affectus, secũdum quem mouetur per ardorem in deum: & ex isto contactu relinquitur in mente verissima cognitio intellectus. Nam istđ solum quod sentit de diuinis affectus, verissime apprehendit intellectus: vt dicitur in fine primi capituli Mysticę Theologię sic: Per vnitionẽ dilectionis, quæ est affectiua veræ cognitionis, vnitur deo intellectualiter ignoto, &c. Ex qua etiam vnitiõe ingenium ad inuestiganda occulta mirabiliter clarescit. Per hanc etiam imaginaria & phantastica dirumpuntur, Per hanc etiam sensuum exteriorum inordĩatio quasi quodam retinaculo interiori refrenatur, vsque etiam ad carnis sensualitatem, corruptionem corporum pestiferam mortificando, vbi ignitus scilicet affectus redundat. Nam quanto mens plus aspirando erigitur, tanto plus debilitatur ipsius carnis male inflãmantis corrruptela. Per hoc pro magna parte scholastici & mystici doctoris diuersitas patet. Nam secundum diuersos intellectus vtriusq; procedunt argumẽta. Ad primum dicendum est, quod istud: In meditatione mea exardescet, &c. intelligitur in proficientibus. Nam quia in talibus nondum ardor amoris abũdat, propter hoc oportet quod aliquantulum affectus meditando secundũ illam viam quę dicta est in expositione minori orationis dominicæ, efficacius excitetur & non cogitando de angelis, de supercœlestibus, de deo vel de trinitate: quod tamen in tertio statu in via vnitiui amoris, perfecto iam exercitato, cogitatio præuia dimittit. Sicut videmus in pontibus, quod in pontis ædificatione ligna lapidibus supponuntur, postea iam constructo ædificio muri lapidei firmitate perfecta, cuncta ligna amouentur: quia sine ipsorum obsequio structura muri lapidei potest perstare immobilis: Sic etiam hic in proficientibus cogitatio prædicto modo præmittitur, deinde seqtur affectio amoris: qua perfecte obtẽta, totius cogitatiõis vel meditatiõis præuiæ vel cõcomitantis obsequiũ, vt supra dictũ est, amouetur.

uetur. Ad secundum dicēdum est, quod illud bene cōcedimus: Inuisa possumus diligere, incognita nequaquam. Nam sapientia mystica supponit cognitionē si dei. Vnde in principio Mysticæ theologiæ vocatur sapientia Christianorum. Vel aliter quia duplex est cognitio, vna præcedit amoris affectum. In primo enim affectu vel processu secundū viam scholasticam cōmunem, est ibi prima cognitio per creaturas de deo vel p intellectum, anteꝗ in ipso amoris affectio accēdatur, & secundū hoc istud Augu. intelligitur. Sed in processu mystico secundū Dio. amoris affectus intellectus cogitationem ꝑcedit vt dictum est. Et de vtraq; loqtur ꝓpheta Dauid. Vnde quantum ad primam dicit: In meditatiōe mea exardescet ignis. De alia: Accedite ad eū, scilicet per passus amoris: & illuminamini, per cognitionem veritatis. Et ista cognitio est certior, ꝗ prima & infallibilior: sicut multoties aliqd per aliqua signa ꝗ videntur in ip̄o, esse delectabile ad vescendū cognoscitur: ex qua cognitione ad hoc vt comedatur, appetitus videntis pluries inardescit. Postea quando illud gustatur, amplior & certior cognitio ex ipso gustu relinqtur quàm illa esset ꝗ ipsum gustum prçcesserat: sic & in his eodem modo intelligit. Ad tertiū: In diuinis, &c. Dicendum, ꝙ verum est secundū modum coēm, & ipsa aīa actualiter conscendente. Secundū aūt processum mysticū cōtrariū est. Et sic ꝓcedit ista obiectio alterius ptis, q̄d patet in ꝓcessu ipsoꝝ argumētoꝝ. Per hoc patet aliđ de Cherubī & Seraphī: veꝝ ē, ꝗtū ab infimis supius ascēdēdo: & sic cogitatio ꝑcedit amorē, sicut Cherubim ꝑcedit Seraphim: cōtrariū aūt est descēdendo. Nā primo & principaliter recipit influentiam à deo Seraphim quàm Cherubim: & similiter descendendo pri⁹ mouet affectus p amorem in deū ꝗ istđ q̄d sentit affectus pcipiat intellectus: & sic currit scđa ps cōtrariæ ptis. Ad ꝗtum dicendū, q̄d nō ē simile de btis & de viatorib⁹. Nā btī iā ip̄am claritatē lucis æternę vidēt facie ad faciē absq; vlla admixtione fantastica vel

corporis

corporis corruptione obtenebrante caligine vel me-
dio contemplantes, & ideo ibi est summa ordinatio,
quia nullum est ibi impedimentum. Ideo primo natu
raliter intellectus diuinam pulchritudinem apprehē
dit quam in ipsa affectus vniōe indissolubili delecte-
tur. In viatoribus autem licet ament existentes in cor
pore, tamen sicut dicit philosophus: Intellectus huma
nus est fantasiæ admixtus, ideo omne intelligibile &
maxime summū intelligibile quod est deus ipse, fan-
tastice apprehendit, quod si etiam per amorem & illu-
minationem diuinitus immissam ab intellectu admi-
xtio fantastica separetur: semper tamen intellectus q̄
tumcunq; cœlitus illuminetur, deum modo finito &
limitato apprehendit, qui tamen immensus & infini
tus est. Et ideo omnis intellectualis cogitatio semp est
impura & immunda. Et ideo in præsenti si vera sit cō-
surrectio mystica, iubet ipsam Dio. ab amoris affectu
totaliter sequestrari, & per solum ardoris amorē con
surgere, quia & si totus sit desiderabilis sicut in Canti-
cis dicitur, non tamen totus comprehensibilis nec in
præsenti nec in futuro. Et inquantum efficacius in
ipsa consurrectione om̄is cognitio intellectiua rescin
ditur: intātum ardoris affectus veluti liber superenan-
tans citius quod desiderat apprehendit. Et hoc sum-
me cauendum est, vt nulla cognitio intellectualis se
amoris vnitiui cōsurrectiōi admisceat. ¶ Ad sextū di-
cendum est, q̄d solutū est scd̄m duplicem modum con
surgendi per amorem; vt dictum est, neq; de trinitate
neq; de angelis. Per istud idem soluitur septimum.
¶ Ad octauum dicendum est, quod licet modus cōsur-
gendi mystice stultus & irrationabilis ignorantibus
hanc sapientiam videatur: tamen sapientissime & mi
ra procedit ordinatione. Nam solo pondere & discre
tione amoris affectus verius & certius & infallibilius
in ipsum quem diligit fertur quam ocul⁹ corporalis
aliquid sensibile videat, vel intellectus possit de deo
per cogitationem aliquam apprehendere veritatem.
Si quæ-

Si quęritur, quid igitur cogitabo, cum de deo cogitare non debeam, nec de angelis? Dicendum, quod solum aspirabit & non cogitabit. Vnde tunc sine aliqua cogitatione de deo vel de angelis, si mens secundum viam purgatiuam est aliquatenus pręparata, si nescierit alia dicere nisi hoc modo consurgere dicens sic: O domine quando te diligam, quando te constringam? Si hoc sæpissime frequentaret, citius se sciret experimentaliter inflāmari, q̃ si de secretissimis cœlestibus & æterna generatione vel processione millies cogitaret. Vnde ista est optima stultitia, de qua dicit beatus Dion. sic: Hanc igitur stultam & irrationabilem & amentem sapientiam excedenter laudantes dicimus, q̄d omnis est mentis & rationis & prudentiæ causa, sicut dictum est supius in opponendo. ¶Ad nonum dicendum est, quod deus secundum consurrectionem istius sapientiæ nō apprehenditur per modum entis, nec vt vnum, nec vt verum, nec vt bonum: sed quando ista vis animæ supꝛma (quę est apex affectus) tangitur ab igne amoris, illo motu & tactu scintillat affectus aspirando in deum. Ideo beatus Dion. istos doctores scholasticos & speculatiuos confutat; quia oīa se scire existimant, cū tamen de vera sapientia qua mens ad deum trahitur, parum aut nihil nisi forte coniecturando vel opinando cognoscant, & talibus non debere vllatenus istam veram sapientiam propalari, ad Tim. scribēs sic: Vide autem, ne quis indoctorum ista audiat. Indoctos autē dico, qui existentibus sunt firmati, &cę. Et tales irridens sic infert statim post: Qui sua existimatione credūt diuina percipere ingenio, vel scientiæ plenitudine: sic indoctos autem dico, &c. Et post: Se putantes ea quæ secundum ipsos est cognitione scire eum qui ponit tenebras latibulum suum, &cę. Et hoc est, qa ista cognitio est totaliter supra mentem, & vbi omnis intellectus deficit: qui non apprehendit, nisi sub ratione noti vel boni. Mystica vero theologia per apicem affectionis docet discipulos veritatis consurgere per amorem: imo

alias veri.

o quod

quod plus est, nunquam actualiter possit mēs his mo- tibus cōsurgere, si aliquid cogitaret consurgens: imo mirabiliter deprimeretur à sua eleuatiōe affectio, sed potius intellectiuam quasi pedissequam subtractam re linquit inferius. Et sine sui obsequio ad dilecti vnionē consurgit motibus sursum actiuis ab ipsa eminenti- us eleuata plus distat ab ea, quam ab ortu solis meri- dies: & hoc quotienscunq; vult, de die siue de nocte, cē- ties vel millesies, si corpus possit sustinere. Et q̄d ita sit exemplo materiali ad præsens vtar, vt valeas intelli- gere. Considero motum lapidis suo pondere naturali ter descēdentis ad centrum. Sic per pōdus amoris affe- ctus dispositus in deum sine omni cogitatione vel deli- beratione consurgit, veluti in suum centrum se exten dens: & motibus istis se eleuat in continuo desiderio, cuius complementum & intuitus quietem in æterna beatitudine obtinebit: nisi quandoq; ad modicū tem- poris, sicut est in raptu, diuina subleuatione supra sei- psum non natura sed gratia sublimetur. Sed si hoc nō potest percipere doctor speculatiuus, vel scholasticus discipulus: audiat ab Apostolo q fuit principalis hie- rarcha huius sapiētiæ, quam nullus Græcorum sapiē- tium intellegere potuit, quoniam hæc sapiētia solum spiritali examinatione cognoscitur, de qua loquitur ad Corinthios dicens: Spiritus noster spiritui diuino vnitus, sentit quæ sunt eius. Et hęc sapientia est quam inter perfectos loquebatur. Vnde est illud quod domi nus promisit Apostolis cum dixit: Induemini virtute ex alto. Vnde sicut sacerdos induit se à capite scz à par te superiori: sic anima induitur à parte summi affe- ctus. Vnde primo tangitur igne spiritus sancti, quam aliqua cogitatio veniat. Patet ergo euidenter, quod a- nima veræ amans potest consurgere in deum per a- ctum accensum amoris desiderio sine aliqua cogita- tione præuia.

¶Hugonis Carthusiani de triplici via ad sapienti- am & contemplationem opusculi finis.

AD LECTOREM.

NEmo quęso me putet Carthusien. hic ordinis gloriam venari, aut in suggillationē cuius piam, vel authoris vel ordinis, q̄bus hactenus hic liber sub vario nomine ascriptus est, nouū eidē libro dedisse authorē: sed patrocinari potius me credat veritati. Nec voluisse cuiquam adulari, vt libro alium q̄ ex quatuor vetustissimis manuscriptis exēplaribus cō perio inscribam, siue titulum siue authorem: p̄fert im cum liber ipse se mox prodat authori, atq; ex officina Carthusiana ante multos annos sese natū manifestet fo. 237. facie secunda. Qamuis enim nonnulli Carthusię nomen abrogare voluerint, vt alteri furtim supponerent librum: verba tamē quæ præcedunt, quæ etiam sequuntur (modo vera exemplaria inspiciantur) de Carthusiana solitudine tam liq̄do commemorāt, vt alterius quā Carthusiani liber esse non possit. Legatur igitur (vt est) sub nomine Hugonis de Palma, vel vt alij scripserunt, Henrici de Baldea Carthusiani, vtiq; & viri egregie ac profunde contemplatiui: aut si placet, de authore non grandis quęstio fiat, cum liber se ipsum eruditione adeo commendet, adeo cæteris p̄stet vt nullo patrocinio peregrino egeat, nulla cōmendatione authoris fieri queat illustrior.

¶ Errata melioris exēplaris beneficio in p̄scripto opusculo restituta.

facie. 1. li. 34. p̄ picturaꝝ inutiliū reꝝ, lege q̄ternioꝝ ouinaꝝ pellium, vel q̄ternionū folioꝝ. fo 235. a. li. 12. p̄ manifestatale. manifestatur. fo. 235. a. li. 26. le. ipsius contemptus. fo. 236. b. li. 31. pro illuminat le. eliminat fol. 239. a. li. 17. le. includitur theorice speculand o, sed affectuose orando potest ista. Ibidem li. 19. pro con tem plationem lege completionem. Ibidem. b. li. 3. pro imaginem le. imaginationem. Ibidem linea. 19. pro adimplebit le. obtinebit. fo. 241. a. li. 23. le. vbi scz ad ineffabile mysterium consurgit. folio. 243. a. linea tricesima quarta. pro abstractio lege abstractiuo.

fo.246.a.li. 30. pro proprij amoris lege vniuiui a-
ris.fo.248.a.li.36.pro indicimus lege incidimus. Ibi.
b.linea 4.pro irradiationẽ lege inordinationes.Ibid.
linea 25.pro adiuuatur lege adimatur.fo.249.b li.17.
pro leuians lege leuigans.fo.250.b.li.36.pro solitam
lege solicitam.fo.251.b.li.1.pro iucunditatem tuam,
lege iucundanter anima à creatore.fo.256.b.li.17.le.
Sed mens hinc.Ibid.li.24.lege,quia ibi affectiua intel-
ligentia. Ibid.linea 27.lege glorificatis incomparabi-
liter excedatur.fo.258.b.lin.28.ꝑ apice lege apicẽ fo.
299.a.li.12.pro desiderant lege desideratur. Ibid.b.li.
38.pro adamplies lege adimples. fol.261.a.16.pro vi-
sure lege visura.Ibid.b.li.10.lege. Et si in principio ali
q̃ forsitan difficultas aut reputata intolerabilitas.fol.
264.a.li.32.pro amore lege amare.Ibid.b.lin.37. lege
in suo loco naturali.

D. EVSEBII EPISCOPI EMISENI

Homiliæ decẽ ad monachos veteris monastices sanctimonia atq; eruditione spectabiles.

¶Homilia prima de tremendo dei iudicio, gehennæq; cruciatibus.

EXHORTATVR nos sermo diuinus vt curramus dum lucẽ habemus priusquam tenebrę nos comprehendant. Lucem habemus si cupimus, si gressum si dei promouemus. In tenebris residemus, si ꝓmoueri cessamus. Paratos nos inueniat extrema necessitas, quæ sæpe præuenit imparatos. Certam nobis imponat solicitudinem incerta cõditio. Quotidianus fit illius periculi metus, cuius nescitur incursus. Quàm tarde miseram animã suorum malorum pœnitebit, cũ die vltimo supueniẽte separari se à corpore suo viderit, cũ sibi in fine claudenti oculos nigrescere & horrescere vox cœperit, cũ iam ante se vacuum salutis ac lucis, infelicem commilitonem suum viderit incentorem pariter & deceptorem, cum quo de arena mũdi huius per flagitium suũ vita discessit, cum cœperit ab eodem iam diuulsa immanes & inanes super eũ dare planctus, & dicere: Vbi sunt cupiditates & animositates tuæ, quibus hucusq; impatienter arsisti, & arsura iugiter congregasti? Ecce transierunt omnia tanquam vmbra. Abierũt oblectamenta, & sola imperpetuũ opprobria & crimina remãserunt. Væ mihi o anima, ad tam perditum vas velim nolimue, reditura sum, & pp fugitiuas voluptates nũq effugiendis cum eo vaporibus concremenda. Quid inter hæc aget, quum eã cœperit ad definitam sententiam & immobili lege defixam importunus depositi exactor abstrahere & hĩcinde insultare & insistere infernaliũ diræ facies ministroꝝ. Quid erit aĩ ab appa-

Iohan. 12

 ritoribus

ritorib' mortis p hūc vastū aerē separi, p semitasq; um
brarū trās die abduci cœpit, & neq̄ q̄ remeabile it agere,
p fines illos vbi ipsa lux deficit cū pegria vbiq; aia
comitāte malorū suorū tristi agmie viderit se p extremas
mūdi oras in illud ināe & vacuū cadere de mūdo:
atq; illud magnū chaos q̄d vitæ mortisq; regionē discernit
intrare: & vitales auras naturæ ipsius exul amittere,
quū rebus humanis vale vltimū dicēs, mortē āte
se habēs & vitā post se relinq̄ns, in illud horrēdū & vix
oculis attingēdū ptrahit pfundū, diuersis auaritiæ &
malitiæ catenata criminibus: q̄tū pdidit p̄ciū, tātū ac
ceptura suppliciū? Quū ad hæc itaq; crudelis custodiæ
puentū fuerit loca, vbi iā futuri pœna iudicij ipsa sui
expectatiōe desæuiet, ne dicā aliud, solus mœror excru
ciabit aiam vniuersis solatijs destitutā, solā torquebit
cogitatio desperatā, solus examinabit attonitā. Et q̄a
nulla ibi erit parādi victus aut vestitus solicitudo, nul
la laborādi, militādi agēdiue occupatio, nulla facultas
aut honoris ābitio, solus mētē oibus alijs curis va
cuā intolerādus reddēdæ rōnis terror ip̄lebit, solū ac
totū iudicij pōdus captiuis sensib' iminebit, Quid vero,
qñ regredi ad carcerē corpis sui, & p resurrectionē recipere
illū p̄cipiet ad societatē malorū? Quid faciet cū
fœdis malorū signis castis angelorū p̄sentāda cōspectibus,
& añ regē sęculorū causam de singulis reddituras?
Quæ mō absq; dubio si cui in medio obijcerēt, reatū
suū itra se sustinere nō posset, pudore magnæ cōfusionis
oppress'. Quid tūc animi habebit, cū alios illic ero
gāte dño pcipere viderit illesæ & integræ fidei brauiū,
cādidæ thesaurū castitatis, fructus misericordię, talēta
iustitię: cū indigna sibi sorte cōspexerit nouissimos de
primis fieri, & de nouissimis primos, paupes supra diuites,
seruos supra dños glificari, & vnūquēq; p meritis
imortalitatis luce pfusum in āgelorū statū ex hoib'
pmoueri: & cū terreno q̄ndā corpe supra excelsa regni
cœlestis iponi, & int filios maiestatis opulēta pētis dei
hæreditate ditari: se aūt int hæc cū pctis suis relictā de
spectaculo felicitatis alienę dolorū iitia reportātē? qd
post hæc quū se, miserāda cōditio, viderit oi cōsolatiōe

Luc. 2
Timo. 1

crucis gña. Vnum corporale, & aliud spirituale. Vnum à potu & epulis temperare, appetum gulæ à delectatiõi bus & mollissimis suauitatibus coercere, ab his quæ p tactum gustum visumq; decipiunt, sensum viriliter re uocare ac violenter abstrahere. Alterum abstinentiæ crucis genus est preciosius & sublimius, motus animi regere & perturbationes illius modesta tranquillitate pacare, ac superbiæ impetus quasi feram bestiam refre nare, litigare quotidie contra vitia sua, increpare quã dam cẽsura atq; austeritate virtutis, & rixam quodam modo cum homine interiore conserere. Hęc facit, qui pręrupto passionum muro violenter ad regna cœloℛ conscẽdit. Ad q̃ nos perducere in suo viuentes timore dignetur, qui viuit & regnat in secula seculoℛ, Amen

¶De ardenti stabiliq; ad cœlestia progressu.

¶Homilia Tertia.

INstruit nos atq; hortatur sermo diuinus, qualiter nos attingere debeamus ad inquirenda, pmissa sua & obtinenda illa bona quæ nec visu capi, nec audi- tu percipi, nec cogitatu comprehẽdi possunt: Petite (in- quit) & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & ape- rietur vobis. Id est, vt petamus orando, quæramus la- borando, pulsemus desiderando: Pulsemus proficien do, pulsemus perseuerando, & in spe cœlestium pmis- sorum tanto incitemur studio tantoq; inardescamus affectu, vt cum præmiorum dignitate desideriorum magnitudo cõcordet. Non vult deus noster bona sua nimia inueniendi facilitate vilescere. Preciosa & con- cupiscibilis merces, cupidum & auidum negociatorẽ requirit. Ergo ille tantorum munerum repromissor non vult in opere suo habere tepidum, despicit fasti- diosum, recusat coactum, respuit indeuotum. Lentum enim & parum gratum quærere gratiam diuini mune ris maxima ẽ iniuria remuneratoris. Ergo totis licet animæ & corporis laboribus desudemus, totis licet o- bedientiæ viribus exerceamur, nihil tamẽ condignũ merito pro cœlestibus bonis compensare & offerre

Isaiæ. 64.
1. Corin. 2
Luca. [illegible]

 valemus

ritorib' mortis p hūc vastū aerē separi, p semitasq; um bra℞ trās diē abduci cœpit, & neq̄ q̄ remeabile iť age re, p fines illos vbi ipsa lux deficit cū pegria vbiq; aīa comitāte malo℞ suo℞ tristi agmīe viderit se p extre mas mūdi oras in illud ināe & vacuū cadere de mūdo: atq; illud magnū chaos q̄d vitæ mortisq; regionē dis cernit intrare: & vitales auras naturæ ipsius exul amit tere, quū rebus humanis vale vltimū dicēs, mortē āte se habēs & vitā post se relinq̄ns, in illud horrēdū & vix oculis attingēdū ptrahiť pfundū, diuersis auaritiæ & malitiæ catenata criminibus: q̄tū pdidit pciū, tātū ac ceptura suppliciū? Quū ad hæc itaq; crudelis custodiæ puentū fuerit loca, vbi iā futuri pœna iudicij ipsa sui expectatiōe desęuiet, ne dicā aliud, solus mœror excru ciabit aīam vniuersis solatijs destitutā, solā torquebit cogitatio desperatā, solus examinabit attonitā. Et q̄a nulla ibi erit parādi victus aut vestitus solicitudo, nul la laborādi, militādi agēdiue occupatio, nulla facul tas aut honoris āb itio, solus mētē oībus aliis curis va cuā intolerādus reddēdæ rōnis terror īplebit, solū ac totū iudicij pōdus captiuis sensib' iminebit, Quid vo, q̄n regredi ad carcerē corpis sui, & p resurrectionē re cipere illd̄ pcipieť ad societatē malo℞? Quid faciet cū fœdis malo℞ signis castis angelo℞ psentāda cōspecti bus, & añ regē sęculo℞ causam de singulis redditura? Quæ mō absq; dubio si cui in medio obijcereť, reatū suū itra se sustinere nō posset, pudore magnæ cōfusio nis oppress'. Quid tūc animi habebit, cū alios illic ero gāte dn̄o pcipere viderit illesæ & integræ fidei brauiū, cādidæ thesau℞ castitatis, fructus misericordię, talēta iustitię: cū indigna sibi sorte cōspexerit nouissimos de primis fieri, & de nouissimis primos, paupes supra di uites, seruos supra dn̄os gl'ificari, & vnūquēq; p meri tis imortalitatis luce pfusum in āgelo℞ statū ex hoib' pmoueri: & cū terreno q̄ndā corpe supra excelsa regni cœlestis iponi, & inter filios maiestatis opulēta pēris deī hæreditate ditari: se aūt inť hæc cū pctis suis relictā de spectaculo felicitatis alienę dolo℞ iitia reportātē? q̄d post hæc quū se, miserāda cōditio, viderit oī cōsolatiōe

Luc. 2

Timo. 1

crucis gña. Vnum corporale, & aliud spirituale. Vnum à potu & epulis temperare, appetum gulæ à delectatiōibus & mollissimis suauitatibus coercere, ab his quæ p tactum gustum visumq; decipiunt, sensum viriliter reuocare ac violenter abstrahere. Alterum abstinentiæ crucis genus est preciosius & sublimius, motus animi regere & perturbationes illius modesta tranquillitate pacare, ac superbiæ impetus quasi feram bestiam refrenare, litigare quotidie contra vitia sua, increpare quadam cēsura atq; austeritate virtutis, & rixam quodam modo cum homine interiore conferere. Hęc facit, qui prętupto passionum muro violenter ad regna cœlorū conscēdit. Ad q̄ nos perducere in suo viuentes timore dignetur, qui viuit & regnat in secula seculorū, Amen

¶De ardenti stabiliq; ad cœlestia progressu,

¶Homilia Tertia.

INstruit nos atq; hortatur sermo diuinus, qualiter nos attingere debeamus ad inquirenda, pmissa sua & obtinenda illa bona quæ nec visu capi, nec auditu percipi, nec cogitatu comprehēdi possunt: Petite (inquit) & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Id est, vt petamus orando, quæramus laborando, pulsemus desiderando: Pulsemus proficiendo, pulsemus perseuerando, & in spe cœlestium, pmissorum tanto incitemur studio tantoq; inardescamus affectu, vt cum præmiorum dignitate desideriorum magnitudo cōcordet. Non vult deus noster bona sua nimia inueniendi facilitate vilescere. Preciosa & concupiscibilis merces, cupidum & auidum negociatorē requirit. Ergo ille tantorum munerum repromissor non vult in opere suo habere tepidum, despicit fastidiosum, recusat coactum, respuit indeuotum. Lentum enim & parum gratum quærere gratiam diuini muneris maxima ē iniuria remuneratoris. Ergo totis licet animæ & corporis laboribus desudemus, totis licet obedientiæ viribus exerceamur, nihil tamē condignū merito pro cœlestibus bonis compensare & offerre

Isaiæ. 64.
1. Corin. 2
Lucæ. 11.

valebimus. Non valent vitæ præsentis obsequia æternæ vitæ gaudijs comparari. Lassescant licet membra vigilijs, pallescant licet ora ieiunijs: non erunt tamen condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Pulsemus ergo charissimi, in quantum possumus: quia non possumus, quantum debemus. Futura beatitudo acquiri potest, æstimari non potest. Nisi enim cum auiditate, nisi cum bona voluntate, cum lætitia opera dei egerimus, deo nos perire nouerimus. Putamus fratres charissimi, quod digne quærat illa anima & ita pulset vt aperiatur ei, quæ ad leue præceptum senioris respõdere præsumit, & dicere: Nunquid serui vestri sumus, iam feci vicem meam & ille faciat suam? Quomodo hoc dicit cui præceptum est: Nolite quærere quę vestra sunt. Et iterum: Non quæ sua sunt singuli considerantes? Quo non solum hoc expetitur, vt vicem suam impleat, sed vt alienas inuadat, præoccupet, & rapiat. Putamus (inquam) ita petat vt accipiat, ita quærat vt inueniat, ita pulset vt aperiat ei, qui pro aliqua negligentia correctus, & pro disciplinæ ordine castigatus non se ad emendationem, non ad satisfactionem confert: sed magis ad illam proteruiam, vt dicat: Desero atque discedo, hoc ego ferre non patior. Ingenuus ego sum: Iam primum qui ante præpositum vel abbatem ingenuum se esse iactitat, puto quod adhuc esse se nesciat. Qui Christianæ militiæ mancipatus dicere se præsumit ingenuum, pene est, vt neget se Christi sanguine comparatũ. Quid aliud est dicere, liber sum, quam ipsi domino clamare, nihil tibi debeo? de talibus dicebat Apostolus: Quum enim serui essetis inobedientiæ, liberi fuistis iustitiæ. Non bene ingenuus comprobatur, qui misera vitiorum seruitute deprimitur. Clamat autem in contumelia disciplinæ, in peccato animæ suæ. Malo discedere, quam emẽdare, quam satisfacere, quam implere quod præcipis. Quid est hoc aliud, quam iugum Christi rebelli ceruice a se discutere? Non fide pulsant tales,

Marginal notes: Rom. 8 (at "condignæ passiones"); 2.Cori.12; 1.Cori.10; Luc. 11.; Rom. 6

datã,in exteriores tenebras excuti,& ab illa beato⸗
ꝝ ecclesia ppetua excõicatiõe seclusam ab ipa vitę radi
ce pcidi. Illd aũt q̃ mõ trepid⁹ & male cõscius sermo po
terit explicare, quũ cœperit inexpiabilis caro & infecta
pctis medullæ sæuis gehẽnę æstibus penetrari, & more
feruẽtiũ & decoq̃ntiũ metalloꝝ inextinguibili ardore
tota hoĩs substãtia intus infundi, & depascẽtib⁹ flãmis
corpa atq; aĩas ex pte cõsumi, & ex pte nutriri: vt inter
medios igniũ globos natura dãnata det pabulũ & acci
piat icremẽtũ: si forte ĩspersum illd dudũ cõsciẽtiis, vt
eris ac plũbi adulterina pmixtio, qñq; inter stagna fer
uẽtia ãhelãtis gurgitis exuret, trãsiturus p vada, mora
erit supplicii magnitudo pcti. Escas ardoribus crimĩa
ministrabũt. Manebit in hoc pceptũ autoris & iudicis,
vt viscera ardoribus obnoxia & solis cruciatibus cõse⸗
crata, ignis arbiter depasta nõ deuoret: sed ad hoc pcat
vt sp interimat vt op⁹ ac figmẽtũ corpis nostri antiqs
sceleribus mortuũ, & ad sola tormẽta rediuiuũ, finẽ in
ipso interitus cõfinio nõ inueniat: sed exaĩata iã tole⸗
rãtiæ ẏtus sic peat vt resurgat. Illa eñ nõ casualis, sed
rõnalis & pœnalis exustio, qa culpã iubet ingrere, sub
stãtiã nescit absumere. Et qa velut carbasa leuis aura
pcurrẽs, cõcrematio ipa purgatio est. Flãma illa nõ tã
reũ psequit̃ q̃ reatũ: & si modus fuerit delictoꝝ, erit &
mẽsura cruciatuũ. Si ẏo totã naturã occupauit piter &
inuoluit excessus capitaliũ sceleꝝ, qa nõ recipit cã re⸗
mediũ, carebit fine suppliciũ. Occidẽte itaq; pœna & vi
uificãte sentẽtia stabit sęcul' materia repabilis, & nũq̃
ad metã maloꝝ termino fugiẽte pueniet. Et dũ sibi nl'
lã spẽ pmittere potuit vel post vniuersa tpa, iã etiã in
psenti sentẽtiet ad tormẽta cõsequẽtiũ seculoꝝ. Ac sic
dolorẽ mortis cõsciæ iposita ĩmortalitas augebit. Væ
q hęc lugẽda in posteꝝ, ridẽda nũc deputãt. Vę qb⁹ hęc
pri⁹ expẽda sunt, q̃ credẽda. Ideoq; chariss. hæc oĩa q̃
illic finiri nõ poterũt, hic redimi pñt p emẽdationẽ pri
oris vitę, p eleemosynas, p lachrymas, p hũilitatẽ cor⸗
dis, p corpis castitatẽ, p exercitia iustitię & mię. Quæ
quũ ita sint, qd p tot errores festinam⁹ ad mortẽ, q tot
vias accepim⁹ ad salutẽ? Per Ies. Chrm̃ dñm nr̃m, &c.

quod plus est, nunquam actualiter possit mēs his mo-
tibus cōsurgere, si aliquid cogitaret consurgens: imo
mirabiliter deprimeretur à sua eleuatiōe affectio, sed
potius intellectiuam quasi pedissequam subtractam re
linquit inferius. Et sine sui obsequio ad dilecti vnionē
consurgit motibus sursum actiuis ab ipsa eminenti-
us eleuata plus distat ab ea, quam ab ortu solis meri-
dies: & hoc quotiens cunq; vult, de die siue de nocte, cē-
ties vel millesies, si corpus possit sustinere. Et q̄d ita sit
exemplo materiali ad præsens vtar, vt valeas intelli-
gere. Considero motum lapidis suo pondere naturali
ter descēdentis ad centrum. Sic per pōdus amoris affe-
ctus dispositus in deum sine omni cogitatione vel deli
beratione consurgit, veluti in suum centrum se exten
dens: & motibus istis se eleuat in continuo desiderio,
cuius complementum & intuitus quietem in æterna
beatitudine obtinebit: nisi quandoq; ad modicū tem-
poris, sicut est in raptu, diuina subleuatione supra sei-
psum non natura sed gratia sublimetur. Sed si hoc nō
potest percipere doctor speculatiuus, vel scholasticus
discipulus: audiat ab Apostolo q fuit principalis hie-
rarcha huius sapiētiæ, quam nullus Græcorum sapiē-
tium intellegere potuit, quoniam hæc sapiētia solum
spiritali examinatione cognoscitur, de qua loquitur
ad Corinthios dicens: Spiritus noster spiritui diuino
vnitus, sentit quæ sunt eius. Et hęc sapientia est quam
inter perfectos loquebatur. Vnde est illud quod domi
nus promisit Apostolis cum dixit: Induemini virtute
ex alto. Vnde sicut sacerdos induit se à capite scz à par
te superiori: sic anima induitur à parte summi affe-
ctus. Vnde primo tangitur igne spiritus sancti, quam
aliqua cogitatio veniat. Patet ergo euidenter, quod a-
nima veræ amans potest consurgere in deum per a-
ctum accensum amoris desiderio sine aliqua cogita-
tione præuia.

¶ Hugonis Carthusiani de triplici via ad sapienti-
am & contemplationem opuscul. finis.

AD LECTOREM.

NEmo quęso me putet Carthusien. hic ordinis gloriam venari, aut in suggillationē cuiusp iam, vel authoris vel ordinis, qbus hactenus hic liber sub vario nomine ascriptus est, noui eidē libro dedisse authorē: sed patrocinari potius me credat veritati. Nec voluisse cuiquam adulari, vt libro alium q̄ ex quatuor vetustissimis manuscriptis exēplaribus cō perio inscribam, siue titulum siue authorem: pfert im cum liber ipse se mox prodat authori, atq; ex officina Carthusiana ante multos annos sese natū manifestet fo. 237. facie secunda. Qamuis enim nonnulli Carthu sę nomen abrogare voluerint, vt alteri furtim supponerent librum: verba tamē quæ præcedunt, quæ etiam sequuntur (modo vera exemplaria inspiciantur) de Carthusiana solitudine tam liqdo commemorāt, vt alterius quā Carthusiani liber esse non possit. Legatur igitur (vt est) sub nomine Hugonis de Palma, vel vt alij scripserunt, Henrici de Baldea Carthusiani, vtiq; & viri egregie ac profunde contemplatiui: aut si placet, de authore non grandis quęstio fiat, cum liber sei psum eruditione adeo commendet, adeo cæteris pstet vt nullo patrocinio peregrino egeat, nulla cōmendatione authoris fieri queat illustrior.

¶ Errata melioris exēplaris beneficio in pscripto opusculo restituta.

Facie. 1. li. 34. p picturarū inutiliū rerū, lege q̄ternionū ouinarū pellium, vel q̄ternionū foliorū. fo 235. a. li. 12. p manifestata le. manifestatur. fo. 235. a. li. 26. le. ipsius contemptus. fo. 236. b. li. 31. pro illuminat le. eliminat fol. 239. a. li. 17. le. includitur theorice speculando, sed affectuose orando potest ista. Ibidem li. 19. pro contem plationem lege completionem. Ibidem. b. li. 3. pro imaginem le. imaginationem. Ibidem linea. 19. pro adimplebit le. obtinebit. fo. 241. a. li. 23. le. vbi scz adineffabile mysterium consurgit. folio. 243. a. linea tricesima quarta. pro abstractio lege abstractiuo.

fo.246.a.li. 30. pro proprij amoris lege vnitiui ai-
ris.fo.248.a.li.36.pro indicimus lege incidimus. Ibi.
b.linea 4.pro irradiationē lege inordinationes. Ibid.
linea 25.pro adiuuatur lege adimatur.fo.249,b li.17.
pro leuians lege leuigans.fo.250.b.li,36. pro ſolitam
lege ſolicitam.fo.251.b.li.1.pro iucunditatem tuam,
lege iucundanter anima à creatore.fo.256.b.li.17.le.
Sed mens hinc.Ibid.li.24.lege,quia ibi affectiua intel-
ligentia. Ibid.linea 27.lege glorificatis incomparabi-
liter excedatur.fo.258.b.lin.28.ꝓ apice lege apicē fo.
299.a.li.12.pro deſiderant lege deſideratur. Ibid.b.li.
38.pro adamplies lege adimples. fol.261.a.16.pro vi
ſure lege viſura.Ibid.b.li.10.lege. Et ſi in principio ali
q̄ forſitan difficultas aut reputata intolerabilitas.fol.
264.a.li.32.pro amore lege amare.Ibid.b.lin.37. lege
in ſuo loco naturali.

D. EVSEBII EPISCOPI EMISENI

Homiliæ decē ad monachos veteris monastices san ctimonia atq; eruditione spectabiles.

¶Homilia prima de tremendo dei iudicio, ge= hennæq; cruciatibus.

EXHORTATVR nos sermo diuinus vt curramus dum lucē habemus priusquam tenebrę nos comprehendant. Lucem habemus si cupimus, si gressum si dei promouemus. In tenebris residemus, si ꝓmoueri cessamus. Paratos nos inue= niat extrema necessitas, quæ sæpe præue= nit imparatos. Certam nobis imponat solicitudinem incerta cōditio. Quotidianus sit illius periculi metus, cuius nescitur incursus. Quàm tarde miseram animā suorum malorum pœnitebit, cū die vltimo supueniē= te separari se à corpore suo viderit, cū sibi in fine clau denti oculos nigrescere & horrescere vox cœperit, cū iam ante se vacuum salutis ac lucis, infelicem commi litonem suum viderit incentorem pariter & decepto= rem, cum quo de arena mūdi huius per flagitium suū vita discessit, cum cœperit ab eodem iam diuulsa im= manes & inanes super eū dare planctus, & dicere: Vbi sunt cupiditates & animositates tuæ, quibus hucusq; impatienter arsisti, & arsura iugiter congregasti? Ecce transierunt omnia tanquam vmbra. Abierūt oblecta menta, & sola imperpetuū opprobria & crimina remā serunt. Væ mihi o anima, ad tam perditum vas velim nolimue, reditura sum, & pp fugitiuas voluptates nū q̄ effugiendis cum eo vaporibus concremenda. Quid inter hæc aget, quum eā cœperit ad definitam senten= tiam & immobili lege defixam importunus depositi exactor abstrahere & hīc inde insultare & insistere in fernaliū diræ facies ministroꝝ. Quid erit aī ab appa=

Iohan. 12

 ritoribus

crucis gña. Vnum corporale, & aliud spirituale. Vnum à potu & epulis temperare, appetum gulæ à delectatiōibus & mollissimis suauitatibus coercere, ab his quæ p tactum gustum visumq; decipiunt, sensum viriliter reuocare ac violenter abstrahere. Alterum abstinentiæ crucis genus est preciosius & sublimius, motus animi regere & perturbationes illius modesta tranquillitate pacare, ac superbiæ impetus quasi feram bestiam refrenare, litigare quotidie contra vitia sua, increpare quadam cēsura atq; austeritate virtutis, & rixam quodammodo cum homine interiore conserere. Hęc facit, qui pręrupto passionum muro violenter ad regna cœlorꝝ conscēdit. Ad q̄ nos perducere in suo viuentes timore dignetur, qui viuit & regnat in secula seculorꝝ, Amen

¶De ardenti stabiliq; ad cœlestia progressu,

¶Homilia Tertia.

INstruit nos atq; hortatur sermo diuinus, qualiter nos attingere debeamus ad inquirenda, ꝑmissa sua & obtinenda illa bona quæ nec visu capi, nec auditu percipi, nec cogitatu comprehēdi possunt: Petite (inquit) & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Id est, vt petamus orando, quæramus laborando, pulsemus desiderando: Pulsemus proficiendo, pulsemus perseuerando, & in spe cœlestium ꝑmissorum tanto incitemur studio tantoq; inardescamus affectu, vt cum prǽmiorum dignitate desideriorum magnitudo cōcordet. Non vult deus noster bona sua nimia inueniendi facilitate vilescere. Preciosa & concupiscibilis merces. cupidum & auidum negociatorē requirit. Ergo ille tantorum munerum repromissor non vult in opere suo habere tepidum, despicit fastidiosum, recusat coactum, respuit indeuotum. Lentum enim & parum gratum quærere gratiam diuini muneris maxima ē iniuria remuneratoris. Ergo totis licet animæ & corporis laboribus desudemus, totis licet obedientiæ viribus exerceamur, nihil tamē condignū merito pro cœlestibus bonis compensare & offerre

Isaiæ. 64.
1. Corin. 2
Luca. 11.

 valemus

valebimus. Non valent vitæ præsentis obsequia æternæ vitæ gaudijs comparari. Lassescant licet membra vigilijs, pallescant licet ora ieiunijs: non erunt tamen condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Pulsemus ergo charissimi, in quantum possumus: quia non possumus, quantum debemus. Futura beatitudo acquiri potest, æstimari non potest. Nisi enim cum auiditate, nisi cum bona voluntate, cum lætitia opera dei egerimus, deo nos perire nouerimus. Putamus fratres charissimi, quod digne quærat illa anima & ita pulset vt aperiatur ei, quæ ad leue præceptum senioris respódere præsumit, & dicere: Nunquid serui vestri sumus, iam feci vicem meam & ille faciat suam? Quomodo hoc dicit cui præceptum est: Nolite quærere quę vestra sunt. Et iterum: Non quæ sua sunt singuli considerantes? Quo non solum hoc expetitur, vt vicem suam impleat, sed vt alienas inuadat, præoccupet, & rapiat. Putamus (inquam) ita petat vt accipiat, ita quærat vt inueniat, ita pulset vt aperiat ei, qui pro aliqua negligentia correctus, & pro disciplinæ ordine castigatus non se ad emendationem, non ad satisfactionem confert: sed magis ad illam proteruiam, vt dicat: Desero atq; discedo, hoc ego ferre non patior. Ingenuus ego sum: Iam primum qui ante præpositum vel abbatem ingenuum se esse iactitat, puto quod adhuc esse se nesciat. Qui Christianæ militiæ mancipatus dicere se præsumit ingenuum, pene est, vt neget se Christi sanguine comparatũ. Quid aliud est dicere, liber sum, quam ipsi domino clamare, nihil tibi debeo? de talibus dicebat Apostolus: Quum enim serui essetis inobedientiæ, liberi fuistis iustitiæ. Non bene ingenuus comprobatur, qui misera vitiorum seruitute deprimitur. Clamat autem in contumelia disciplinæ, in peccato animæ suæ, Malo discedere, quam emẽdare, quam satisfacere, quam implere quod præcipis. Quid est hoc aliud, quam iugum Christi rebelli ceruice à se discutere? Non fide pulsant tales,

Rom. 8
2. Cori. 12
1. Cori. 10
Luc. 11.
Rom. 6

datã,in exteriores tenebras excuti,&abilla beato:
ꝝecclesia ꝑpetua excõicatiõe seclusam ab ipa vitę radi
ce ꝑcidit. Illd aũt q̃ mõtrepid⁹ &male cõscius sermo po
terit explicare,quũ cœperit inexpiabilis caro & ĩfecta
pctis medullæ sæuis gehẽnę æstibus penetrari,&more
feruẽtiũ &decoqntiũ metalloꝝ inextinguibili ardore
tota hoĩs substãtia intus infundi,&depascẽtib⁹ flãmis
corpa atq; aĩas ex pte cõsumi,&ex pte nutriri:vt inter
medios igniũ globos natura dãnata det pabulũ & acci
piat icremẽtũ: si forte ĩspersum illd dudũ cõsciẽtiis,vt
ęris ac plũbi adulterina ꝑmixtio,qnq; inter stagna fer
uẽtia ãhelãtis gurgitis exureẽ trãsiturus p vada,mora
erit supplicij magnitudo pcti. Escas ardoribus crimĩa
ministrabũt. Manebit in hoc ꝑceptũ autoris &iudicis,
vt viscera ardoribus obnoxia &solis cruciatibus cõse•
crata,ignis arbiter depasta nõ deuoret:sed ad hoc pcat
vt sp interimat vt op⁹ ac figmẽtũ corpis nostri antiqs
sceleribus mortuũ,&ad sola tormẽta rediuiuũ,finẽ in
ipso interitus cõfinio nõ inueniat: sed exaĩata iã tole•
rãtiæ ꝟtus sic peat vt resurgat. Illa eñ nõ casualis,sed
rõnalis &pœnalis exustio,qa culpã iubeẽ ingrere,sub
stãtiã nescit absumere. Et qa velut carbasa leuis aura
ꝑcurrẽs,cõcrematio ipa purgatio est. Flãma illa nõ tã
reũ ꝑsequiẽ q̃ reatũ:&si modus fuerit delictoꝝ,erit &
mẽsura cruciatuũ. Si ꝟo totã naturã occupauit piter&
inuoluit excessus capitaliũ sceleꝝ,qa nõ recipit cã re•
mediũ,carebit fine suppliciũ. Occidẽte itaq; pœna &vi
uificãte sentẽtia stabit sęcul' materia repabilis, & nũq̃
ad metã maloꝝ termino fugiẽte ꝑueniet. Et dũ sibi nl'
lã spẽ ꝑmittere potuit vel post vniuersa tpa,iã etiã in
ꝑsenti sentẽtieẽ ad tormẽta cõsequẽtiũ seculoꝝ. Ac sic
dolorẽ mortis cõsciæ iposita imortalitas augebit. Væ
q hęc lugẽda in posteꝝ,ridẽda nũc deputãt. Vę qb⁹hęc
pri⁹ expiẽda sunt,q̃ credẽda. Ideoq; chariss. hæc oĩa q̃
illic finiri nõ poterũt,hic redimi pñt p emẽdationẽ pri
oris vitę,p eleemosynas,p lachrymas,p hũilitatẽ cor•
dis,p corpis castitatẽ,p exercitia iustitię & mię. Quæ
quũ ita sint,qd p tot errores festinam⁹ ad mortẽ,q tot
vias accepim⁹ad salutẽ? Per Ies. Chrm̃ dñm nrm̃,&c.

tales,sed infidelitate pulsantur. Quid prodest, quod discedis qui vtiq; astrictus es vinculis passionum,quæ hinc atque inde circumuallant intima tua? Quid(inquam)prodest,quod discedis qui quocunque loco vadas,te tecum portas?Merito discederes,si quo q̃ te fugere posses. Digne aliqs discedit,si illùc ire possit,vbi eũ diabolus inuenire non possit.Nemo se fallat.Non fugis aduersarium de loco ad locum,sed de vitio ad virtutem,de passione ad emendationem.Nam si cum aliter fugias,sequetur te. Emenda te,& fugiet à te: sicut ait Apostolus: Resistite diabolo,& fugiet à vobis.Nõ obedire autem & velle discedere,hoc est dupliciter facere diaboli voluntatem. Hoc est etiam in præsenti voluntarie sibi damnationem inferre.Illis qui grauius apud nos delinquũnt,nullam tristiorem,nullam acerbiorem possumus inuenire sententiam,quam vt à corpore congregationis abcisi,sine pace discedant.Et nonne amentiæ genus est,vt hoc quis pro remedio expetat,quod etiã à præposito nisi pro summo crimine non possit inferri?Intelligamus ergo charissimi,istas indignationes & contradictiones,inimico operãte & disponente,prouenire. Ille enim qui non potest absolute de loco salutis excutere, immittit primum occasiones &causas,immittit inobedientię passionem,quã semper societas infidelis comitatur: quæ cum captiuã illaqueauerit mentem,statim intoleranda atque impossibilia facit etiam ea quæ parua &leuia sunt.Et sane dubiũ non est ꝙ vires inobediẽtibus subtrahũtur. Et sicut ille,q non habebat in se necessariã fidei deuotionẽ,etiã q̃d habebat aufertur ab eo: ita inobediẽtia obdurat animã q̃ semel cœpit,vt ad suscipiẽda pcepta nec autoritate,nec ratiõe flectatur: sed,q̃d pessimũ est, sibi soli credat,& ꝓ õni rõne intentiões suas seq̃tur & hoc solũ rectũ putet q̃d obdurato corde cõcepit. Similiter est ei effectus de quo diuinus sermo pronunciat: Itinera insipientium recta in conspectu eoꝝ. Et iteꝝ: Sunt viæ quæ rectæ esse videntur hominibus,nouissima autem eaꝝ perueniunt vsq; ad profundũ inferni.

Iacobi.4.

Matth.25

Prou.12

Prou.14

Postremo eueniet huiusmodi animabus, q̊d domui q̃ super arenam ædificata est, Hæc enim parabola maxime ad inobedientes respicit. Sic enim legimus: Omnis qui audit verba hæc, & non facit ea, similabitur viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam: venerunt flumina, &c Id est, quum influxerint stillicidia passionum, quum aduenerint flumina torrentes atq; impetus tribulationum ex multitudine negligentiarũ: quum flauerint venti illi vtiq; qui in aere isto volitãt, parati ad Christi aream ventilandam, sicubi inueniãt paleas quas ad ludibrium suum rapiant atq; dispergant, tunc irruent in domum illam quæ sine obedientiæ fundamento ædificata est, & fiet ruina illius magna. Sed forsitan dicat aliquis: Nunquid statim de hoc loco recedere ruina dicenda est? Dico charissimi. Non grandis spes est, si nauis in fluctibus constituta, licet ipsa non pereat, tamen iacturam maximam de onere ac de mercib. suis faciat, & ipsa ad portum vacua atq; inanis perueniat. Sic non grande gaudium est, si aliqs ad seculi fluctus reuertens nomen atq; habitum suæ ꝓfessionis custodire videatur, anima vero eius negligẽtijs tabescat ac defluat. Et quid grauius, quam vt subito tanquam ales repentinus eradiceris de loco, ad q̃m te dominus deus tuus vocauerat, in quo te primum illuminauerat, in quem te post mala seculi q̃si ad portum de graui tempestate induxerat: obliuisci subito societatem fraternam & consolationem, obliuisci locum illum in quo primum pristinum habitum & nomen seculare exueras. Aues ipsæ diligunt nidos suos, amant feræ loca in quibus nutritæ sunt, amant cubilia & pascua. Et quamlibet naturali libertate passiuis per diuersa rapiantur excursibus, sæpius tamẽ ad chara sibi loca quodam insito desiderio reuertuntur. Et tu intellectu præditus, ratione munitus, ita interdum sensu alienus efficeris, vt præferas dei beneficijs voluntates vel intentiones tuas, & sequaris proprias cogitationes. Quæ quamlibet ad duros labores, quamuis ad

salutis

ſalutis naufragia, atq; animæ detrimenta te rapiunt, totum tamen hoc præ nimia cordis indignatione nō ſentis. De hoc enim ait ſermo diuinus: Tempore eñ diſceſſionis multa promittit inimicus, perſuadet ſibi ſe illic quo tendit maiorem profectum, multam gratiam, atq; rerum omnium abundantiam reperturum, ac ſe tanquam angelum ſuſcipiendum. Et poſt hoc q̄ doq; anxietate repletus & pace nudatus, memor quomodo profectus ſui ſtudium & ſacrum ouile reliquerit, tunc animaduertit: & q̄ſi ſedata temporis ſui tempeſtate, tunc videt quid mali de ſe geſſerit, tunc recognoſcit quid periculi incurrit, quum de loco ad quem cum gaudio venerat, ſine pace & cum ſcandalo diſceſſit. Tunc ſera pœnitentia ſuper ruina ſua pœnitet & de flet, ſicut quædam aues, quæ prę dolore ſuper eos quos occiderint, flere dicuntur. Et hæc omnia detrimenta animæ in obedientię malo eueniunt. Obedientes autem & humiles animæ, multas tribulationes atq; omnes labores proſterunt, ac in compendium mittunt. Sciendum eſt enim, quod quanto humiliores & obedientiores fuerimus: tanto ſup nos leuius ac dulcius iugum domini ſentiemus. Quantum obedientiores fuerimus præpoſitis & patribus noſtris, intantum obediet deus orationibus noſtris. Videamus quàm acceptabilia ſunt domino opera vel ieiunia eorum, q ſuis potius quàm ſeniorum voluntatibus obſequuntur. Clamant illi: Quare ieiunauimus, & neſciſti? humiliauimus animas noſtras, & non aſpexiſti? Et ille reſpōdet: Ideo, quia in diebus ieiuniorum veſtrorum inueniuntur voluntates veſtræ. Videmus per inobedientiam animarum, opera non reſpici, ieiunia non audiri, vota non ſuſcipi. Vnde nos amplius illius mandata ſectemur, qui adhoc ad nos e cœlo deſcendit, vt non ſolum nos redimeret mortis precio, ſed etiam vitę ædificaret exemplo: & cum illo dicamus: Ego non veni facere voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me patris. Ire aūt poſt voluntates proprias, tā pnitioſum eſt vt hoc

Eccle 20

Iſaiæ.

Ibidem

Iohan.5.

est vt hoc dominus iam postmodum iratus, pro damnatione peccati irroget dicens: Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum. Quamobrem qui vult tuta esse opera sua vel recta in conspectu dei, nihil obedientiæ præferat, nihil penitus anteponat, siue senior siue iunior sit. Magis quanto senior est, tanto plus debet studere ædificationi & perfectioni. Nullum sibi finem faciat proficiendi, nullumque terminum statuat acquirendi, cum sibi audiat dici: Para in exitu opera tua. Et iterum: Non veteris vsque ad mortem iustificari. Et iterum: Sapientia in exitu canetur. Quanto plus ergo proficimus, tanto plus humiliemur: quia quanto plus humiliati fuerimus, tanto plus proficiemus. Nullus senior tam indoctus appareat, vt putet quod eum non deceat obedientia, quæ deum decuit. Humilitas atque obedientia in iunioribus necessitas, in senioribus vero dignitas est. Ille enim bene proficit, ille bene consummat, qui quotidie se agit, quasi semper incipiat. Quam obrem augmenta meritorum incitamenta debent esse profectuum. Scriptura vero pronuncians de his, qui dum primas negligentias prætermittunt, in alias atque alias semper incurrunt, ita ait: Peccator adijciet semper ad peccandum. De profectu vero dicitur: Et sanctus adhuc sanctificetur. Videamus primum quid est, peccator adijciet ad peccandum, verbi gratia: Mali cuiuslibet, aut obtrectationis passio impugnare me cœpit, si non statim pœnitudo eius me momordit, cras tanta mihi huius vitij facilitas veniet, & quædam (vt sic dixerim) suauitas: vt reuocare me ab illo, & continere non possim. Ita enim eueniet, vt qui primo tempore emendare noluerit, incipiat in sequenti nec velle nec posse. Verbi gratia: Superbiæ acquiescere cœpi, regulam violaui, seniorem læsi, iuniorem destruxi: si non statim me pœnituit, tam grauiter fuisse præuentum, ita de die in diem libentissime me rapiet ipsa violentia consuetudinis & impetus passionis, vt nec iam delinquere me intelligam,

Psal. 80

Eccle. 3

Apoc. 22

telligam, nec peccare me sentiam. Obscurat enim atq; obruit intellectum totius delicti assiduitas delinquendi. Etenim ita cor negligentijs obturat, vt hoc ipsum si se non humiliet, si non satisfaciat præposito suo, non nocere se credat, insuper insultet, & dicat: Quam constanter illi restiti, quam bene non acquieui, quanta autoritate respondi. Putabat quod semper me illi humiliare deberem Quod qui facit, diabolo se tradidisse captiuum constat, qui de hominum vitijs & passionibus atq; perditione lætatur. Et eiusmodi animæ eueniet illa sententia: Peccator adijciet ad peccandum. Quā nos charissimi fugientes, illam potius teneamus quæ dicit: Et sanctus sanctificetur adhuc Quotidie addamus ad merita, nec de nobis aliquid præsumamus, qa dei est omne quod possumus. Simus itaq; fratres in opere dei indeficientes propter æternam retributionē, & quotidie ad meliora tendamus. Ipsa enim apprehendendi auiditas, ipsa consuetudo proficiendi, semp nos ad meliora prouocabit: & vbi viderit deus deuotionē animi, ardentiorem insinuabit affectum. Et quantum nos addiderimus ad studium, tantum ille apponet ad iutorium. Quantum nos apposuerimus ad diligentiam, tantum ille addet ad gratiam: sicut ille dicit: Qui habet dabitur illi, & superabundabit: & alio loco dicit Posui adiutorium super potētem. Gratia ergo de gratia nascitur, & profectus profectibus seruiunt, & lucra lucris, & merita meritis lucra faciunt: vt quanto plus his acquirere cœperit, tanto plus conetur & delectetur acquirere, vt acquisitionis lucrum acquirendi nutriat appetitum, & quāto quis plus auidius de sapientiæ bonis hauserit, tanto plus haurire desideret: sicut ipsa de se sapientia loquitur: Qui edit me, adhuc esuriet. Vrgeamus itaq; charissimi cursum nostrum, vt crescat in nouissimo vita nostra. Quæramus vsq; in finē, vnde sine fine gaudere mereamur. Sed esto nō possumus exercere corporis labores, cōferamus nos ad spiritualiū bonoꝝ desideriū, ad cōpūctiōis & charitatis augmētū.

Eccle.3

Apoc.22.

Matth.25.

Psal.8

Eccle.24.

Si quoti-

Si quotidie in cordibus nostris ponamus ascēsus, nulla infirmitate, nulla ætate lassari possumus: vt his spiritualibus quibusdam gradibus ascēdere mereamur ad promissa domini nostri Iesu Christi, Amen.

¶ Homilia quarta: De conuersione vera & interna.

SIcuti à nobis dominus pro suscepti officij necessitate loquēdi deposcit officium, ita à vobis charissimi audiēdi requirit affectum. Ita (inquam) charitati vestræ expedit, his quę pro salute vestra dicimus obedire: sicut nobis imminet non tacere. Nam si nos offensam metuimus de silentio, quanto magis vos eādem debetis expauescere de contemptu? Si nobis (inq̄) grande periculum est aliena non arguere, quanto periculosius est propria non corrigere? Ait quodam loco beatus Apostolus: Videte vocationem vestram fratres. Quapropter dilectissimi, & nos videamus vocationem nostram. Non enim satis prodest, quod istum locum expetiuimus, si hic tales sumus, quales in sæculo esse potuimus. Si enim bene perspicimus, nō solum ista solitudo nos ad perfectionis necessitatem, sed etiā ipsa congregationis multitudo nos constringit. Nam sicut preciosum atq; præcipuū est in medio multorum bene agere, plurimos ad profectum exemplo boni operis excitare: ita periculosum atq; pniciosum est, negligentius ac tepidius agendo multorum fidem frangere, multorumque animas deprauare. Sicut (inquam) fructuosum est, in medio tantorum positum, pbabiliter viuere: ita piculosum est, aliquid destructionis egisse. Hoc autem quare dico? Quia (quod pei⁹ est) facilius inueniemus, qui ea quæ deteriora sunt, quam quæ meliora, sectentur. Pronior est enim ad imitationem mali humana fragilitas. Quapropter non nobis sufficere credamus, quod nos in hanc scholam cernimus congregatos, nisi quod vehementius in nobis negligētias nostras, pfessa perfectio q̄ nec assumpta cōdēnat: q̄a scđm scripturę fidē, q multa promittūt, multū necesse

necesse est reputatur ab eis. O quantis proderit ecõtra rio oberit loci huius opportunitas & congruæ habitationis occasio. Nõ enim in hoc loco vixisse, sed in hoc loco bene egisse laudandum est. Nam quid nobis habitationis huius secretum prodest, quãdo tyrannico dominatu malitia in nobis regnat, quando ira supequitat, quando maiorem metum in nobis humanus oculus quam diuinus indicit, quando nos illi laudabiles eremitæ, qui extra mundum nos esse credimus, per diuersarum passionum vitia mũdũ intra nos inclusum tenemus: ita vt qui putamus nos precibus nostris seculo ipsi succurrere, pene sit, vt videamus nos seculi intercessionibus indigere. Dubium quippe non est, ꝙ illa anima quæ per concupiscentiam secularium voluptatum passio efficitur mundanæ conuersationis, nõ potest effici regnum diuinitatis. Ideoq; fratres videte vocationum vestram. Venire quidem ad eremũ, summa perfectio est: sed nõ perfecte in eremo viuere, summa damnatio est. Quid prodest, si locus quietis tantũ corporaliter teneatur, & inquietudo in corde versetꝰ Quid (inquam) prodest, si in habitatione silentium sit, & in habitatoribus vitiorum tumultus & colluctatio passionum: si exteriora nostra serenitas teneat, & interiora tempestasꝰ Non enim ad istum conuenimus locum, vt mundus nobis famularet, vt rebus omnibus abũdantes, omni quiete frueremur Non vtiq; ad ad quietem, non ad securitatem, sed ad pugnam huc cõuenimus, ad agonem processimus, ad exercenda cum vitijs bella properamus, vt linguæ gladios retũdamus, vt non solum inuicem non inferamus iniurias, sed nec sentiamus illatas. Peculiarius autem istud ad professionem pertinet nostram: nihil in hac vita consolationis quærere, nihil quietis, nec recipere velle bona in vita sua: sed honores fugere, subiectione & abiectione gaudere, paupertatem studio quærere: & non solum facultates, sed etiã ipsas cupiditates e cordibus eradicare. Nihil eñi habere, interdũ res necessi-

p tatis

tatis est: nihil vero cupere, res virtutis. Et hunc spe-cialiter modũ religiosus debet imponere, vt tm̃ habe-at, q̃tum necessitas poscit, non q̃tum cupiditas concu-piscit. Habendi em̃ amor, nisi ad integrũ resecet, arden-tior est in paruis, & plus torquet in minimis: & nisi ex corde pauper sis & affectu, pauptas ipsa non virtus, sed miseria iudicanda est. Nouerimus itaq; fratres nihil prodesse, si carnẽ nostram ieiuniis atq; vigiliis affliga-mus, & mentem nostrã non emundemus, aut q̃ inte-riora sunt non curemus. Quid prodest afflictio corpo-ralis: si linguam nequitiis & obtrectationibus pollua-mus? Nonne oẽs labores nostri in nihilum redigunt? Nonne opus nostrũ velut fumus atq; vmbra euane-scit, & velut stuppæ fauilla in nihilum redigitur? O q̃-ti & q̃ diuturni labores subito pereunt, q̃ta bona fre-quenter iam acq̃sita ac reposita de manu rapiũtur, dũ id quod acquirere studemus, custodire negligimus. Quapropter gratis nobis de cruce & corporis afflictio-ne blandimur, si exterior homo noster sctis operibus exercetur, & à passionibus nõ curet interior. Sic est q̃uo si aliqs statuã faciat à foris aureã, ab intus luteã: vel q̃uo si domus magnifica arte cõstructa, à foris pul-cherrimis coloribus depicta videatur, & ab intus ser-pentibus & scorpionibus plena sit. Quid prodest q̃ ad fligis corpus tuum, qñ nihil proficit cor tuum? Valde dura & nimis dolenda conditio, oĩ intentione studiũ laboris impendere, & fructum non recipere post labo-rem. Ieiunare & vigilare, & mores non corrigere, sic est, q̃uo si aliquis extra vineam aut circa vineã extir-pet & colat: vineam aũt ipsam desertam atq; incultã derelinquat, vt spinas ac tribulos germinet, quæ insi-stente cultore iucũdissimos fructus ex se proferre po-tuisset. Agnoscite itaq; charissimi, q̃ ad salutem perpe-tuam conquirendam, abstinentia corporalis sola nõ sufficit, nisi & animæ quoq; ieiunium per abstinentiã vitiorũ fuerit societum. Quid enim iuuat, si quispiam sit corpore castus, & mente pollutus? Quem malitia

depra-

deprauat, quem furor iracundię facibus exagitat, quē superbia omni dei gratia spoliat, quem mendacijs vł maledictis lingua commaculat: nōne ipse se fallit, nōne ipse se irridet & decipit, si credat se solis ieiunijs sanctificandum? Et icirco dilectissimi, ita corpus exerceamus ieiunijs, vt mentem purgemus à vitijs. Cogitemus illius iudicis incessanter aduentum, qui vtinam sic paratos nos inueniat, quomodo nemo potest dubitare ꝙ veniat. Quod si requiris quomodo veniet, illo vtiq; corpore quod pro salute nostra susceptum, pro nostris criminibus addictum, pro nostra absolutione damnatum, & pro nostrorum vulneꝝ medicina lancea clauisq; confixum est. Prima enim erit in reos intoleranda sententia, reuerendarum pręsentia cicatricum. Quid igitur illo tempore facturi sumus, quādo contra illos crucifixi domini liuores, notæ peccatoꝝ nostrorum, ac maculæ libidinum proferentur? Aut q̄ putas vultu respiciet redemptio nostra pditionem nostram? Tanto grauiora erūt humana delicta, q̄to maiora se ostenderint diuina beneficia. Verendū est autē ne illam vocē resurrectionis preciosa vestigia crucis protestātem, etiā in iudicio suo ad vasa iniqtatis prolaturus sit, atq; dicturus sit: Infer digitū tuū huc, & vide manus meas, & affer manū tuā, & mitte in latus meū, & agnosce q̄ pro te & à te, impietas humana ptulerim. Illa vtiq; clauoꝝ signa bonis salutaria, malis terribilia, quæ vsq; ad diem iudicii nō delenł, sine dubio obiicienda seruantur. Et quid post hæc sequitur, nisi illud interpositum inter viuos & mortuos expauendum chaos vastumq; discrimen, exclusæ à natura viuentium tenebræ exteriores? Dura separatio à dulci intuitu sanctoꝝ & à societate feliciū, & econtrario inter lachrymabiles gemitus planctusq; lugentium collegium triste miseroꝝ, & à beata patria æternum teterrimæ noctis exilium. Quàm lugubre erit homini deum videre & perdere, & ante precii sui conspectum perire. Et ideo charissimi ista, dum tempus est, cogitā-

Iohan. 1
Mat 27
Iohan. 19.
Iohan.
Luca.

cogitantes, ita indefesso studio laboremus, vt quod cōtulit nobis iudicatus, integrum in nobis inueniat iudicaturus.

¶Homilia Quinta, De fructu conuersionis nostræ in præsenti & perseuerantia.

SCimus quidem spirituali militiæ, cui nos mancipauimus, magnam esse repositam in futuro remunerationem. Sed si bene respiciamus, in hoc ipso opere quod agimus, quodammodo etiam in præsenti iam partem præmij possidemus. Et plane magnus vitæ fructus est, seculum posse despicere, & deo seruire cœpisse: euasisse vitiorum infelicissimum dominatū, effugisse gulæ atq; luxuriæ fœdissimam seruitutem. Quid ergo? Nonne pars præmij est nihil iam habere commune cum mundo, vanarum rerum cupiditatibus non excruciari, sceleribus non admisceri, & in innocentia diem transigere, beatæ castitati operam dare, gloriosæ paupertatis sufficientiam cū timore domini possidere? De qua loquitur Sapientia: Melior est exigua portio cum timore domini, quàm thesauri magni sine timore. Intelligamus itaq;, quantum nobis dominus pia vocatione cōtulerit. Numeremus si possumus ex illo tempore, ex quo hic cōuersari videmur, quanta peccata lucifecerimus, de quantis fraudibus, de quantis adulterijs, rapinis, periurijs, sacrilegijs liberati simus: & tunc videbimus quantum etiam de p̄sentibus beneficijs domino debeamus. Si nūc in seculo essemus, quid aliud ageremus, q̄ volueremur in malis nostris, & animas nostras quotidianis violaremus maculis, quotidianis confoderemus vulneribus, & ita vt nec sentiremus? Habet em̄ hoc infelix consuetudo peccandi, vt quantum amplius quis peccauerit, tantū eum plus peccare delectet, vt eueniat illud quod Propheta peccatoribus clamat: Non est deus in conspectu eius, auferuntur iudicia tua à facie ipsius. Etenim quādo subrepit delectatio peccandi, statim futuri iudicij diem abscondit obliuio. E contrario autem quanto

Pro. 15.

Psalmo. 9.

quisq;

quisq; solicitior circa se fuerit, tāto plus metuit, sicut ait scriptura: Sapiens timendo declinat à malo. Sapiens ergo semp in cōpunctione & in metu est. Et vt de præteritis suspirat malis: ita de futuris periculis pugili solicitudine contremiscit. Qui de præteritis anxius est, id secum cogitat & reuoluit, ne forte parum defleuerit præterita, ne forte nondum satisfecerit pro innumeris debitis suis, ne forte magis ad veteres iniqtates noua superposuerit vulnera, ne sup antiquas consciētiæ maculas recētia adhuc crimina impresserit, & conuersionis nomen assumpserit ad hoc, vt graui us sub sacra professione delinqueret. Aliquanti nobis sufficere putamus, qd ad secretum istud conscendimus, quod locum habitūq; mutauimus, quod hic aliquantulum temporis viximus, spem oēm in annorum numerum collocantes: ac sic pnitiosa nosmetipsos psumptione fallētes, putamus de oībus nos debitis transegisse, putamus q mala nostra spacio tpis euanuerint. Et qa nos illa obliti sumus, credimus q de memoria diuinæ seueritatis elapsa sint: sed non est ita. Oīa apud illum collecta, oīa apud illum reposita atq; signata sunt. Audiamus qd dicit ille, q cum ipso diabolo manu ad manum singulari certamine dimicabat, beatus Iob: Signasti quasi in sacculo pctā. Et iterum ipse dominus ait: Nōne hæc collecta sunt apd me, & signata in thesauris meis? Non putemus tam facile remitti posse inusta semel crimina, & profundo vulnere in animę ipsius impressa visceribus. Multo opus est fletu, multo gemitu, multo dolore cordis, ad sanandos ipsius cordis dolores. Tota insistendum est spiritus contritione, vt vetusta mala tanq̄ sagittæ de conscientia euellantur. Non sufficit summis labiis dicere: Peccaui, parce, remitte. Saul dicebat, peccaui, sed non obtinuit illam veniam quam Dauid vna pœnitentiæ voce promeruit. Et hoc quare? Quia cōfessionem nuda magis verba q̄ veri gemitus exprimebant, qa nō cōpensabat cū magnitudīe criminis lenta hūiliatio supplicātis. Non leui agendū

Pro. 14.

Iob

Deut

1. Rag. 15.

2. Reg. 11.

est contritione, vt debita illa redimant, quibus mors æterna debetur: nec transitoria opus est satisfactione ꝓ malis illis, propter q̄ parat⁹ est ignis æternus. Si volumus intelligere q̄ graues apud se faciet iudex noster hoīm culpas, respiciamus ad pœnas. Quantū eñ nunc patiens est deus noster in sustinendis delictis nostris, tā seuerus erit in discutiendis. Et sicut inæstimabilem parauit iustis gloriā, ita inæstimabilē parauit improbis pœnā. Ergo suppliciorum acerbitatē econtrario de p̄miorum magnitudine colligamus: qa nouit remunerare merita, nouit punire delicta. Saluberrima ergo ac multū necessaria futuri iudicij recordatio, & p̄teritorum cōmemoratio vel deploratio delictorum. Quia si qs est, q sibi de præteritis illæsæ vitæ meritis blandiat & adhuc innocentē se transire putet ad dñi seruitutē, & ideo se credit debere esse securum: iste talis respiciat, q̄ incerti & q̄ lubrici sunt exitus vitæ, de q̄ dicit: Ne laudaueris hoīem in vita sua. Et cū hoc ꝓspexerit, etiā si de p̄terito se putat nō habere q̄d lugeat, de futuro inueniet se habere quod timeat. Nemo ergo de p̄teritis securus sit. Tanti laquei obiecti sunt añ pedes aīę nostrę tā innumeri hostes obseruant & custodiūt iter nostrum, tantæ foueæ & tanta p̄rupta, tantæ rerum difficultates latent inter nos & finē nostrū, viaq; ipsa (q̄ p se arcta atq; ardua est) tantis spūalium latronū insidijs obsidetur, tantos nos scopulos tantosq; fluctus transire necesse est, & videre ante q̄ ancoram optato in littore collocem⁹. Et putam⁹ nos de p̄teritis esse securos, & sine q̄tidiana cura, & sine q̄tidiano timore & tremore diē nostrū trāsigere debere? Quis trāsiēs sup alicui⁹ ꝓfunda fluminis p arctissimi pontis angustias, etiā si maiorem partem inoffenso transmiserit pede, iam periculum euasisse se credat, cum in vltimi pontis spacio, si paululum titubauerit, casum quem in medio spacio timebat, incurrit? Si nos, etiā si magna pars vitæ istius prospere videat transacta, non ideo præsumamus fiduciam, cum adhuc periculum pars extrema mineẽ

Eccl. 11

[illegible]at. 7

Quis in acie positus ante finem certaminis, aut ante victoriæ securitatem arma deponat? Nemo ergo securum debere esse se iudicet, anteq̃ ad finem felici consummatione perueniat. Nec hoc nobis sufficere putemus ad plenam salutem, ꝙ inter seruos dei vel habitatione censemur, vel nomine computamur: ꝙ in insula viuere, atq; inter monachos psallere videmur. Clamat enim deus noster: Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cœlorum. Hoc quare? Quia non auditores legis iusti sunt apud deũ, sed factores legis iustificabuntur. Vnde etiam si bene vixerimus, cursum nostrum stabilitate & perseuerantia commendare debemus, in loco vocationis nostrę ꝑsistendo & proficiẽdo. Vere dico, etiã si hic viginti aut triginta annos domino impendissemus (cui vtiq; totum nos scimus debere, quod viuimus) & rursum annum ageremus in seculo: inæstimabile esset quantum nobis de æternis gaudiis fraudaremus, quia spes nostræ omnes in consummatione atq; in fine consistũt. Quid mihi prosit, si mihi sata virentia in herbis spem messis ostendunt, & me sub ipso falcis tempore, subita vel aeris intemperie, vel pluuiarum inundatione decipiant? Quid mihi proderit, si vinea spem omnem in flore promittat, & vel ferarum incursio, vel vastitas grandinis, spem oẽm in consummatione subducat? Ideoq; oĩs prosperitas oĩsq; laboꝶ felicitas in fine cõsistit. Cum aũt etiã illis dolẽdũ sit, q hinc post multa laborꝶ stipendia, post aliquantũ annoꝶ spaciũ, ꝓ aliquibus affectuũ desideriĩs abstrahunt: qd de illis erit, qui hic q̃tuor aut quinq; annos longissimũ tps credunt, & oẽm reliquæ vitæ tractũ in seculi vanitate consumũt, cum etiã vnus annus seculi labores nostros in eremo acquisitos ita possit absumere, quomodo si mare magnum paruissimũ intra se riuulum recipiat & absorbeat, atq; nec nomẽ relinquat? Nescio ad q̃ lucra velimus in hoc seculo viuere. Nã cũ hic grãde puteẽ dãnũ nec quotidie acqrere aliquid, illic grãdis quęstus esse

Mat. 7

Iacobi. 1

putandus est, vel acquisita non pdere. Hic (inq̄) grãde detrimentũ creditur, non q̄tidie proficere: ibi ỽo summa virtus est, non perire. Ideoq; si adhuc tenues aut pauperes sumus, hic aliqd cõsequi laboremus. Si vero aliqd consecuti sumus, hoc illud conseruare curem⁹. Hoc solum nobis in compendiũ erit & gaudium, q̄ hic dño vixerimus. Ideoq; q̄diu hic consistis, in arbitrio ẽ cum velis ad seculum declinare. Cum vero declinaueris, iam difficile ac pene impossibile erit ad locũ istum vel cogitatione respicere. Quod si aliquis ideo securũ se putat de hoc loco aliquando se posse recedere, quoniam hic bene cucurrerit, q̄ hic multum laborauerit: hic talis hoc agit, q̃o si aliquis oneratã mercibus nauem de portu soluat, & tempestatibus tradat, & ad scopulos & ad saxa detorqueat. Quanto itaq; laboramus tanto cautiores esse debemus. Proficientibus eñ insidiatur inimicus, & vbi videt aliquam spem aut aliquã gratiam, ibi ta q̄ leo rugiens & circuiens ad inuadendum prædam totus incũbit. Et ideo qa hic positis nocere non præualet, vult aliquos minus cautos p cogitationes ac diuersas tentationes ex hoc loco q̄si extra castra pducere, & quasi de munitissima arce deponere & cũ deposuerit, velut de loco superiori confligere: vt etiam si nauem mergere non potuit, saltẽ ex detrimẽtis & damnis quę abundant in seculo, iucundissimam prædã referat. Immittit primũ intentiones diuersas, animositates, indignationes: vt dũ hoc q̄d semel destinauit, atq; in furore definiuit, implere contẽdit, nõ cogitet damnũ suũ, nõ respiciat ruinã. Et cũ ille deposuerit, tũc in nihilũ iã profutura pœnitudo succedit. Hic sumus, & toti nõ sumus. Aut eñ cordis cogitatiõib⁹ varijs & improbis & inhonestis agitamur, aut venenatis linguę gladijs vulneramur, p minimis ac paruissimis rebus scãdalizãtes, interdũ etiã q̄d monachũ nõ decet in lites & iurgia prorumpentes. Interdũ professionẽ nostrã regulæ trãsgressione violamus, furtũ inferre p̄positis, imo aĩabus nostris sub dei oculis nõ timẽtes.

1. Petri. 5

Quod

Quod agere sub præpositorum p̃sentia veremur sub dei oculis committere non timemus. Non contenti sumus necessariis, sed rursum per cordis teporem abundantiam, q̃ in sæculo reliquimus, desideramus. Vnde nõ satis prodest, quod á nobis qualescunq; facultates exclusimus, quando in nobis resederunt cupiditates. Inde est, quod interdum de rebus paruissimis excitamur, & pro vilium rerum appetitu vilissimas contentiones mouemus. Hoc quare? Quia licet reliquerimus in rebus exteriora bona, adhuc tamẽ in cordibus mala interiora retinemus. Et inter hæc quomodo exultat aduersarius noster, quando nos videt ad hoc maxima contempsisse vt in minimis vinceremur? Ideoq; ea quæ foris erant abiecisse nil prodest, nisi etiam ea quæ intus ipsius animæ visceribus adhæserunt, radicitus euellantur. Vnde & Apostolus non dixit: Aurum & argentum radix est malorum omnium, sed magis cupiditas diuitiarum. Et non solum diuites, sed qui volũt diuites fieri, incidunt in laqueum ac tentationem. Ergo Apostolus non solum habentes, sed ipsam habendi persequitur voluntatem. Ideoq; nihil proficit homo relinquendo quod extra se habet, qui vitia intra se tenet. Itaq; (vt dixi fratres) hic sumus, & toti non sumus Et quia intra muros positi vix resistim⁹, in sæculo positi quid faciemus? Qualiter stare poterint in conflictu atq; in ipso colluctantium tempestatum impetu, qui tam grauiter periclitantur in portu? Ideoq;, in quantum possumus, stabiles simus in hoc tranquillissimo sinu. Quamlibet negligens, quãlibet tepidus, non in vacuum currit qui ad palmam consumationis perseuerando peruenerit.

1. Timo. 6.
Ibidem

¶Homilia sexta: Quam deo alacriter seruiendũ sit.

AD hoc ad istum locum conuẽnimus fratres, vt domino nostro vacare possimus: nõ his rebus, quibus noster delectatur inimicus. Certum est enim quãdo ea quæ ad sæculum pertinent loquimur, aut iniquis murmurationibus & obtrectatiõibus nos

mordemus: ille ora nostra deo subtrahi, & sibi gaudet acquiri. Quid prodest, q nos parsimoniis, vigiliis, laboribusq; cõficimus: & ea quæ maxime in nobis deus desiderat, non habemus: hoc est cor mundum & liberũ ab istis negligentiis, quas qui seruat paulatim defluit, & ad maiora prolabitur. Illud ergo in primis habere studeamus, q̃d in nobis dominus noster expectat, id ẽ suauem benignumq; sermonem, mentemq; ab omni maledicto, ab omni malitia liberã, & deuitatis his quibus spiritus sanctus offenditur, humilitati, quieti, charitati operam dãtes. Hæc sunt præcipua sacrificia, hæc pinguia holocausta, q̃ in conspectu domini ascendunt Hoc etiam maxime studeamus, vt illa quæ in honorẽ dei agimus cum claro agamus animo, cum fidei gaudio, & cum bono deuotæ voluntatis affectu. Quicquid ergo inuiti atq; compulsi facimus, nouerimus nos ex eo non solum nullum habere fructum, sed maximũ incurrere detrimentum. Faciamus alicui viro potenti obsequium soluere, quod vtiq; superiores personæ à suis clientibus expectare consueuerunt: nonne si vos videret homo ille debitum sibi officium inuito animo atq; etiam cum quodam exhibere fastidio, nonne sibi magis iudicaret factam iniuriam, & exhonorari se potius quam excoli pronunciaret: & eiusmodi negligenti atq; indeuoto offensam potius crederet referendam esse, quam gratiam? Si ergo cultus atque honor hominis deuotionem, fidem, hilaritatem, requirit: vbi vtiq; interdum melior est ille à quo cultus exhibetur quam ipse qui colitur, vbi nullũ fructum officiositas illa consequitur, sed hic solum fructus est si mereatur susceptus vocari: quanto magis in honore dei nostri obseruare debemus, ne ad obsequia eius indeuoti atq; compulsi, ne tristes, ne ingrati inuitiq; veniamus, & non respiciat deus ad munera quæ negligenti ac vili animo offerunt? Non eñ homini, sed illi potius fides nostra seruituram se esse pmisit, cui ad mortẽ vsq; seruire, vt ipsam impẽdisse aĩam, parũ debet videri; cui⁹ obseqiis atq; be-

atq; beneficiis etiam ipsi angeli impares se confitētur cui postremo, quum totum debeatur; nihil gratis solvitur: sed remuneratione quasi ipse vicissim debitor factus reddit pro resolutione debitorum, & p exiguis immensa restituet. Pro hac em misera vita laboribus & doloribus plena in qua & vsus breuis est, & ipsa breuitas incerta, quam vtiq; vitam etiam si autori suo offerre dissimulet deuotio voluntatis, cōtinuo à nobis est exactura lex mortis, & quod nō datur ex voto, soluitur ex debito. Pro hac itaq; vita dabit illam vitam, quæ nec oculo potest cerni, nec tacita mētis cogitatione pertingi. Quam vtiq; consequi est facilius, quam enarrare. Cuius erit cursus sine termino, vsus sine fastidio, refectio sine cibi adiutorio, reqes sine noctis otio, ætas sine senio indeficiēs sub vultu dei claritas: & sub antiqs ppetuisq; gaudiis semp noua iucūditas, ac sine vllo amittendi piculo secura felicitas. Huius ergo vitæ dulcedinē, iā nunc de futuris illis sæculis qtidie cogitando, etiā in hoc corpore pgustare conemur: & exclusa de sensib⁹ nostris seculariū vel colloqorū vel desideriorū amaritudine, quēdā beatitudinis illi⁹ odorē totis ad nos cordibus attraham⁹. Et discusso oī torpore, oī pigritia (cuius mater infidelitas) illa iā hilaritate, illa alacritate dño ac deo nostro, illoq; gaudio seruiam⁹: q̄ gaudio ad mūera sua ipō adiuuāte veniam⁹.

Isaiæ.64.
1.Cori.2

¶Homilia.7. Qd in cœtu fratrū cauti⁹ cōuersandū sit.

QVi inter multos vitā agere cōstituerūt, aut cū grādi fructu aut cū grādi periculo, vel diligētes vel negligētes sunt. Vn felix est aīa illa, q̄ dū bene in cōgregatiōe v̄satur, multorū gaudiū est, plurimi ex ea vel ædificātur vel illuminātur: bono em eius dū multi cōmunicāt, additur. Ad q̄d etiā Sapientis illa sentētia respicit: Fili si sapiēs fueris, tibi & pximis tuis pficies. Ita si in cōgregatiōe positus obediētiā tenuit, si humilem patientēq; se pbuit: quātos ædificauit, tātos fœnerauit: quātū bonū ex se, pximis cōmendauit, tantum in sua lucra conuertit. Si vero econtrario p inobedien

Prou.9

inobedientiam vel superbiam alios(quod facile eue-nire solet)ad maculam compulit: quantos destruxit, de tantis periculum damnationis incurrit,quantis de trimento fuit,de tantis damna contraxit:&peccatum quod ab illo semel processit, ad eum multipliciter re-dundauit. Quamobrem sicut ille valde admirandus atq; laudandus est,cuius cursus multorum profectus est:ita ille merito lugendus est, cuius vita multorum ruina est.Ideoq; charissimi quæ ad ædificatiōem perti nent,ea in medio positi agere studeamus: ne vitia no-stra aliorum virtutibus noceant:ne aliorum feruorē tepor noster debilitet, ne aliorum patientiam iracun dia nostra violet, ne aliorum humilitatem superbia nostra deprauet,ne aliorum sanitatem infirmitas no stra corrumpat, ne aliorum pulchritudinem fœditas nostra cōtaminet,ne aliorum ardentes extinguamus lampades,si nostras illuminare non possumus.Et qui dem stultæ illæ virgines,quamlibet stultæ essent,non tamen alienas extinguere, sed suas illuminare cupie-bant: ad istarum igitur similitudinem, si cui nostrum deest pinguissima gratia humilitatis, si fidei ignis,si flā ma feruoris,si oleum charitatis,si lumen discretionis veniat ad eos,quos magis abūdare prospexerit:& gra-tiam in se proximi non auferendo,sed imitando trāsfundat: & bona possessiōis alienæ sine damno,imo cū lucro possessoris inuadat. Nunquam enim tibi defi-cit,quicquid alter de te proficiet.Nunquam enim sen sit luminis sui damnum plurimis ignis ascensus, nec minuit solis lucem considerantiū multitudo: sed quā ti ad eum prospexerint, tantis munera sua commo-dat, & ipse semper integer permanet.Benedicta deo il la anima, cuius humilitas alterius confundit superbi-am, cuius patientia proximi extinguit iracundiam, cuius obedientia pigritiam alterius tacite increpat,cu-ius feruor inertiam alieni torporis exuscitat:qui pxi-mi sui turbatum præ ira oculum cordis,gratia conso lationis & ædificatiōis illuminat. Melior est hic, q̄ ille

Matth.25.

qui fra

qui fratrem suum paululum ab aliquo contristatum, non tam solatij porrecta manu subleuat sed magis titubantem, sicut parietem inclinatum, multiloquiorum impulsu adiuuat ad ruinam: & pro disciplinæ ratione correptum per sinistra cõsilia sic incitat, vt allidat, sic armat vt perimat. Itaq; fratres, cui mala propria non sufficiunt, ille sic agit vt iudicium etiam alienæ perditionis incurrat. Certum est charissimi, nisi hic nostras quotidie resecemus & circumcidamus passiones, deteriores nos multo effici, quam fuimus dum in sæculo viueremus: ita vt fiant posteriora peiora prioribus.

Psalm. 1

Lucæ. 11.

¶ Homilia octaua. De vtriusq; hominis externi scz & interni vitijs extirpandis.

SI quando terræ operarius & ruris cultor agrũ suum seminibus præparauit, non sibi sufficere putat rudem campum vomere præcidisse, & assiduo aratro duras edomuisse glebas, ac sulcis frequentibus confecisse: sed insuper studet agrum illum infœcundis graminibus emũdare, noxijs euacuare ruderibus, spinosarum stirpium fomites excussa radice conuellere: sciens terram suam sine purgatiõe mali germinis boniferacem esse non posse, ad se dictum putans illud, quod ad spiritualem agricolam pertinet: Nouate vobis naualia, & nolite serere super spinas. Ita & nos, qui dei agricultura effecti sumus, qui spem fructuum nostrorum non terra credimus, sed cœlo repositã: nõ nobis sufficere putemus terram corporis nostri vigiliarum exercitijs edomare, vel ieiuniorum labore cõficere: sed in primis mentem extirpatione vitiorum mundare conemur, circũcidere mores, excidere passiones, eradicare superbiam, plantare humilitatem, fundare patiẽtiam, amputare inuidiam, inserere beniuolentiam, & huiuscemodi agrum cordis quasi quibusdã bonæ frugis fœcundare seminibus. Cæterum si caro conteritur & anima nõ fructificatur, simile est: ac si cãpus arari non desinat, & nunquam tamen messis appareat. Quamobrem si interius nõ mũdamur & exterius

Ieremiæ. 4

Ephe. 2

affligimur

affligimur, quantum video, inimicitias contra vtrumque suscipimus. Tantum laboris nobis indicimus propter animam, & nihil impendimus studij circa ipsam: interdiximus nobis diuersas sæculi voluptates, varios delitiarum sapores, in quibus erat aliquid iucũditatis atque dulcedinis: & nunc abstinere non possumus à superbia, ab inuidia, ab venenatis passionibus, in quib⁹ nihil est nisi quicquid amaritudinis atque rancoris est. Propter amorem domini nostri, ad relinquendos dulces affectus & chara pignora fortissimi fuimus, iucundissimos pijssimorum vultus parentum quasi odissemus, ita fugimus, bellum quodammodo ipsi pietati indiximus: & nunc ad declinandas negligentias, ad expugnãda leuissima vitia, infirmi ac debiles sumus. In abdicanda sæculi iucunditate tam magna ꝑmisimus: & nunc maledicere, obtrectare, moueri contra vilia, insuper & in hominem irasci & scandalizari, hoc vincere impossibile aut supra humanam putamus esse virtutem. Sed quid nunc quod in minoribus cedimus, ꝑ bona nostra initia ipsi nos accusamus. Docemus enim quod quicquid hic agimus, non impossibilitatis est, sed teporis. Ideoque fratres, respiciamus ad fidem illam feruoremque quo cœpimus: & ad ornandum conuersatiõis nostræ vsum saltem de primordijs sumamus nostris exemplum. Si periculosum est, non quotidie addidisse, quanto periculosius est etiam ab initijs recessisse? Opus est ergo vt laborem corporalem spiritualis fructus, id est, morum emendatio subsequatur. Vitia quæ vtrumque hominem impetunt, vtriusque labore vincenda sunt, atque expugnanda. Parum prodest carnis cõtritio, si non adhibeatur cordis solicitudo, & mẽtis intentio. Quod si solum laboret corpus & spiritus non repugnet, quid prodest passiones impugnari à famula, quæ pacem inueniũtur habere cũ dominaʔ Iam leuius est, si interdum caro sola impugnationibus quibuscunque vexetur. Verbi gratia: si cõcupiscentia gulæ ac luxuriæ aculeis inquietetur, fieri enim potest, vt ad

animæ

animæ non veniat periculum, si mens respuat volup-
tatē. Quod si concupiscentia peccati arcem mentis ob-
tineat, quid mihi prodest, si nondū maculatus videatur
exterior, meliore sui parte vitiata? Si em̄ interior vict9
est, iam vterq; captiuus est. Quid prodest, si extra ciui-
tatē geramus bellum, & intus patiamur excidiū? Ideo
que si me de vigilijs reuertentem inobedientiæ passio,
si spiritus inuidiæ, si consuetudo obtrectationis exci-
piat, si ad transgressionem regulæ præsumptio furtiua
solicitet: zizania tritico miscui, quod videbar cōgrega-
re dispersi, spem messis auibus ferisq; donaui, ac si vno
momēto laborē totius noctis effudi: & quod peius est,
nec effudisse me sensi. Hæc est em̄ spiritualium bonorū
ratio, vt quum ea summo labore constet acquiri, tā fa-
cile pereant, vt vix possit intelligi. Et inde, q̄d nos inter
dū sc̄tōs putamus, quia lucra de laboribus æstimamus
& detrimenta subsequentia dep̄hendere nō valemus:
o q̄ frequenter iudicationis malum, vanitatis ac iactā-
tiæ morbū, dum non sentimus incurrimus: q̄ frequen-
ter inuidiæ spiritu adurimur, vel inhonestis atq; ob-
scenis cogitationibus in ipso corde cōfundimur: post
perceptionē vulneris nullus sequitur sensus doloris,
nulla cōtritio cōpunctionis. Sed quid ego de his ocul-
tis loq̄r, quæ serpentino quodā lapsu ad animā ipsam
penetrantes, venenato nescios & ignaros dente percu-
tiunt? Apertis interdum à nobis ipsis scandalorū bellis
collidimur, obtrectationibus ac malíloquijs linguæ
nostræ, velut p̄prio mucrone confodimur, conuitijs
interdū etiā in præpositos violamur illatis: & in eorū
iniurijs ipsum quodāmodo Christū dominū colaphi-
samus, qui dixit: Qui vos spernit, me spernit: Et null9
conscientiæ scrupulus, nulla compunctionis medici-
na subsequitur. Sed quid in vobis pœnitentiæ fructū
quæro? Vtinam interdum post speratā veniā nō pœni-
teat, vtinā nō pœniteret humiliari, q̄s non pudet pue-
niri. Respondeat mihi illa anima, q̄ p̄c̄m suū cōfusiōe
mortifera in conspectu fratrum sic agnoscere erubuit
quomo

Lucæ 10.

quomodo vitare debuisset: quid faciet, quum ante tribunal diuinum & ante cœlestis militiæ fuerit præsentata consessum, quum hinc atque inde quasi quibusdam vehementissimis testibus vrgeri cœperit, veteribus circumdata malis, quæ per humilitatis & compunctiõis remedium curari dum licebat noluit: quæ præpositis subtrahendo atque celando, æterno examini atque æterno iudici integra reseruauit? Ideoque qui culpas & negligentias etiam quæ paruæ æstimantur, præsenti punit atque deflet reatu, nouerit se de supplicio æterno breui transisse compendio. Itaque si cupimus, vt nos nunquam fallat atque decipiat solicitissima carnis vanitas, & secretæ inhonestæque cogitationis obscenitas, tacitæ mentis voluptas, incauti cordis tepiditas: prius ea quæ manifesta sunt, id est, gulæ, appetitus, iræ motus, superbiæ impetus, contradictiones tumidas, obtrectatiões improbas, à moribus nostris excidere festinemus. Quomodo enim præuidere poterimus in secreto hostem, si hunc euitare non valuerimus aperta congressione pugnantem? Ideoque charissimi militia nostra hęc à nobis requirit, vt non contra alios, sed contra nosmetipsos dimicemus: & vniuersos hostes nostros in nobis ipsis iugiter persequentes, palmam spiritualis triũphi à domino consequamur. Et quidem quã diu ad mundum pertinebamus, illis actibus ac negotijs militãtes in quibus nunc erubescimus, tunc nobis aduersarius noster nõ obstabat, imo etiam consentiebat: quia circa miserabilem & perditam vitam nostram non inueniebat in quo suam exerceret inuidiam. Delectabant illum opera nostra, sufficiebant illi per se crimina nostra. Quis enĩ suscipiat bellum cum milite suo? Quis velit impugnare subiectum suum? Supra omnem in felicitatem erat vita illius cui nocere nõ dignabatur inimicus. At vero nunc, postquam voluptatibus eius renunciauimus, quia videt cultores suos ad authoris sui pristini famulatum redisse, tanquam leo rugiens, omnes nocendi aditus peruigil insidiator explorat:

Vrget

Vrget contra nos vitiorum acies, exhibens secum septem spiritus nequiores se, si forte domum nostram spiritualibus bonis vacuam inueniat ac vacantem, & cum turbis suis eam valeat occupare, ac sibi in ea præmissis vitijs, quasi quibusdam mercatoribus, p̄parct mansionem. Atq; ideo charissimi mille contra nos nocendi exercet ingenia. Iuniores quosq; & insipientes, vel indecorosis gulæ blandimentis attentat, vel aculeis non edomitæ carnis impugnat, si possit eorū sensus vel honestas cogitationes polluere, & ignobilē triumphum de castitatis vulnere reportare Meliores vero quosq; ac seniores per elationis atq; iactātiæ malum pro profectu ipso ac meritis proprijs expugnare conatur, vt dum ipsa merita ingerit, per immundissimam vanitatem humilitatem cordis excidat, & q̄d est periculosum, in cōspectu dei hominē placere per suadeat. Iam vero illud commune ac familiare malum est, quod armat contra nos linguæ nostræ gladios, q̄d irarum inflammat stimulos, atq; ita diuersis passionibus inebriat mentem, vt quando aut irascimur, aut obtrectamus, aut maledicimus, alijs nocere credamus Sed non est ita charissimi. Nam vniuscuiusq; malum in suum redundat authorem, suam linguam maliloquus maculat, suum cor abtrectator exulcerat, suę mētis lumen iracundus obcæcat, suam animam inuidus veneno liuoris aspergit. In quo illud Salomonis impletur: Fili si malus fueris, solus hauries mala. Inde ergo euenit dilectissimi, sicut dixi, quod nos interdū deteriores esse sentimus q̄ in seculo fuimus: quia hosti quem ipsa conuersione prouocauimus, in medio certamine manus damus: nec in feruore quo cœpimus, p̄seueramus: sed debellante tepore succūbimus. Ideoq; magnis viribus defendendum est nomen magnæ professionis. Multum est quod ad eremum veniendo promisimus deo, quālibet multa sint quæ speramus ā deo Ideoq; discutiamus inertiam & omnem lassitudinem mentis, & preciosam militiā precioso agamus affectu

Luc. 11.

Prou.

Non expectem⁹ domini nostri mercenariorum ac ser-
uorum more compelli. Neque contenti simus, vt alius
à nobis exigat, quicquid ad salutem & gloriam nostrã
pertinere cognoscimus. Ante omnia caueamus, vt q̃d
nobis agere necesse est, non agamus inuiti. Nec ante
opus contradicamus, nec in opere murmuremus, nec
nobis de consummato opere placeamus male blandi
ente iactantia. Ante omnia fratres solicito cordis ocu
lo negligentias nostras discutiamus, dicentes illud:
Peccatum meum ego cognosco, & delictum meum cõ
tra me est semper. Scelus est, quod interdum nobis bre
uia ac vilia facit peccata nostra ipsa consuetudo pec-
candi, cum certum sit nos sicut de minimis bonis au-
geri, ita de minimis negligentijs debere compungi.
Non est minimum vitia intra hominem negligere mi
nima. Nescio de quibus delictis debeant esse securi, e-
tiam de peccatis ignorantiæ iudicãdi, ac rationem de
sermonibus otiosis reddituri. Nescio quæ debeant de-
licta negligere, de quibus & ipse dominus cum quadã
definitione declarat: Amen dico vobis, si quis dixerit
fratri suo fatue, reus erit gehẽnę ignis. Quis inter hæc
vllam sperare indulgentiam posset, nisi quam procli-
uis est homo ad delinquendum, tam misericordia do
mini nostri diues esset ad remittendum? Respiciamus
ergo fratres vocationem nostram. Ambulemus in hu
militate, in omni patientia, & in omni mansuetudine
Ponamus ori nostro custodiam. Timor futuri iudicij
mitiget iracundiam, & cogitatio vltimi diei frangat
superbiam. Cogitemus qui luctus erit negligenti ani-
mæ ex hoc corpore discedenti, quæ angustia, quæ cali-
go, quæ tenebræ: quum ex illo aduersariorum nume-
ro prima occurrere cœperit conscientia diuersis cir-
cumtecta criminibus. Ipsa enim remotis omnibus p-
bationibus ingerenda erit oculis nostris, vt nos & cõ
uincat probatio, & confundat agnitio. Non ibi licebit
vel cælare aliquid vel negare, vbi non de longe aliun-
de, sed deintus pcessurus est accusator & testis. Quam

obrem,

Psalm. 50
Matth. 12.
Matth. 5.
Colos. 1
Psa. 140

obrem, vt futuram illam confusionem ex præsenti, quæ inter homines euenire solet, confusione conijciamus cogitemus si alicui nostrum inter nos obijcerentur delicta & occulta sua quemadmodum & cordi intrinsecus nota sunt: vere dico communes omnium vultus ferre non posset. Et quid faciet infelix anima, quando cum opprobriis & fœditatibus suis angelorum fuerit conspectibus præsentata? At vero illa anima q̃ bene cursum suum direxerit, quę Christi sermonibus obtemperauerit, quę professionem suam in omnibus custodierit: non timebit illius vltimæ horæ necessitatem. Exire de huius corporis habitaculo ita sibi videbitur, quasi post longas carceris tenebras producatur ad lucem, quasi de aliquo obscurissimo specu in aulã regiam introducatur, quasi de lacu miseriæ & de luto fecis abstracta splendidis ac speciosis vestibus induatur, atq; inter florum & aromatum suauitatem miris reficienda odoribus collocetur. Recordemur, quam iucunda sit quies, quam delectabilis repausatio post depositam alicuius grauissimi oneris fascem, quã dulce sit post longæ captiuitatis catenas ad charam patriam recuperata libertate remeasse, quam preciosum sit post multa nauigationis pericula ad optatam terram atque portum desiderabilem peruenisse. Atque ex his colligamus & cognoscamus, quam iucundũ erit comite bona conscientia ad vera & solida gaudia atq; ad angelorum transire consortia: & ad illam vitam conscendere, vbi nulli erunt labores, nulli dolores, nulla damna, nulla incommoda: & quod super omne bonum est, nulla peccata: sed æterna innocentia, inuiolata iustitia, inconcussa securitas, sempiterna felicitas.

¶Homilia nona: In quo verus monachi profectus cõsistat.

Videte vocationem vestram fratres charissimi. Venire ad eremum summa perfectio est: non perfecte aũt in eremo viuere, summa dãnatio est. 1.Cori.1

 Quid p

Quid prodest si in loco quies teneatur, & inquietudo in corde versetur: si in habitatione silentiũ sit, & in habitatoribus vitiorũ tumultus & colluctatio passionũ? Si exteriora nostra serenitas teneat, & interiora tempestas? Solemus annos nostros & temporum spacia, quibus hic viuimus supputare. Non te fallat, quicunq; es ille, numerus dierum, quos hic relicto corporaliter seculo consumpsisti. Illum tantum diem vixisse te computa, quem non malitia, non inuidia, nõ superbia commaculauit: quem non mendacij, nõ periurij culpa respersit, qui peccato non cessit, qui diabolo repugnauit. Illum diem vixisse te computa, qui puritatis & sanctæ meditationis habuit lucem, quem nõ cõuersatio tenebrosa mutauit in noctem. Illum inquã diem applica ad vitam tuam, cuius vsus puenit ad animam tuam. Solemus etiam nobis de corporalium ieiuniorum & visibilium vigiliarum assiduitate blandiri. Qui post vigilias, ac de ipsis forte vigilijs, ad obtrectationes, ad verbositates, ad murmurationes egreditur, qui se de choro psallentiũ ad comessationes inhonestas bibitionesq; furtiuas, non solũ damnabili trãsgressiõe, sed etiam abominabili vilitate subducit: multo esset melius si somnolenita dominante dormiret. Qui ieiunans oneratum & pergnans pectus dissolutionis & indignationis distensione circumfert, qui ã vino abstinet, & in sensibus suis amara discordiæ ebrietate turbatur: qui (inquam) in exteriore salutifera poculorum parcitate se macerat, & in interiore hominẽ mortiferum Sodomorũ vinum viscera infectus eructat: non in se propheticas voces dirigi, etiam in præsenti vita damnatus, intelligit: Non tale ieiunium elegi dicit dominus. Vel illud: Ex vinea Sodomorum vinea eorum, & vites eorum ex Gomorra. Vua eorũ vua fellis, & botrus amaritudinis in eis. Ita autem interdum diabolus cum aduerterit animam fide vacuã & dei timore nudatam, ita diuersis passionibus inebriat mentem, vt quãdo aut maledicimus, aut irascimur

Deu. 32
Isaiæ. 58.
Deu. 32

aut ob

aut obtrectamus, quando hæc agimus, aliis nos nocere credamus. Sed non est ita. Nam vniuscuiusque malum vitii in suum recurrit authorem, sicut dicit sermo diuinus: Fili si malus fueris, solus hauries mala. Suam linguam maliloquiis maculat, suum cor obtrectator exulcerat, suæ mentis lumen iracundus obcæcat, suam animam inuidus velut quadam rubigine pestifero liuore corrumpit. Et sicut exulceratis parentibus nascuntur viperæ, sicut (inquam) nasci viperæ fœtus diruptis matrum visceribus asseruntur: ita humana præcordia ipsis primitus quas conceperunt passionibus dilacerantur. Illa (inquam) præcordia, de qbus vitiorum generatio serpentina profertur: ipsa primitus monstruosi partus fœcunditate violantur. De tali partu dicit sermo diuinus: Ecce parturiuit iniustitiā, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem eius iniquitas eius descendet. His itaq; à nostra (vtpote circa vos feruenti) charitate pro alioꝝ negligentiis, quaꝝ longo cruciabar dolore, præmissis, & ex aliquo exonerati pectoris æstib⁹, præcipimus, & admonemus: atq; etiā vos pro nobis, si tamē affectū percipitis, obsecramus: vt de reliquo corrigamus mores, negligentias emendemus, ne ad vos postmodum non cum lingua ac sermonis virga, sed cum his verberibus quæ obdurata deposcunt corda, veniamus. Elabborate potius deinceps, vt inter vos contentione laudabili ac meliori tādem æmulatione certetis: quis vestrū in opere dei prōptior, qs in oratiōe feruentior, in lectiōe solicitior, in castitate purior, in sobrietate parcior, in lachrymarū largitate profusior, in corpore honestior, ī corde syncerior, in ira mitior, in mansuetudine moderatior, in risu rarior, in cōpunctione feruētior, in grauitate fundatior, in charitate sit iucundior. Et ideo ipsi nosmetipsos castigemus q̄tidie, ipsi nobiscū rōnem de q̄tidiana cōuersatione faciamus. Alloq̄tur se in secretis cordis

Pro.

Psalmo. 7.

dis vnaquæque anima, & dicat: Videamus si hodie aliquid quod ad profectum meum, quod ad ędificationē aliorum pertinet, operatus sum. Puto quod hodie illum incipientem destruxi. Hodie seniori meo inobediens fui, mentitus sum, periuraui, ira vel gula victus sum. Plus hodie risi, plus cibo ac potui, plus otio ac somno, quàm decebat indulsi, minus quam debui oraui ac legi. Quis mihi reddat hūc diem, quem in vanis fabulis perdidi? Ac sic fratres de omnibus negligētijs nostris compungamur in cubilibus, id est, in cordib⁹ nostris. Si ita egeritis, nos quidem de profectu vestro lætificabimur: sed vos de acquisita salute gaudebitis, & nos vobis pro salutis vestræ acquisitione subderis. Donet illius pietas q potens est, vt ita de sermone nostro proficiatis, vt nos vicissim vestris oratiōibus adiuuetis, nobisque in præsenti vita ornamentum sitis, & in futura prȩsidium.

Psal. 4

¶Homilia decima: Quod pro delictorum varietate variæ quoq; purgationes adhibendæ sunt.

Leuit. 16

Ait quodam loco sermo diuinus: In diebus solēnitatum vestrarum affligite animas vestras. Quare hoc dixit? Quia ieiunia ac vigiliæ & sanctæ afflictiones humiliata corda macerant, sed maculata corda purificant: mēbris subtrahunt fortitudinē sed cōscientiis addūt nitorē. Nihilominus de cōtritiōe animi redimūtur crimina voluptatū. Per duræ crucis exercitia decepta dudū carnis gaudia puniūtur. At sic mortificatione p̄senti futuræ mortis sentētia p̄uenit. Et dū culpæ autor humiliatur, culpa cōsumitur. Dum q; exterior afflictio voluntariæ districtionis infertur tremendi iudicii offensa sedatur, & ingentia debita labor soluit exiguus, q̄ vix cōsumpturus erat ignis æternus. Tractantes ergo causam salutis nostræ faciamus intra nos, q̄d circa nos facere solēt medici. Si læsura aliqua vel q̄rela in prima corporis cute sentit, curatio medicamēti blādioris apponitur: si ꝟo in ossibus vulnus abscōditū aut in viscera p̄funda immersum est, austeriorē

ſteriorē & violentiorē poſcit vis occulta medicinā: vt vlceris magnitudo aut ſectione aut exuſtione ſuper-curetur, & dolor dolore pellatur. Similis ratio eſt in ęgritudine hominis interioris adhibēda. Si leuia ſunt fortaſſe delicta: verbi gratia, ſi homo vel in ſermōe vel in aliqua rephenſibili voluptate, ſi oculo peccauit aut corde: verborū & cogitationū maculæ quatidiana oratione curandæ, & priuata cōpunctione tergendæ ſunt. Si vero quiſquis conſcientiam ſuam intus interrogās facinus aliqd capitale cōmiſerit: aut ſi fidē ſuā falſo teſtimonio expugnauerit, ac ſacrū veritatis nomen periurii temeritate violauerit, ſi veram baptiſmi tunicam & ſpecioſam virginitatis holoſericā ceno cōmaculati pudoris infecerit, ſi in ſeipſo nouū hominē nece hominis occiderit, ſi per augures & diuinos atq; incantatores captiuum ſe diabolo tradiderit. Hæc atq; huiuſmodi commiſſa expiari penitus communi & mediocri vel ſecreta ſatiſfactiōe non poſſunt: ſed graues cauſæ grauiores & acriores & publicas curas requirunt: vt qui cum plurimorū deſtructiōe ſe perdidit, cum plurimorum ædificatione ſe redimat. Homo enim ſeipſum decipit, ſi quum in medullis feruere ſibi ſentiat morbum, per ſuperficiem corporis molle deducat vnguentū. Hæc itaq; principalia mala ingenti rugitu & gemitu & fonte indigent lachrymarū, atq; poſt lachrymas clamādū eſt cum ꝓpheta: Rugiebam à gemitu cordis mei. Et lauabo per ſingulas noctes lectū meū. Et iterū: Ego autem cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miſcebam. Nemo deſpiciat hanc humilitatem. Summus rex erat qui iſta dicebat, ſummus rex erat qui iſta faciebat. Oportet itaq; ſicut ſupra mortuum conclamatum, ita magnos ſupra extinctam animam dare plāctus. Et quomodo ſolet mater orbata ſuper amiſſione vnici filij ſui fracto pectore lamentari: ita conuenit ſuper vnicā ſuā cū ſpe reparationis affligi. De qua vnica ſermo ꝓpheticus dicit: Erue à framea aiam meā, & de manu canis vnicā meā

Pſalm. 37
Pſalm. 6
Pſal. 10
Pſalm. 12.

Quare vnicam dixit? Siue quia tanquam vnica diligēda est, siue quia ipsa sola & singularis ante tribunal cœleste ratiōem, remotis omnibus solatijs, redditura est. Ita (inquam) necesse est super hanc vnicam, criminum mucrone confossam totum pondus doloris effundi: si forte possit lacrymarum viuificata fontibus calore fidei suscitari. Accendenda est compunctio, corroborandæ sunt preces futuri recordatione iudicij, atque misericordiarum operibus adiuuandæ. Audienda est prophetæ sententia, sed audienda obedientiæ aure dicentis: Accipe, o rex consilium meum, & peccata tua eleemosynis redime, exemplum etiam illius euangelici viri ita audiēdum est, quasi vere pro nostra redemptiōe conscriptum: Dimidium domine bonorum meorum do pauperibus. De quibus audiuimus dominum in Euangelio ineffabili dignatione & charitate dicentem: Qui fecerit vni ex minimis istis, mihi fecit. Quæ verba eleemosynarum nobis effectus cœlesti autoritate commendant. Sed forte quando de eleemosynis audiuit, expauescit angusta paupertas. Nō est ita charissimi: Meminerit potius æra minuta diuitum thesauris fuisse prælata, quia non solum copia largitatis, sed beneuolentia pascitur largientis. Ego autem puto charissimi, q̄d ita deus pauperes in hoc mundo esse permiserit, vt in pauperibus diuitum fidem probaret, vel in pauperꝫ misericordia diuitibus misereretur, vt abundantibus boni operis ac redemptionis suæ occasio non deesset, vt beneuolum locupletem etiam inopia aliena ditaret, & opulentior quisqꝫ ingentia de egēte lucra reciperet: & mirifico, summoqꝫ cōmertio, dū inopi misericordia temporali largitate confertur, vnde æternus thesaurus compensetur. Dirigamus ergo actus nostros, & quicquid possumus, & quicquid valemus, in exercitia bonæ volūtatis, in studia iustitiæ ac misericordiæ conferamus: Curramus dum lucem habemus, priusquam nos tenebrę comprehendant: quia iā in illo seculo emendatiōi ac redēptioni prospicere non lice-

Danie. 4.
Lucæ. 19
Matth. 25
Marci. 12.
Iohan. 12

non licebit:sicut dicit sermo diuinus: Quoniam non est in morte, qui memor sit tui. Sicut ergo ibi iam nulla timebitur meritorum amissio, nulla tribuetur remissio peccatorum. Nulla ibi iam exercendi boni operis licentia concedetur. Nunquid ibi pascere esurientem aliquis poterit, vbi edendi & bibendi necessitas nõ erit: vbi cibo ac potu nec impi⁹ inter inferni flammas, nec pius inter paradisi delitias indigebit? Nunquid ibi algentem vestire continget, vbi omnino tegendi cura corporis cessabit, vbi sub illo frigore de quo propheta dicit: ante faciem frigoris eius quis sustinebit? in perpetuum nudus erit qui hoc indumentum nuptiale perdiderit: vbi malus maculosæ conscientię tenebris, bonus vero pallio immortalitatis & beatitudinis vestietur: vbi indumenta merita erunt, sicut dominus dicit: Tunc fulgebunt iusti sicut sol. Et propheta: Sacerdotes tui induantur iustitiam. Vel illud: Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato. Ibi ergo pro sanctorum tunica lux fulgebit æterna. Ibi vestitus nullis vnquam sæculis exuendus conuertetur in corpus. Ibi indumentum transibit in præmium. Ibi angelica illa stola non iam erit amictus, non iã erit habitus, sed natura. Nunquid ibi iã auarus aut tenax de abundantia sua benefacere alteri poterit, vbi nec sibi vnam guttam in medio stagni æstuans voluntas inuenit? Nihil enim secũ de his, q̃ ꝓpria habere se credidit portaturus est. Sicut dixit propheta: Non enim quum morietur accipiet omnia neque simul cum eo descendet gloria domus eius: auditurus inter indefessa supplicia: Esuriui & nõ dedisti mihi manducare. Sitiui, & non dedisti mihi bibere. Intelligamus quid damnationis erit spoliasse pauperem: quem summũ crimẽ est non pauisse. Huic vero, qui tenuem atq; sine vlla futuri iudicij consideratione nunc opprimit: Huic (inquam) sicut quidam dixit, adueniet tempus magnum, quum optauerit impletum intactum pauperem, & quum spolia illa dieq; oderit. Intolerabilis dolor erit, si inde causas mortis

Psalm.6. Psal.147. Matth.22. Matth.13. Psalm.131 Psalm.44. Luce.16. Psal 48 Matth.25

quisquam incurrat, vnde vitæ gaudia comparare potuisset. Noli ergo despicere pauperem, qui cum sibi pauper sit, facere te diuitem possit. Rapiamus ergo de præsenti seculo feruenti deuotione quod possumus. Cito transeunt dies nostri, vtinam bene transeant. Rapiamus ergo de hoc seculo gratias agentes illi, qui ita dispensauit vtranq; vitam, vt laborum & agonum tempora cito finirentur: honorum vero & præmiorum gaudia sine fine durarent.

A M E N.

¶Finis.

¶ALANI DE RVPE SACRAE Theologiæ doctoris, religionis prærogatiuæ ac excellētię. XXX.

PRima excellentia religionis est, q religiosi sunt mortui mundo, & cum angelis est conuersatio eorum in cœlis. ¶Secunda est, quod religiosi sunt maiores virginibus, confessoribus, martyrib9, patriarchis, prophetis, præcursoribus & apostolis, ac etiam angelis, cęteris paribus, & ex opere operato, quoniam dederūt in perpetuum se & sua totaliter deo in holocaustum, in manu hominis suam relinquentes propriam voluntatem: quod alij non fecerūt ex opere operato, secundum status eorū in quantum huiusmodi, quamuis benefecerūt ex opere operante, scilicet charitate. ¶Tertiā est, q religio est dignior & perfectior status totius mundi, quantum ad deperditionem vitiorum & acquisitionem virtutum, sed non quantum ad perfectionem aliorum vel potestatē, qa sic sunt episcopi ante religiosos. ¶Quarta est, q religiosi minus peccant eodem genere peccati, q̄ seculares (cæteris paribus) signanter, quando ex fragilitate peccant, vt dicit doctor sanctus Secunda secundæ.

Thomas

¶Quinta

¶Quinta est, q in religione viuunt purius, fiant securius, cadunt rarius, manent iucundius, resurgunt citius, operantur cõfidentius, sine comparatione quàm in seculo secundum Bernardum & Thomam vbi supra. ¶Sexta est, quod in infinitum, & quasi improportionabiliter opera religionis excedunt eadem opera in seculo facta. Exempli gratia: Ieiunare per vnũ diem in religione, excedit in merito quasi infinita ieiunia secularium. Et vna prima in religione, infinitas primas seculariũ: vna missa, infinitas missas: vna oratio, infinitas orationes secularium: & vna humiliatio vel disciplina, infinitas excedit tales à secularibus factas: intantũ, quod dicere horas canonicas in religione ex obedientia, est maioris meriti, quàm si totidem horas vna magna ciuitas diceret ex sua libertate, & ex hoc opere operato, & cæteris paribus. Et sic de aliis omnibus operibus religionis est dicendum.

Bernardus
Thomas

¶Septima est, quod maius bonum prouenit parentibus ponentibus filios suos in religione de obseruantia, quàm si tales filii essent reges effecti, & sunt magis nobilitati, quoniam virgo Maria & CHRISTVS sunt eorum gener & nurus, quum filii eorum sunt nostræ dominæ desponsati, & filiæ Christo.

¶Octaua est, quod parentes eorum erunt participes bonorum religionis sicut & fratres, habebuntq; propter hoc in cœlis specialem gloriam & gaudia singularia inter alios beatos, vt patet in visione Tondali.

¶Nona est, quod magis est meritorium conuertere vnum solum ad religionem intrãdum, quàm mille peccatores in seculo remanentes, propter religionis infinitam excellentiam supra seculum.

¶Decima est, quod religiosi habebunt in cœlo locum cũ Seraphim, quoniã in isto mundo erant in statu summæ charitatis. ¶Vndecima est, quod singularissime religiosi erunt reges in cœlo dicti, iuxta illud Matthęi: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorũ

est re-

est regnum cœlorum. ❡Duodecima est, quod religiosi erunt in die iudicij singulares iudices totius mundi iuxta dictum Saluatoris in Euangelio dicentis: Amen dico vobis, quod vos q reliquistis oĩa & sequuti estis me, sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. ❡Decima tertia est, quod religio est crux Christi viua, vera & sancta, quoniã in ea religiosi boni crucifigunt carnem suam cum vitijs & concupiscentijs. Vnde Paulus: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Quinimo, religio est crux Christi maior quam crux Christi corporea: tum qui est crux Christi spiritualis, tum secundo quia viua, tum tertio quia perpetua. ❡Decimaquarta est, quod religio est excellentior tumulo Christi, quoniam illud solum tenuit Christum mortuum cum vnguentis corporeis, & duntaxat tribus diebus. Religio vero est sepulchrũ Christi viuũ cũ angelicis aromatib⁹ in perpetuũ. ❡Decimaquinta est, quod religio est dignior diuersorio Christi, in quo natus tanta fecit mirabilia: quoniam illud diuersorium vnum solum filium habuit, & pro tempore, & inter duo animalia bruta cum angelis paucis, & solum tribus regibus. Religio vero parit filios infinitos, & virgo est, & collocat eos cum angelis innumeris & sanctis & beatis regibus infinitis, hic per gratiam, & in futuro per gloriam. ❡Decima sexta est, quod religio est excellentior Christi ecclesia tum quia illa corporea est, & irrationalis, & transitoria: sed religio est spiritualis, rationalis, & sempiterna secundum Augustinum de vera religione.

Marth 16

Gal. 5

Gal. 6.

Mat. 2

❡Decimaseptima est, quod religio est dignior omni studio cuiuscunq; scientiæ totius mundi in infinitum & omni mundano doctoratu in præsenti: qm̃ studia talia sunt scientiarũ mundanarum, & quæ sine gratia gratum faciente possunt stare. Religio vero secundum doctorem sanctum, est schola omnium virtutũ, in qua fiunt magistri maximarum virtutum.

❡Decimaoctaua est, ꝙ religio est maior sacra paginã


quodã-

quodammodo: quoniam illa est dei sapientia in libris & verbis. Religio autem est dei sapientia in rebus viuis & factis secundum Bernardum. ¶ Decima nona est quod religio est maior sacramento baptismi, quoniã in baptismo pœna & culpa remittuntur, sed hoc idem fit ad plenum per ingressum & professionem religionis secundum sanctum Thoman in scripto super .4. Sententiarum. Et per amplius religio facit suos baptisatos probatissimos milites contra omnia tentamenta, & ad omnia merita perficienda secundum Augustinum. ¶ Vicesima est, quod religio est maior & dignior paradiso terrestri, quoniam in illo est arbor scientiæ & fons vitæ. In religione vero sunt huiusmodi non temporales sed cœlestes. ¶ Vicesima prima est ꝙ religio est maior & dignior & melior toto mũdo corporeo secundum Augustinũ, eo ꝙ ipsa est mundus viuus & vus sempiternæ deitatis. ¶ Vicesima secũda est, ꝙ religio est maior & dignior calice corporali Christi & reliquijs sanctorum, qm̃ illa sunt sensibilia & terrẽa. Hæc aũt scd̃m Gregoriũ est supercœlestis & diuina. ¶ Vicesima tertia est, ꝙ religio est maior ꝗ potentia cæcos illuminãdi & mortuos suscitãdi, qm̃ ipa illuminat mẽtes, & Christũ in mẽtibus fideliũ nouit suscitare scd̃m Thomam. ¶ Vicesima quarta est, quod religio est dignior omni imperio, regnatu & dominatu in infinitum secundum Thomam, sicut rex maximus est dignior & maior rustico, vel potius animali bruto. ¶ Vicesima quinta est, quod religio est singularissima sponsa Christi, primaq; militantis ecclesiæ filia secundum Bernardum. ¶ Vicesima sexta est, quod religio est dignior ꝗ potentia sanandi infirmos, & expellendi dæmones, qa ipsa sanat omnes infirmitates spirituales, & expellit dæmonia peccatorum secundum Ancelmum in quadam epistola. ¶ Vicesima septima est, quod religio est maior quàm potentia creandi, quoniam ipsa maximam habet p[illegible]ntiam impios iustificandi, quæ poté-

Bernar. Thomas Augusti. August. Gregor. Thomas Ibidem Bernar.

potentia maior est, quàm potentia creãdi aliquid ex nihilo. ¶Vicesima octaua est, quod religio est maior, dignior & melior omnibus honoribus, gloria & fama totius mundi præsentis, quoniam secundũ Augustinum: Ipsa est mater honoris & gloriæ immensæ cœlestis. ¶Vicesima nona est, quod religio est maior, melior, & vtilior habitatoribus terræ, in qua est, quàm si talis regio siue terra haberet septẽ fontes maximos, quorum primus esset aquæ viuæ, secundus vini, tertius lactis, quartus olei, quintus balsami, sextus medicinarum corporearum, septimus antidotarum, & lapidum preciosorum, prout virgo gloriosa Maria reuelauit cuidam religioso, scilicet suo nouello sponso. ¶Tricesima est, quod religio est ciuitas dei, castrum diuinæ potentiæ, schola æternæ sapientiæ, fons æternæ bonitatis, puteus immensi vigoris, complectens in se eminenter omnes mundi statuum excellentias, vt ex dictis Hieronymi, Augustini, Gregorij & Bernardi colligit sufficienter.

FINIS.



¶Ad candidum lectorem.

Nihil est candide lector quod doleas hic intermissum, propterea quod Venerabilis patris Henrici Herp amoris Scalam in hac editione, quemadmodum in prima, non inuenis. Expecta paulisper, videbis & multa alia eiusdem patris de Contẽplatione opera, videlicet: Directorium aureum Contemplatiuorum, Edẽnium, siue Paradisum Contemplatiuorum, & hic intermissam amoris Scalam in lucem data: quo pietati & contemplationis studio non solum nihil detraham, verum etiã plura adiiciam.

Coloniæ opera & impensis Melchioris Nouesiani. Anno. M.D.XXXIIII.

